An Edition of the Nostell Priory Cartulary

London, British Library, Cotton Vespasian E XIX

2 Volumes

Volume 2

Judith Anne Frost

Thesis submitted for the Degree of PhD

University of York

History Department

August 2005

Contents of Volume 2

Table of Contents		533
Appendix A (cont'd)	Edition of Nostell Priory Cartulary **no. 513 – no. 1328**	534
Appendix B	Documents from other sources **B001 – B020**	1005
Bibliography		1019

513. Grant by Thurstan, archbishop of York, with the assent and consent of all the chapter of York [Minster] of a prebend in the metropolitan church of St Peter, York [Minster] comprising the churches of Bramham, Wharram [le Street], and Lythe. The archbishop grants the church of the castle of Tickhill and confirms the church of Knaresborough granted by the king and the grants by others [named] of the churches of Weaverthorpe, Warmfield, Featherstone, Rothwell, Ackworth, Huddersfield, Batley, Felkirk, Adwick [upon Dearne], a moiety of the church of Mexborough, the church of Woodkirk, Bolton [Percy] and the chapel of All Saints Skewkirk. f73r/p. 165

[c1129 x 25 January 1140]

Rubric: Hic incipiunt carte episcopales. Carta Turstini Ebor' archiepiscopi.

Turstinus Dei gratia Eborac' archiepiscopus omnibus successoribus suis salutem. Notum sit vobis dedisse me ecclesie sancti Osuualdi de Nosteleia et canonicis eiusdem loci prebendam unam in nostra metropoli ecclesia sancti Petri Ebor' consilio et assensu totius eiusdem ecclesie capituli. Constat autem prebenda illa de ecclesia de Brameham et de ecclesia de Warrum et de ecclesia de Lith. Preterea dedi eis ecclesiam de castello de Tykehil'. Confirmo etiam ex auctoritate nostri ministerii dona que fecerunt predicte ecclesie et rex et ceteri fideles nostre parochie: de dono regis ecclesiam de Cnarresburch, de Herberto filio Herberti et Willelmo thesaurario Ebor' ecclesiam de Wiveretorpe, et de Gerbodo filio Aldelini ecclesiam de Warnefeld', que ambe de feodo sancti Petri sunt; de Hugone de Laval ecclesiam de Fetherstain et ecclesiam de Rouella et ecclesiam de Lachewrda et ecclesiam de Hudresfeld' et ecclesiam de Bateleia, de Suano filio Ailrici ecclesiam de Felechirca et ecclesiam de Addewic et dimidium ecclesie de Mekesburch, de Willelmo comite Warennie et de Radulfo de Insula ecclesiam de Wodechirke, de Picoto de Perceio ecclesiam de Boltona, de Willelmo de Archis capellam Omnium Sanctorum. Si quis autem hanc nostram confirmationem violare presumpserit nisi digne resipiscat perpetuo anathemati subiaceat. Cunctis vero istam servantibus sit pax et peccatorum remissio et eterna cum sanctis remuneratio. Amen.

Printed: *EYC III*, no. 1466 dated c. 1130-1140 from Dodw. 138, f.66v; *EEA* 5, no. 54 dated 1135 x 25 January 1140.

Note: Date based on the grant of the church of Featherstone and the resignation of Archbishop Thurstan. The earliest limit of this document was probably 1129, the latest limit the church of Weaverthorpe was granted to Nostell Priory [no. 18]. The latest limit was the resignation of Archbishop Thurstan 25 January 1140. This document and the following [no. 514] are problematic. They differ in wording, content and their date of issuance is uncertain, but the general intent was the same: the archbishop constituted the prebend of Bramham from the gifts of Robert Fossard and confirmed the churches of Nostell Priory. All of the churches mentioned in no. 513 and in no. 514 had been granted to Nostell at the latest 1129 and most before 1122. The differences in the two documents content were minor. This document describes Tickhill as the church of the castle and the gift of the archbishop. No. 514 describes the church as simply the church of Tickhill and the gift of the king. This document does not include the church of South Kirkby which had been granted by Hugh de Laval before January 1122, whilst no. 514 does include the church of South Kirkby.

It is possible that this document, no. 513, was contemporaneous with the confirmations by King Henry I and the grant of the church of Weaverthorpe (1129). Subsequently there were difficulties in executing Fossard's grant of the prebendal churches [see no. 534]. In that instance, Thurstan re-issued his mandate of establishment (no. 514) in the later years of his rule when these difficulties had been resolved, and also incorporating the changes described above. What cannot be explained is why both nos. 513 and 514 were copied into the Cartulary although both were apparently included in *inspeximus* at a later time [nos. 533, 537].

Previous study of these documents has suggested a tighter limit for both documents (1135 x 25 January 1140) based on the earliest limit of the final resolution of Fossard's gift [no. 534] and by discounting earlier, and admittedly flawed, published versions of the confirmation by King Henry I [*EYC* III, no. 1428; *EEA* 5, pp. 47-49, nos. 54, 55]. However part of this issue has been resolved by the validation of B004 dated 7 January 1122 as an accurate version of the King Henry I's confirmation which included most of the churches, less Weaverthorpe and Featherstone [see Chapter II]. The resolution of the confirmation of King Henry I thus expands rather than

contracts the possible date. However, it is likely that the prebend was not effective until 1135 x 25 January 1140 [see Chapter III].

514. Notification by Thurstan, archbishop of York, of his grant in free, pure and perpetual alms and with the assent and consent of the entire chapter of York [Minster] of a prebend in the metropolitan church of St Peter York [Minster] comprising the churches of Bramham, Wharram [le Street], and Lythe and his confirmation of the grant by the king of the churches of Knaresborough and Tickhill with its chapel of Stainton, and the gifts by others [named] of the churches of Weaverthorpe, Warmfield, South Kirkby, Rothwell, Ackworth, Huddersfield, Batley, Featherstone, Felkirk, Adwick [upon Dearne], a moiety of Mexborough, Woodkirk, Bolton [Percy] and the chapel of All Saints Skewkirk. f73r/p. 165

[1129 x 25 January 1140]

Rubric: Carta Turstini archiepiscopi.

Turstinus Dei gratia Ebor' archiepiscopus omnibus successoribus suis et omnibus sancte matris ecclesie filiis salutem. Notum sit universitati vestre nos caritatis intuitu dedisse et hac presenti carta nostra confirmasse ecclesie sancti Osuualdi de Nostleia et dilectis filiis nostris canonicis regularibus ibidem Deo servientibus prebendam unam in nostra metropoli ecclesia sancti Petri Ebor', cum omnibus libertatibus et pertinentiis suis consilio et assensu totius euisdem ecclesie capituli in liberam, puram et perpetuam elemosinam ad eorumdem canonicorum sustentationem. Constat autem prebenda illa de ecclesia de Brameham et de ecclesia de Warrum, et de ecclesia de Lith, cum capellis, terris, decimis, libertatibus et ceteris omnibus ad easdem ecclesias spectantibus. Preterea sciatis nos, causa Dei et auctoritate ministerii nostri, concessisse et nostre presentis carte attestatione confirmasse predicte ecclesie beati Osuualdi de Nostl' et eiusdem loci canonicis ad eorum sustentationem et causa hospitalitatis fovende in liberam, puram et perpetuam elemosinam, dona que fecerunt eis rex et ceteri fideles parochie nostre: videlicet, de dono regis, ecclesiam de Cnaresburc et ecclesiam de Tikehill' cum capella sua de Staintona; de Willelmo thesaurario Ebor' et Herberto filio Herberti, ecclesiam de Wivertorp'; et de Gerbodo filio Aldelini, ecclesiam de Warnefeld', que ambe de feodo beati Petri sunt; de Hugone de Laval, ecclesiam de Suthkirkbi et ecclesiam de Rowella et ecclesiam de Hackewrtha et ecclesiam de Huderesfeld' et ecclesiam de Bateleia et ecclesiam de Fetherstan, de Swano filio Ailrici ecclesiam de Felekirca et ecclesiam de Addewic et dimidiam ecclesiam de Mekesburc, de Willelmo comite Warennie et de Rad[ulfo] de Insula ecclesiam de Wodekirca, de Picoto de Perceio ecclesiam de Booltona, de Willelmo Archis capellam Omnium Sanctorum de Scohkirka cum omnibus predictarum ecclesiarum capellis, terris, decimis, libertatibus, et ceteris earum pertinentiis. Si quis autem hanc nostram donationem et confirmationem violare presumpserit, nisi digne resipiscat, perpetuo [*erasure*] anathemati subiaceat; cuntis vero ista servantibus[a] sit pax et peccatorum remissio et eterna cum sanctis remuneratio. Amen.

[a] ms *sevantibus*

Printed: *EYC III*, no. 1467 dated c. 1130-1140; *EEA* 5, no. 55 dated 1135 x 25 January 1140.

Note: See note no. 513 for dating and further discussion.

515. Notification by Roger [de Pont L' Evêque], archbishop of York, that Fulk, chaplain, had resigned the church of Tickhill into his hands and he had received Nicholas, chaplain, on the presentation by Prior A[nsketil] and the convent, Nicholas, chaplain, rendering annually to the prior and convent a pension of 4*m* of silver. The archbishop confirms that after the death of Nicholas the church will he held by the canons just as contained in a privilege from Pope Alexander [III]. f73r/p. 165

[1164 x 22 November 1181]

Rubric: Carta Rogeri Ebor' archiepiscopi.

Rogerus Dei gratia Ebor' archiepiscopus, apostolice sedis legatus, omnibus sancte matris ecclesie filiis salutem. Noverit universitas vestra Fulconem capellanum resignasse in manu nostra ecclesiam de Tikehil, quam tenuit de priore et conventu sancti Osuualdi de Nostle, et nos sine contradictione recepisse Nicholaum clericum ad eandem ecclesiam ad presentationem A. prioris de sancto Osuualdo, reddendo annuatim ecclesie sancti Osuualdi et canonicis eiusdem loci quatuor marcas argenti nomine pensionis et eorum hospitia. Post mortem vero predicti Nicholai concessimus caritatis intuitu et presenti carta nostra confirmamus predictam ecclesiam de Tikehil cum omnibus pertinentiis suis predictis canonicis, ut teneant illam sine impedimento, secundum quod continetur in privilegio a summo pontifice Alexandro eis indulto. Hiis testibus et cetera.

Printed: *EEA* 20 no. 65 dated 1164 x 22 November 1181.

Note: Date based on the legation and death of Roger de Pont L' Évêque. The Archbishop was created legate in 1164, and he died 22 November 1181 [*EEA* 20, p. lviii]. Ansketil probably occurred as prior of Nostell as early as 1155 x c. 1157, and he died 2 April 1196 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. Nicholas occurred as rector of Tickhill as late as 1190 x 1210 [Thompson & Clay, *Fasti Parochiales* 2, p. 91]. The privilege from Pope Alexander III does not survive in the Cartulary [see no. 1095-98]. See Chapter IV regarding the church of Tickhill.

516. Confirmation by Roger [de Pont L' Évêque], archbishop of York, of the churches of Featherstone, Felkirk, Batley and Warmfield. When the churches become vacant the canons may convert all their fruits, income and possessions to their own use. ff73r-v/pp. 165-66

[1164 x 22 November 1181]

Rubric: Carta Rogeri Ebor' archiepiscopi.

Rogerus Dei gratia Ebor' archiepiscopus, apostolice sedis legatus, omnibus sancte matris ecclesie filiis salutem in Domino. Que sancte ecclesie donatione fidelium [*f73v*] iuste noscuntur[a] esse collata episcopali debent auctoritate confirmari, ne pravorum hominum malignitate impune possit auferri. Hinc est quod nos attendentes paupertatem et religionem domus sancti Osuualdi de Nostl' divine caritatis intuitu et in remissionem peccatorum nostrorum et pro animabus predecessorum nostrorum et eorum qui nobis succedunt, concessimus et hac presenti carta confirmavimus ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et dilectis filiis nostris canonicis regularibus ibidem divinis officiis mancipatis, ad sustentationem suam et hospit[alit]atem augmentandam, ecclesias de Federstan, de Felekirke, de Bateleia, de Warnefelde, libere et quiete cum omnibus pertinentiis suis, in puram et perpetuam elemosinam possidendas; ita ut liceat eis fructus et omnes obventiones et possessiones earumdem ecclesiarum cum vacaverint in proprios usus convertere, salvis tamen episcopalibus consuetudinibus et Eborac' ecclesie dignitate. Si quis vero quod absit contra hanc nostre concessionis et confirmationis paginam venire presumpserit nisi digne resipiscat maledictionem beati Petri et nostram se noverit incursurum. Hiis testibus, et cetera.

[a] ms *nascuntur*

Printed: *EYC III*, no. 1481 dated 1164-1181; *EEA* 20, no. 64 dated 1164 x 22 November 1181.

Note: Date based as in no. 515.

517. Confirmation by Roger [de Pont L' Évêque], archbishop of York, of the grant of Thurstan, archbishop of York, of the prebend [of Bramham] in York [Minster] consisting of the churches of Lythe, Wharram [le Street], Bramham with a mill and lands and tithes. And he confirms the gifts of other churches in his diocese namely: Weaverthorpe, Warmfield, Bolton [Percy], Rothwell, Batley, Huddersfield, Woodkirk with the chapel at East Ardsley, Featherstone, Felkirk, Adwick [upon Dearne], a moiety of Mexborough, Knaresborough and the church in the vill of Tickhill with its

chapel of Stainton and the chapel of All Saints of Skewkirk and the place called Canonthorpe, with lands and tithes. f73v/p. 166

[1164 x 22 November 1181]

Rubric: Carta Rogeri Ebor' archiepiscopi.

Rogerus Dei gratia Ebor' archiepiscopus, apostolice sedis legatus, universis sancte matris ecclesie filiis salutem. Noverit universitas vestra nos concessisse et presentis carte testimonio confirmasse, in liberam et perpetuam elemosinam, ecclesie beati Osuualdi de Nostle et dilectis filiis nostris canonicis ibidem Deo servientibus prebendam unam quam habent in ecclesia beati Petri Ebor' cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis, quam predecessor noster Turstinus archiepiscopus eis prius dedit et concessit. Constat autem prebenda illa de ecclesia de Lith, de ecclesia de Warham et de ecclesia de Brameham, cum molendino eiusdem ville, et terris et decimis. Preterea concedimus [conc *dotted for deletion*] etiam confirmamus predictis canonicis ecclesias quas habent in diocesi nostra, scilicet de Wivertorp et de Warnefeld', que ambe sunt de feodo beati Petri, similiter de Booltona, de Rowella, de Bateleia, de Huderesfeld, de Wdekirka cum capella sua de Erdeslawe, de Federstan, de Felekirka, de Addewic, et medietatem ecclesie de Mekesburc, de Chnaresburc, et [illam] de villa de Tykehill' cum capella sua de Staintona, et capella Omnium Sanctorum de Scokirka, et locum qui dicitur Canuntorp' super Roder; cum terris et decimis et omnibus pertinentiis predictarum ecclesiarum. Hiis testibus, et cetera.

Printed: *EYC III*, no. 1480 dated 1164-1181; *EEA* 20, no. 132 dated 1164 x November 1181.

Note: Date based as in nos. 515-17. Canonthorpe was granted by Robert of Eston and confirmed by his son in late 12th century [no. 989]. The chapel of All Saints [Tockwith] was granted by William d'Arches and Geoffrey Fitz-Payne before 7 January 1122 [nos. 30, 945, B004]. The church of South Kirkby, which occurred in the mandate by Archbishop Thurstan [nos. 513, 514], does not occur here although the church was granted by Hugh de Laval, confirmed by King Henry I and later confirmed by Robert (II) de Lacy [B004, nos. 31, 81, 85]; see Chapter IV for further discussion.

518. Notification by G[eoffrey], archbishop of York, that having inspected the instruments of the prior and canons concerning the church of Tickhill and on their presentation has instituted Jordan de Mattersey, chaplain, to that church, excepting the chapel of Stainton, from which the mother church of Tickhill receives 3*s* annually. Jordan is to render annually to the prior and canons the pension of 12*m* of silver. f73v/p. 166

[2 April 1196 x 5 July 1205]

Rubric: Carta Galfridi Ebor' archiepiscopi.

G. Dei gratia Ebor' archiepiscopus et Anglie primas omnibus sancte matris ecclesie filiis salutem. Noverit universitas vestra nos inspectis instrumentis prioris et canonicorum de sancto Osuualdo et cognito eorum iure super ecclesia de Tikehill' cum omnibus pertinentiis ad predictorum prioris et canonicorum presentationem recepisse Iordanum de Maresai capellanum et in predicta ecclesia vacante instituisse personam cum omnibus pertinentiis suis excepta capella de Staintona de qua matrix ecclesia de Tykehill' percipit annuatim tres solidos tantum. Predictus vero Iordanus solvet annuatim predictis priori [*corrected from* prioris] et canonicis de sancto Osuualdo duodecim marcas argenti nomine pensionis de eadem ecclesia ad duos terminos, scilicet sex marcas ad Pentec' et sex marcas ad festum sancti Martini, et hoc ipsum in presentia nostra et multorum aliorum se fideliter observaturum et predictam pensionem statutis terminis soluturum legitime sacramento prestito iuravit. Hiis testibus et cetera.

Printed: *EEA* 27 no. 52 dated 2 April 1196 x 5 July 1205.

Note: This same document was copied by Scribe B with the following witnesses: *Alano capellano, magistro Ricardo de Turri, magistro Rogero de Richemund* [no. 1030]. Date based on occurrence of Alan, chaplain, as provost of Beverley and the presentation of Jordan by Prior 'R' of Nostell Priory [no. 540]. Alan, chaplain, was Archbishop

Geoffrey's personal chaplain and was appointed Provost of Beverley by 5 July 1205; Roger de Richmond was known to have been part of Archbishop Geoffrey's *familia* c. 1204-5 [McDermid, *Beverley Fasti*, pp. 5, 60-61]. See no. 540 for dates for Prior 'R'. For further information regarading the church of Tickhill see Chapter IV.

519. Notification by G[eoffrey], archbishop of York, that on presentation by the prior and convent he has instituted Henry the clerk of Nottingham into the vacant church of Rothwell. f73v/p. 166

[18 August 1191 x 1202]

Rubric: Carta Galfridi Ebor' archiepiscopi.

G. Dei gratia Ebor' archiepiscopus et Anglie primas omnibus has literas visuris vel audituris eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra nos Henricum clericum de Notingham ad presentationem prioris et conventus sancti Osuualdi de Nostel recepisse ad ecclesiam de Rowelle vacantem et eum ad petitionem eorumdem instituisse. Valete.

Printed: *EEA* 27, no. 49 dated 18 August 1191 x 1199.

Note Date based on Archbishop Geoffrey's consecration and the institution of Henry the clerk of Nottingham [no. 520]. The church of Rothwell was granted by Hugh de Laval to Nostell Priory, see chapter IV.

520. Notification by Prior Bernard of Newburgh that Geoffrey, archbishop of York, has instituted Henry son of Henry the doctor of Nottingham into the vacant church of Rothwell and Bernard as his official has inducted him into the corporal possession of the church. f73v/p. 166

[18 August 1191 x 1202]

Rubric: Bernardus de Novo Burgo.

Bernardus prior de Novoburgo omnibus ad quos litere iste pervenerint salutem. Noverit universitas vestra dominum Gaufridum Ebor' archiepiscopum per presentationem Asketilli prioris et conventus sancti Osuualdi de Nostla recepisse et instituisse Henricum filium Henrici medici de Notingham ad ecclesiam de Rowelle vacantem et per me tamquam per officialem suum impersonasse et in corporalem possessionem eiusdem ecclesie induxisse. Quod ut ad aliorum notitiam imposterum perveniat sigilli nostri appositione insinuare dignum duximus. Valete.

Note: Date based on consecration of Archbishop Geoffrey and Bernard, prior of Newburgh. Bernard's predecessor last occurred in 1186 and Bernard's successor occurred as late as 1202; Bernard acted as an official of the Archbishop [Knowles, *Heads* I, pp. 176-77]. The church of Rothwell was granted by Hugh de Laval [see Chapter IV].

521. Confirmation by Walter [de Gray], archbishop of York, to the prior and convent *in proprios usus* [the appropriation] of the churches of Felkirk, Warmfield, and Huddersfield with chapels, lands and tithes. ff73v-74r/pp. 166-67

Cawood, 22 April 1220

Rubric: Carta Walteri Ebor' archiepiscopi.

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Walterus Dei gratia Eborac' archiepiscopus Anglie primas eternam in Domino salutem. Cum [ex *dotted for deletion]* suscepte sollicitudinis officio omnium quibus preficimus commoditatibus prout sufficimus prospicere teneamur specialiter tamen virorum religiosorum qui cum Maria meliorem partem sibi eligentes divinis iugiter officiis mancipantur [*f74r*] profectibus diligentius invigilare compellimur attendentes igitur in dilectis filiis priore et conventu sancti Osuualdi de Nostle religionis fervorem, hospitalitatis gratiam et laudabil[is] conversationis honestatem eorumque insufficientie in temporalibus pie compacientes ecclesias de Felekirk', de Warnefeld' et de Huderesfeld' cum capellis, terris et decimis et omnibus ad eas pertinentibus eis divine pietatis intuitu

concedimus et perpetuo iure in usus proprios possidendas confirmamus, salvis capellanis in eisdem ecclesiis ministraturis honestis et competentibus sustentationibus. Qui super commissam sibi plebem studiosius invigilantes nobis et successoribus nostris de spiritualibus ipsis vero priori et conventui de temporalibus respondeant quos si insufficientes vel minus idonei inventi fuerint liceat dictis priori et conventui auctoritate nostra vel successorum nostrorum intervenientem ammovere et loco eorum alios magis idoneos substituere. Hiis testibus et cetera. Dat' apud Cawode x. kalendas Maii pontificatus nostri anno quinto.

Note: See **nos. 81, 31** and Chapter IV for information concerning these churches.

522. Appropriation by Walter [de Gray], archbishop of York, of the church of Adwick [upon Dearne] to the prior and convent. f74r/p. 167

Sherburn [-in Elmet], 12 November 1222

Rubric: Carta Walteri Ebor' archiepiscopi.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Walterus Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas salutem in Domino. Paupertati domus sancti Osuualdi de Nostle et canonicorum ibidem Deo servi>en<tium piis visceribus compacientes eorumque inopiam paterna pietate relevare cupientes ecclesiam de [*W dotted for deletion*] Addewic quam ad eorumdem patronatum spectare dinoscimus ipsis in proprios usus caritative concedimus et auctoritate pontificali confirmamus ad opus fabrice ecclesie sue, firmiter inhibentes ne bona memorate ecclesie de Addewic in alios usus aliquis unquam convertere presumat quam in usus fabrice predicte. Ita tamen quod per idoneos ministros eidem ecclesie honeste deserviant et omnia onera episcopalia et archidiaconalia consueta et debita sustineant. Quod ut ratum et stabile perseveret presens scriptum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Hiis testibus et cetera. Dat' apud Syreburn' ij idus Novembris pontificatus nostri anno octavo.

Note: The church of Adwick-upon-Dearne was the gift of Swein son of Alric; see Chapter IV for more concerning this church.

523. Notification by Walter [de Gray], archbishop of York, that he had received a letter (dated 1 May 1228 and recited) from King Henry III recognizing the advowson of the church of Bramham which belonged to the prior and convent of Nostell, notwithstanding his own presentation to the church of Luke, chaplain, his clerk. f74r/p. 167

Westminster, 29 May 1228

Rubric: Carta Walteri Ebor' archiepiscopi.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Walterus Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos literas domini regis in hec verba suscepisse: 'H. Dei gratia rex Anglie, dominus Ybernie, dux Norm', Aquitan' et comes Andeg' venerabili in Cristo patri W. eadem gratia Ebor' archiepiscopo salutem. Quia per inspectionem cartarum predecessorum nostrorum regum Anglie manifeste nobis constat quod advocatio ecclesie de Bamburg' spectat ad donationem prioris et conventus sancti Osuualdi de Nostl' vobis mandamus quod non obstante presentatione nostra quam fecimus de dilecto clerico nostro Luca capellano ad predictam ecclesiam quod vestrum est in hac parte exequamini. Teste meipso apud Westmon' primo die Maii anno regni nostri duodecimo.' Ne igitur hoc processu temporum cuiquam possint verti in dubium, presenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum. Dat' apud Cawode iiij° kalendas Iunii pontificatus nostri anno xiij°.

Note: The grant of the church of Bramham by Robert Fossard was confirmed by King Henry I in 1120 x 1129 and 7 January 1122 [nos. 31, 33, B004]. The gift was not without problems: Robert Fossard issued a further confirmation in 1135 x c. 1138 [no. 534 also see no. 513].

524. Notification by Walter [de Gray], archbishop of York, that on the presentation by the prior and convent he has instituted Thomas Poygnant the clerk into the church of Weaverthorpe and caused him to be inducted into the corporal possession of the church, saving to the canons the annual pension. f74r/p. 166

St Oswald, 24 February 1237

Rubric: Carta Walteri Ebor' archiepiscopi.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Walterus Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas salutem in Domino. Noveritis nos ad presentationem dilectorum filiorum prioris et conventus de sancto Osuualdo de Nostl' patronorum ecclesie de Wyvertorp' dilectum filium Thomam Poygnant clericum ad eandem ecclesiam admisisse ipsumque in eadem personam canonice instituisse et in corporalem eiusdem ecclesie possessionem cum omnibus ad eam pertinentibus induci fecisse, salva dictis priori et conventui debita et antiqua pensione. Quod ut ratum et stabile perseveret imposterum presenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum. Testibus et cetera. Dat' apud sanctum Osuualdum vj. kalendas Marcii pontificatus nostri anno xx° secundo.

Calendared: *Reg. Walter Gray*, no. 323 dated 24 February 1237.

Note: On 19 March 1239 the church of Weaverthorpe was collated to Thomas Poygnant and, with the authority granted by Pope Honorius, Thomas was to also hold the church of Campsall [*Reg. Walter Gray*, no. 375]. Thomas Poygnant was required to swear to provide 10*li* pension to Nostell Priory [no. 1007]. Note the date discrepancy. He may have needed to be reappointed to Weaverthorpe because of his pluralism. This document was copied again by Scribe A without the date [no. 1005, also see Chapter V].

525. Notification by Walter [de Gray], archbishop of York, that by reason of the power given to him by the prior and convent of Nostell the church of Tickhill has been collated to Edmund le Breton. f74r/p. 167

Sherburn [-in Elmet], 11 February 1239

Rubric: Carta Walteri Ebor' archiepiscopi.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Walterus Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas salutem in Domino. Noveritis nos ratione potestatis a priore et conventu de sancto Osuualdo nobis in ecclesia de Tykehill' attribute, contulisse de eorumdem volun>ta<te et consensu dilecto in Cristo filio Eadmundo le Breton ecclesiam memoratam ipsumque in eadem canonice instituisse personam. Et ne hoc posteris vertatur in dubium presenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum. Dat' apud Syreburn' iij° idus Februarii pontificatus nostri anno vicesimo quarto.

Calendared: *Reg. Walter Gray*, no. 377 dated 17 February 1239.

Note: When the church of Tickhill was collated to Edmund le Breton he was allowed by the authority of Pope Gregory IX to also hold the church of Kellington [*Reg. Walter Gray*, p. 84]. The difference in the date of the register and this document cannot be explained. See Chapter IV for further information concerning the church of Tickhill.

526. Notification by Walter [de Gray], archbishop of York, that on the presentation by Robert of Oxford, rector of the church of South Kirkby, and with the assent of the prior and canons as patrons of the church, he has instituted Peter of Oxford, clerk and caused him to be inducted into corporal

possession of the church of South Kirkby. The possessions include the altarage, and the tithes of sheaves of [Hamphall] Stubbs, a third part of the demesne tithes of Edmund de Lacy in South Elmsall and a moiety of the tithes sheaves of 16 bovates of land in Little Hampole with tithes of hay from the tofts at Sicketum. ff74r-v/pp. 167-68

Wilton, 6 April 1253

Rubric: Carta Walteri Ebor' archiepiscopi.

Omnibus Cristi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris Walterus Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas salutem in Domino. Noveritis nos, ad presentationem domini Roberti de Ox<o>n' rectoris ecclesie de Suthkirkebi' interveniente assensu prioris et conventus de sancto Oswaldo patronorum dicte ecclesie, admisisse Petrum de Oxon' clericum ad eiusdem ecclesie vicariam [*f74v*] ipsumque in eadem vicarium canonice instituisse ac in corporalem possessionem eiusdem induci fecisse. Que quidem vicaria consistit in omnibus proventibus alteragii quocumque nomine censeantur et decimis garbarum de Stubbes et tertia parte decimarum garbarum de dominico Eadmundi de Lasci in Suthelmessale et medietate garbarum de sexdecim bovatis terre in Parva Hanepol cum decima feni de eadem et tofti quam quedam vidua tenet secundum quod se extendit in longitudine usque ad Sicketun. Quod ut ratum et stabile imposterum perseveret presenti scripto apponi fecimus signum nostrum. Dat' apud Wilton' viij. idus Aprilis pontificatus nostri anno xxx. octavo. Valete.

Calendared: Reg. Walter Gray, no. 586 dated 6 April 1253.

Note: Robert of Oxford was rector of the church of Weaverthorpe as early as June 1230 when he gave consent to the presentation by Nostell priory of Henry, the chaplain, to the vicarage [*Reg. Walter Gray*, no. 171]. 'Sicketun' is unlocated.

527. Notification by Walter [de Gray], archbishop of York, that he has instituted William Blundel, clerk, on the presentation of the prior and convent as patrons, into the church of Rothwell and has caused him to be inducted into corporal possession of the church. f74v/p. 168

Windsor, 4 August 1242

Rubric: Carta Walteri Ebor' archiepiscopi.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Walterus Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas salutem in Domino. Noveritis nos ad presentationem dilectorum in Cristo filiorum prioris et conventus sancti Osuualdi de Nostle patronorum ecclesie de Rowelle dilectum in Cristo Willelmum Blundel clericum ad eandem ecclesiam admisisse ipsumque in eadem personam canonice instituisse cum omnibus ad eam spectantibus et in corporalem eiusdem ecclesie possessionem induci fecisse. Quod ut ratum et stabile perseverit imposterum presenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum. Hiis testibus et cetera. Dat' apud Windeshor' ij. nonas Augusti pontificatus nostri anno xxvij.

Calendared: Reg. Walter Gray, no. 413 dated 4 August 1242.

Note: William Blundel was still rector on 1 July 1253 when Roger de Warewyk [Warwick], priest, was instituted to the vicarage of the church of Rothwell on the presentation of W. Blundel and with the assent of the priory and canons [*Reg. Walter Gray*, no. 539]. See Chapter IV concerning the church of Rothwell.

528. Notification by Walter [de Gray], archbishop of York, that he has inducted the prior and convent into the corporal possession of the church of Bamburgh, Durham diocese, in accordance with a papal mandate of Honorius [III] of 13 May 1220 [recited]. f74v/p. 168

5 September 1221

Rubric: Carta Walteri Ebor' archiepiscopi.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Walterus Dei gratia Ebor' archiepiscopus et Anglie primas salutem in Domino. Literas domini pape in hec verba suscepimus: "Honorius episcopus servus servorum Dei venerabilibus fratribus Ebor' archiepiscopo et episcopo Dunelm' salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilectus filius noster Stephanus basilice duodecim apostolorum presbiter cardinalis adhuc in minori officio constitutus ecclesiam de Bamburg' ex presentatione clare memorie I. regis Anglorum et institutione diocesani fuisset adeptus et prior et conventus monasterii sancti Osuualdi de Nostle Ebor' diocesis eam ad se contenderent ex plurium regum predecessorum regum prenominati regis donatione spectare quamquam non ostenderint coram nobis ipsam se aliquo tempore possedisse tandem idem cardinalis nolens ut pro facto suo eandem amitterent vel post decessum eius ad manus alterius qui non esset eis ita propitius deveniret ipsam in manibus nostris sponte ac libere resignavit. Nosque indempnitati prefati monasterii super hoc imposterum providere volentes restituimus ei ecclesiam ipsam cum ipsius pertinentiis universis eamque concessimus et confirmavimus in usus proprios perpetuo possidendam. Quo circa fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatinus priorem et conventum predictos in corporalem possessionem ipsius ecclesie inducatis et defendatis inductos, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescentes. Quod si non ambo hiis exequendis potueritis interesse alter vestrum ea nichilominus exequatur. Dat' Lateran' iij. idus Maii pontificatus nostri anno quinto." Nos igitur huius auctoritate mandati apud Bamburg accedentes Dunelm' episcopo impotentiam suam excusante literatorie et vices suas nobis committente predictos priorem et conventum anno ab incarnatione domini m° ducentesimo vicesimo primo die dominica proxima ante Nativitatem beate Marie in corporalem predicte ecclesie de Bamburg cum ipsius pertinentiis universis induximus possessionem. Et ut hec nostra inductio perpetue commendetur memorie presens scriptum sigilli nostri munimine corroboravimus. Hiis testibus et cetera.

Note: The church was granted to Nostell Priory by King Henry I on 19 October 1119 x 26 November 1120 [no. 40]. This document represents the conclusion of an agreement concerning the presentation made by King John [nos. 44, 45]. The agreement was mentioned on 20 November 1227 in a letter from Stephen [de Fossa Nova], Cardinal-priest of the Basilica of the 12 Apostles [Rome] whereby he recounted that he had resigned the church into the hands of Pope Honorius III in exchange for an annual pension from Nostell Priory [no. 1302]. The right of presentation had been in dispute since at least King Henry II's time [nos. 46, 891, 975].

529. Grant in pure and perpetual alms by Walter [de Gray], archbishop of York, with the counsel and assent of H[amo] the dean and the chapter of York [Minster] to the prior and canons of an annual pension of 20*m* of silver from the church of South Kirkby, which is of the advowson of the prior and canons, to be delivered by the hand of master Richard of Cornwall then the rector of the church and in turn by his successors as rectors. He also grants a similar annual pension of 15*m* of silver from the church of Tickhill which is also of the advowson of the priory, to be paid by the hand of Elias Bernard, then rector of the church and then by his successors as rectors. ff74v-75r/pp. 168-69

[1217 x 9 April 1220]

Rubric: Carta Walteri Ebor' archiepiscopi.

Uualterus Dei gratia Ebor' archiepiscopus et Anglie primas universis Cristi fidelibus has literas inspecturis salutem in Domino. Attendentes paupertatem domus sancti Osuualdi de Nostl', et prioris et canonicorum ibidem Deo servientium religiosam conversationem et honestam, universitati vestre notum fieri volumus, nos, Divine pietatis intuitu, communicatis consilio et assensu H. decani et capituli Ebor' dedisse, concessisse et presenti carta confirmasse ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam viginti marcas argenti annuas in ecclesia de Suthkirk'bi que est de eorum advocatione

duobus terminis, videlicet medietatem ad festum sancti Martini in yeme et medietatem ad Pentec' per manum magistri Ricardi Cornubiens' tunc rectoris eiusdem ecclesie et per manus aliorum rectorum predicte ecclesie qui pro tempore fuerint ad presentationem predictorum prioris et canonicorum per diocesanum vel per eius vicem in hac parte gerentem instituendorum et omnia onera ipsius prefate ecclesie sustinentium annuatim percipiendas. Simili modo dedimus et concessimus et presenti scripto confirmavimus predictis priori et canonicis quindecim marcas argenti annuas in ecclesia de Tikehille, que similiter est de eorum advocatione, supradictis terminis, per manum Elie Bernardi tunc [*f75r*] rectoris eiusdem ecclesie[A] et per manus aliorum rectorum qui pro tempore fuerint modo supradicto, scilicet ad presentationem predictorum prioris et canonicorum per diocesanum vel per eius vicem ut supradictum est in hac parte gerentem instituendorum et omnia onera ecclesie prenominate de Tikehill' sustinentium percipiendas. Ita quod in ecclesia illa nullum ex debito recipiant hospitium nec decetero quicquam amplius in prefatis ecclesiis exigere possint, nisi a benignitate nostra vel successorum nostrorum et capituli Ebor' eisdem fuerit indultum. Et ut hec donationis et confirmationis concessio rata et inconcussa permaneat presens scriptum sigilli nostri munimine corroboravimus. Hiis testibus: Hamone decano Ebor' et cetera.

[A] 'rectoris ecclesie eiusdem' in *Reg. Walter Gray*, Appendix to part I, no. 2.

Printed: *Reg. Walter Gray*, pp. 128-9, Appendix to part I, no. 2 [citing York Minster cartularies] providing additional witnesses: Johanne cancellario, Salmone archidiacono Ebor, Willelmo archidiacono de Richemund, W. archidiacono Notingham, Willelmo preposito de Beverle, Petro de Shirburn, Willelmo filio Ricardi, Johanne Romano, Waltero de Wisebech, Willelmo de Cave, magistro Godardo, canonicis Ebor, Simone et Radulpho et Alano capellanis, magistro H. de Weng, Thoma nepote prioris, et multis aliis.

Note: Date based on Hamo as dean of York. Hamo first occurred as dean 1 March 1218 but possibly as early as 1217 and he was succeeded by 8/9 April 1220 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: York*, p. 10]. Edmund le Breton was the successor of Elias Bernard as rector of the church of Tickhill by 11 February 1239 [no. 525 also see Chapter IV]. Richard of Cornwall probably succeeded Robert of Oxford as rector of the church of South Kirkby by November 1215 x February 1219 [no. 132]; [also see Thompson & Clay, *Fasti Parochiales* 2, pp. 1-3, 89-90]

530. Notification by Walter [de Gray], archbishop of York, of his institution of Peter of Dewsbury, chaplain, to the perpetual vicarage of the church of Batley on the presentation of the prior and canons. The vicar is to have the altarage and tithes of sheaves from Scholecroft, Howley and Finsdale Plant [Morley], with the hay tithe of the whole parish and shall bear the episcopal and archdiaconal customs. The prior and convent shall provide a suitable dwelling place for him. f75r/p. 169

Upton[A] 11 March 1252

Rubric: Carta Walteri Eborac' archiepiscopi.

Omnibus Cristi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris Walterus Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas salutem in Domino. Noveritis nos ad presentationem prioris et conventus sancti Osuualdi rectorum ecclesie de Batelai admisisse Petrum de Dewesbiry capellanum ad eiusdem ecclesie vicariam, ipsumque in eadem vicarium canonice instituisse ac in corporalem possessionem eiusdem induci fecisse. Quam quidem vicariam perpetuo duraturam de consensu predictorum prioris et conventus taxavimus in hunc modum: videlicet, quod vicarius qui pro tempore fuerit percipiat nomine vicarie omnes proventus alteragii et decimas garbarum de Schalecroft, Hovelai et Fincheldene cum decimis fenorum totius parochie; et sustineat onera episcopalia et archidiaconalia debita et consueta et ecclesie deserviat utiliter et honeste et dicti prior et conventus dicto vicario de manso provideant competenti. Quod ut ratum et stabile perseveret presenti scripto apponi fecimus signum nostrum. Dat' apud Upt' v. idus Marcii pontificatus nostri anno xxx° septimo. Valete.

Calendared: *Reg. Walter de Gray*, no. 522 dated 11 March 1252 and sealed at Cawood[A].
Note: See note preceding no. 300 for references to Peter the chaplain of Batley. Peter son of Henry [Mach] of Dewsbury was styled 'the chaplain of Batley' prior to his institution to the perpetual vicarage of Batley. Peter occurs as early as 1246 x 1255 and his death can be broadly dated to before 26 August 1291 [note preceding nos. 300, 310].

531. Notification by Walter [de Gray], archbishop of York, of the institution of Thomas de Dalton to the perpetual vicarage of the church of Felkirk on the presentation of the prior and canons, rectors of the church. The vicar is to have all the altarage and the tithes of sheaves of Cold Hiendley with the tithes of hay of the parish and shall bear all episcopal and archdiaconal customs. The prior and convent shall provide a suitable dwelling for the vicar. f75r/p. 169

Upton, 11 March 1252

Rubric: Carta Walteri Ebor' archiepiscopi.
Omnibus Cristi fidelibus hoc scriptum [visuris *dotted for deletionin black, lined through in red and then repeated*] visuris vel audituris Walterus Dei gratia Ebor archiepiscopus Anglie <primas>[a] salutem in Domino. Noveritis nos ad presentationem prioris et conventus sancti Osuualdi rectorum ecclesie de Felechirche admisisse magistrum Thomam de Daltona ad eiusdem ecclesie vicariam, ipsumque in eadem vicarium canonice instituisse ac in corporalem possessionem eiusdem induci fecisse. Quam quidem vicariam perpetuo duraturam de consensu predictorum prioris et conventus taxavimus in hunc modum, videlicet: quod vicarius qui pro tempore fuerit percipiat nomine vicarie omnes proventus alteragii et decimas garbarum de Koldehindelay cum decimis fenorum totius parochie et sustineat onera episcopalia et archidiaconalia debita et consueta et ecclesie deserviat utiliter et honeste et dicti prior et conventus dicto vicario de manso provideant competenti. Quod ut ratum et stabile imposterum perseveret presenti scripto apponi fecimus signum nostrum. Dat' apud Upton' v. idus Marcii pontificatus nostri anno xxx° septimo. Valete.

[a] added later hand.
Calendared: *Reg. Walter de Gray*, no 524 dated 11 March 1252.
Note: See Chapter IV concerning the church of Felkirk.

532. Notification by Walter [de Gray], archbishop of York, of the institution of Robert of Warmfield, chaplain, to the perpetual vicarage of the church of Warmfield on the presentation of the prior and canons, rectors of the church. The vicar is to have all the altarage and the tithes of the water mill of Warmfield and the tithes of hay and half the tithes of sheaves of Warmfield, Kirkthorpe and the Heath [*Bruer*] [Warmfield] and shall bear all episcopal and archdiaconal customs. The prior and convent shall provide a suitable dwelling for the vicar. f75r/p. 169

Upton, 11 March 1252

Rubric: Carta Walteri Ebor' archiepiscopi.
Omnibus Cristi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris Walterus Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas salutem in Domino. Noveritis nos ad presentationem prioris et conventus sancti Oswaldi rectorum ecclesie de Warnefeld' admisisse Robertum de Warnefeld' capellanum ad eiusdem ecclesie vicariam, ipsumque in eadem vicarium canonice instituisse ac in corporalem possessionem eiusdem induci fecisse. Quam quidem vicariam perpetuo duraturam de consensu predictorum prioris et conventus taxavimus in hunc modum, videlicet: quod vicarius qui pro tempore fuerit percipiat nomine vicarie omnes proventus alteragii et decimam molendini aquatici de Warnefeld' cum decima fenorum de eadem et medietatem decime garbarum de Warnefeld, Kirketorp et bruer', et sustineat onera episcopalia et archidiaconalia debita et consueta et ecclesie deserviet utiliter et honeste et dicti prior et conventus dicto vicario de manso provideant competenti. Quod ut

ratum et stabile imposterum perseveret presenti scripto apponi fecimus signum nostrum. Dat' apud Upton' v. idus Marcii pontificatus nostri xxx° septimo. Valete.

Calendared: *Reg. Walter de Gray*, no. 523 dated 11 March 1252.
Note: See note Chapter IV for further information concerning the church of Warmfield.

533. Notification by Walter [de Gray], archbishop of York, that he had inspected the charters and instruments of the canons of St Oswald concerning churches, lands and rents *sub forma subscripta* [probably nos. 534-35]. f75r/p. 169

[10 November 1215 x 1 May 1255, probably before 2 June 1248]

Rubric: Carta Walteri Eborac' archiepiscopi.
Uualterus Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas universis Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem eternam in Domino. Noverit [*corrected from* Nosverit] universitas vestra nos inspexisse cartas et instrumenta canonicorum sancti Osuualdi de Nostl' super ecclesiis, terris et redditibus eorundem sub forma subscripta. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum nostrum duximus apponendum.

Note: Date based on rule of Archbishop Walter de Gray, although it may be further limited by no. 536. It is not apparent from the manuscript which charters were included in this *inspeximus*. It is possible that the grant of Robert Fossard of the churches and land for the Prebend of Bramham [no. 534] and the confirmation by Archbishop Thurstan of the churches in the Priory's advowson were part of the evidences which Archbishop de Gray used in the deliberations mentioned in no. 536 and if so the document here would be limited by the date of no. 536 and thus before 2 June 1248. If Archbishop de Gray included his own charter [no. 536] in this *inspeximus* the date would be broadened to his death.

534. Grant in free, pure and perpetual alms by Robert Fossard, at the petition of Thurstan, archbishop of York, and before the chapter of York [Minster], of the church of Bramham with 14 bovates of land, the church of Wharram [le Street] with 4 bovates of land, the church of Lythe with 10 bovates of land, and with all chapels, tithes, and liberties. This grant is to constitute a prebend [of Bramham] in York [Minster] to provide for the support of the prior and canons. He also grants in pure and perpetual alms all common rights in all the named vills in his fee quit of all foreign and secular service. ff75r-v/pp. 169-170

[1135 x c. 1138]

Rubric: Carta Roberti Fossarde <Prima Carta[a]>.
Universis sancte ecclesie fidelibus tam presentibus quam futuris Robertus Fossard salutem. [salutem *repeated and dotted in black for deletion and underlined in red*] Notum sit vobis omnibus me, pro salute anime mee et uxoris mee et omnium antecessorum meorum et heredum meorum, per manum venerabilis Turstini Ebor' archiepiscopi, coram capitulo ecclesie beati Petri Ebor', et hac presenti carta mea, confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostl' et canonicis regularibus ibidem Deo servientibus, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, ecclesiam de Brameham cum quatuordecim bovatis terre que ad eandem ecclesiam pertinent, et ecclesiam de Warrum cum quatuor bovatis terre; et ecclesiam de Lyth cum decem bovatis terre et cum ceteris omnibus [*f75v*] terris et cum omnibus capellis, decimis, libertatibus et omnibus aliis rebus ad easdem ecclesias pertinentibus sine aliquo retenemento, de quibus scilicet ecclesiis cum omnibus pertinentiis suis ad voluntatem et petitionem meam predictus Turstinus archiepiscopus caritatis intuitu unam constituit prebendam in ecclesia beati Petri Ebor', communi consilio et assensu totius euisdem capituli, ad sustentationem predictorum canonicorum de sancto Osuualdo imperpetuum. Do etiam et confirmo eisdem canonicis et hominibus suis de eadem prebenda sua tenentibus, in puram et perpetuam elemosinam, totam eandem communam plenarie

quam ego ipse habeo in bosco, in plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, introitibus et exitibus, et in omnibus aliis rebus et asiamentis pertinentibus ad prenominatas villas et ad omnes alias villas de feodo meo in quibus aliquid de prebenda sua habetur liberam, solutam et quietam ab omni terreno servitio et seculari exactione et consuetudine. Et volo ut supradicta elemosina mea sit libera et quieta de me et heredibus meis et de omnibus hominibus imperpetuum et ut heredes mei manuteneant et defendant eam ubique et contra omnes homines. Huius rei testes sunt: Willelmus de sancta Barba Ebor' ecclesie decanus, Willelmus filius Herberti Ebor' ecclesie thesaurarius, Thomas Sotewaine, Paulinus, Nicholaus de Trahli, Letoldus, eiusdem ecclesie canonici, Ansketillus de Bulmer et ceteri.

• later hand in black ink.

Printed: EYC II, no. 1012 dated *c.*1126-1129.

Note: Date based on Robert Fossard and William Sainte-Barbe as Dean of York. The evidences of Robert Fossard's grants to Nostell Priory suggest Robert had control of his father Nigel Fossard's estates as early as 1120 [nos. 33, 513, 514, B004]; Robert Fossard died c. 1138 thus providing the latest limit [Walker, 'Fossard Family', *DNB*, art. 54505]. The predecessor of William Sainte-Barbe as Dean of York retired in 1135, thus providing the earliest limit, and William Sainte-Barbe was consecrated as Bishop of Durham 20 June 1143 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 8]. The other ecclesiastical witnesses were contemporaries of William Sainte-Barbe but do not further limit the date. This document followed by at least thirteen years Robert's original gift and the confirmations by Thurstan and King Henry I c. 1120s [no. 33, B004]. Robert's gift was probably initially invalid since Robert's father Nigel Fossard had previously granted the church of Bramham to Ramsey Abbey [*EYC* II, no. 1002]. King Henry I ordered in 1126 x 1129 that Robert should compensate Ramsey Abbey for this loss [Walker, 'Fossard Family', *DNB*, art. 54505]. This suggests that Nostell Priory's possession of the church was contested and delayed which had a knock-on delay to the effectiveness of the initial mandate of Archbishop Thurstan [see note no. 513]. Also see no. 589 for an additional delay.

Farrer suggests the witnesses were a later interpolation and places the document time co-incident with the original confirmations by King Henry I c.1120s [*EYC* II, no. 1012]. Greenway suggests the charter should be dated 1135 x 1143 and whilst the earliest date is supportable the latest date must be adjusted to the probable death of Robert Fossard c.1138 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 8n]. The witness Ansketil de Bulmer is problematic. If it was Ansketill (I) de Bulmer, steward of Robert Fossard, he was dead by 1129 which would support Farrer's dating [Ormrod, *Yorks Sheriffs*, p. 49]. It is more likely it was Ansketil (II) de Bulmer, eldest son of Bertram de Bulmer and Emma Fossard, daughter of Robert Fossard, which would support the later dating of Greenway: Ansketil (II) did not survive his father and was dead by 1166 [*EYC* II, p. 114; Ormrod, *Yorks Sheriffs*, p. 49].

535. Duplicate of no. 513. f75v/p. 170

[1129 x 25 February 1140]

Rubric: Carta Turstini Ebor' archiepiscopi.

Turstinus Dei gratia Ebor' archiepiscopus omnibus successoribus suis salutem. Notum sit vobis dedisse me ecclesie sancti Osuualdi de Nostleia et canonicis eiusdem loci prebendam unam in nostra metropoli ecclesia sancti Petri Ebor' consilio et assensu totius eiusdem ecclesie capituli. Constat autem prebenda illa de ecclesia de Bramham et de ecclesia de Warum et de ecclesia de Lyth. Preterea dedi eis ecclesiam de castello de Tykehill'. Confirmo etiam ex auctoritate nostri ministerii dona que fecerunt predicte ecclesie et rex et ceteri fideles nostre parochie: de dono regis ecclesiam de Cnaresburc', de Herberto filio Herberti et Willelmo thesaurario Ebor', ecclesiam de Wivertorp'; et de Gerbo filio Adelini ecclesiam de Warnefeld' que ambe de feodo sancti Petri sunt; de Hugone de Laval ecclesiam de Fedrestan' et ecclesiam de Rowell' et ecclesiam de Lacheuurda et ecclesiam de Huderefeld' et ecclesiam de Batelai; de Suano filio Ailrici ecclesiam de Felekirka et ecclesiam de Addewic et dimidium ecclesie de Mekesburc; de Willelmo comite Warennie et de Rad[ulfo] de Insula ecclesiam de Wodekirka; de Picoto de Perceio ecclesiam de Boltona; de Willelmo de Archis capellam Omnium Sanctorum. Si quis autem hanc nostram confirmationem violare presumpserit nisi digne resipiscat

perpetuo anathemati subiaceat. Cunctis vero ista servientibus sit pax et peccatorum remissio et eternam cum sanctis remuneratio. Amen.

Printed: *EYC III*, no. 1466 dated c. 1130-1140 citing Dodw. 138, f.66v.; *EEA* 5, no. 54.
Note: See no. 513 for dating. This document was probably intended as part of no. 533.

536. Notification by Walter [de Gray], archbishop of York, with the agreement of Prior Robert and the convent of St Oswald, that at the next vacancy the churches of South Kirkby, Rothwell and Tickhill, with its chapel of Stainton, shall be appropriated to the prior and convent, saving vicarages to be ordained in them; the church of Bolton [Percy] is reserved to the see of York and the moiety of the church of Mexborough is annexed to the archdeaconry of York, and the church of Weaverthorpe, with its chapel of Helperthorpe, shall be appropriated to the common [fund] of the canons of York [Minster]. ff75v-76r/ pp. 170-71

York, 18 May 1248

Rubric: Carta Walteri Ebor' archiepiscopi.

Uualterus Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in Domino sempiternam. Noveritis quod cum viri religiosi Robertus prior et conventus sancti Osuualdi de Nostle volentes quod Ebor' ecclesia lesam se dicens causam haberent conquerendi de ipsis quasi alienationem aliquam procuraverint in ipsius preiudicium et gravamen per hoc quod ab apostolica sede ipsis ad eorum instanciam est concessum quod ecclesias de Boultona, de Suthkirkibi, de Rowelle cum vacaverint in proprios usus suos possint convertere super premissis nec non et super ecclesiis de Wiverstorp, Tykehill' et medietate ecclesie de Mekesburc ad eorum presentationem spectantibus nostre ordinationi faciende de consilio discretorum virorum W. decani et R. thesaurarii Ebor' se absolute et simpliciter commisissent. Nos habita super hoc deliberatione de consilio predictorum decani et thesaurarii assensu capituli nostri Ebor' accedente de eisdem ordinavimus in hunc modum: videlicet, ut <de> Tykehill', Suthkirkebi et de Rowelle ecclesie cum vacaverint in ipsorum prioris et conventus proprios usus cedant ab ipsis post earum vacationem imperpetuum possidende, salvis vicariis in eisdem secundum quod inferius sunt taxate ut augmentatis per earum appropriationem eorum facultatibus manus caritatis extendere possint ad Cristi pauperes largiores ac iidem canonici in ecclesiis de Tykehill', Suthkirk[e]bi, Rowelle, Boulton', Wiverstorp et medietate ecclesie de Mekesburc pensiones recipiant, quas de eisdem hactenus perceperunt quousque aliqua predictarum trium ecclesiarum quas eisdem appropriavimus vacet et ad manus deveniat eorumdem in quarum quamlibet cum vacaverit libere ingrediendi eis auctoritate propria concedimus facultatem. Ita quod ex tunc omnino evacuetur et cesset pensionum solutio predictarum prefatam autem medietatem ecclesie de Mekesburc quam dicti canonici aliquam diu de nostra gratia tenuerunt archidiaconatui Ebor' imperpetuum adiunximus, ut archidiaconi qui pro tempore fuerint se ibidem in suo recipere valeant cum per partes illas transierint pro visitationibus officio exercendo. Decedentibus siquidem vel cedentibus rectoribus dictarum trium ecclesiarum, scilicet Tykehill', Suth[*f76r*]kirk[e]bi et Rowelle, dicti prior et conventus ad vicarias earundem presbiteros ydoneos presentabunt facturos residenciam continuam in eisdem. Vicaria de Tikehill' sit taxata quod vicarius ad sustentationem sui et unius socii sui sacerdotis, diaconi et subdiaconi et ad sustentanda omnia onera ecclesie debita et consueta habeant totum alteragium. Ita quod nomine alteragii contineantur omnes obventiones decime et proventus ipsius ecclesie de Tykehill', exceptis decimis bladi et leguminis et feni et terris ad dictam ecclesiam pertinentibus, salvo competenti manso vicario assignando, que

quidem decime garbarum et feni cum predictis terris dictis priori et conventui remanebunt. In capella de Staintona cum habeat baptisterium et cimiterium propter distanciam a matrice ecclesia sit vicarius perpetuus qui ad sui sustentationem et luminarium et aliorum necessariorum in capella habeat totum alteragium de Staintona cum terris ad capellam pertinentibus memoratam; vicaria de Suthkirk[e]bi talis sit qualis fuit tempore Henrici de Oxonia qui fuit vicarius in eadem. Et vicarius habeat secum unum socium sacerdotem et sustineat omnia onera ecclesie debita et consueta. Vicaria de Rowelle consistet in alteragio eiusdem ecclesie, ita quod vicarius eidem deserviens ad sui et unius socii sacerdotis sustentationem habeat totum alteragium cum manso competenti eidem per priorem et conventum assignando, priori et conventui remanentibus decimis bladi et leguminis et omnibus terris [*corrected from* terrais] ad dictam ecclesiam pertinentibus, excepto manso dicti vicarii ut supradictum est. Et idem vicarius sustinebit [omnia *dotted for deletion*] omnia onera dicte ecclesie debita et consueta. Donationem autem ecclesie de Boulton' nobis et successoribus nostris archiepiscopis Ebor' imperpetuum reservamus. Et ne Ebor' ecclesia ex hac nostra ordinatione ledatur ecclesiam de Wiverstorp', salvis competentibus vicariis tam in matrice ecclesia quam in capella de Helpertorp', commune Ebor' ecclesie imperpetuum assignamus. Eandem sic onerando communam quod postquam dicta ecclesia de Wivertorp vacaverit et in utilitatem dicte commune fuerit conversa canonicus Ebor' qui nomine prebende tantum sex marcas recipere consueverat de communa triginta marcas dum taxat annuatim eodem nomine ex tunc percipiat de eadem. In matrice ecclesia de Wivertorp' sit vicarius sacredos residens qui ad sui et unius socii sacerdotis sustentationem et ad onera archidiaconalia et omnia alia debita et consueta sustinenda habeat viginti quatuor marcatas in certis proventibus ei per capitulum Ebor' assignandas de ecclesia memorata et in capella de Helpertorp sit vicarius sacerdos residens qui ad sui et clericorum suorum sustentationem ut plenius et honestius eidem ecclesie deserviatur habeat decem marcatas in certis proventibus ei similiter assignandas per capitulum memoratum. Ut autem que in hac parte facta sunt perpetue robur optineant firmitatis ad rei geste et ordinationis predicte memoriam sempiternam, hoc scriptum dupplicatum tam nostro sigillo capituli nostri et sigillo predictorum prioris et conventus ac sigillis decani et thesaurarii Ebor' quorum in hoc facto consiliis usi sumus fecimus sigillari. Dat' apud Ebor' xv. kalendas Iunii pontificatus nostri anno tricesimo tertio.

Printed: Reg. Walter Gray, pp. 206-208.

Note: See note to no. 533. The predecessor of Prior Roberr de Behall of Nostell Priory died 18 May 1246, and Robert died 4 January 1255 [Smith, *Heads* II, p. 438]. See Chapter IV.

537. – 539. Notification by S[tephen Langton], archbishop of Canterbury, that, at the request of the prior and canons of St Oswald, he has inspected writings of Thurstan, Roger [de Pont L' Évêque] and Geoffrey, archbishops of York, concerning the churches which the prior and canons have in the diocese of York and finds they were faithfully transcribed. These are the charters inspected: no. 514/538 and no. 517/539 and no. 540. f76r.1

[17 June 1207 x 9 July 1228]

Rubric: Carta S. Catuar' archiepiscopi totius Anglie primatis.

Omnibus Cristi fidelibus qui presens scriptum viderint S. Dei gratia Cantuar' archiepiscopus totius Anglie primas sancte Romane ecclesie cardinalis salutem in Domino. Ad petitionem prioris et canonicorum sancti Osuualdi universitati vestre signamus quod autentica scripta bone memorie Turstini et Rogeri et Gaufridi archiepiscoporum Ebor' super ecclesiis quas habent in Ebor' diocesi inspeximus in subscripta forma et ut eorum transcriptis fides habeatur eis sigillum nostrum apposuimus.

Note: Date based on rule of Stephen Langton as archbishop of Canterbury. See note for no. 513 concerning documents included below.

538. Repeat of no. 514. f76r/p. 171

[1129 x 25 January 1140]

Rubric: Carta Turstini Ebor' archiepiscopi.

Turstinus Dei gratia Ebor' archiepiscopus omnibus successoribus suis et omnibus sancte matris ecclesie filiis salutem. Notum universitati vestre nos caritatis intuitu dedisse et hac presenti carta nostra confirmasse ecclesie sancti Osuualdi de Nosteleia et dilectis filiis nostris canonicis regularibus ibidem Deo servientibus prebendam unam in nostra metropoli ecclesia sancti Petri Ebor' cum omnibus libertatibus et pertinentiis suis consilio et assensu totius eiusdem ecclesie capituli in liberam, puram et perpetuam elemosinam ad eorundem canonicorum sustentationem. Constat autem prebenda illa de ecclesia de Bramham et de ecclesia de Warrum et de ecclesia de Lith' cum capellis, terris, decimis, libertatibus et ceteris omnibus ad easdem ecclesias spectantibus. Preterea sciatis nos Dei causa et auctoritate ministerii nostri concessisse et nostre presentis carte attestatione confirmasse predicte ecclesie beati Osuualdi de Nostl' et eiusdem ecclesie canonicis ad eorum sustentationem et causa hospitalitatis fovende in liberam, puram et perpetuam elemosinam, dona que fecerunt eis rex et ceteri fideles parochie nostre, videlicet dono regis ecclesiam de Cnaresburc et ecclesiam de Tykehill' cum capella sua de Staintona; de Willelmo thesaurario Ebor' et Herberto filio Herberti ecclesiam de Wivertorpe; et de Gerbodo filio Adelini ecclesiam de Warnefeld que ambe de feodo beati Petri sunt; de Hugone de Laval [*f76v*] ecclesiam de Sukirkebi, ecclesiam de Rowella et ecclesiam de Ackewic' et ecclesiam de Huderesfeld' et ecclesiam de Batelay et ecclesiam de Fedrestan; de Suano filio Ailrici ecclesiam de Felekirka et ecclesiam de Addewic et dimidiam ecclesiam de Mekesburc; de Willelmo comite Warennie et de Rad[ulfo] de Insula ecclesiam de Wodekirka; de Picoto de Perceo ecclesiam de Boltona; de Willelmo Archis capellam Omnium Sactorum de Scokirka cum omnibus predictarum ecclesiarum capellis, terris, decimis, libertatibus et ceteris earum pertinentiis. Si quis autem hanc nostram donationem et confirmationem violare presumpsit nisi digne resipiscit perpetuo anathemati subiaceat. Cunctis vero ista servantibus sit pax et peccatorum remissio et eterna cum sanctis remuneratio. Amen.

Printed: *EYC III*, no. 1467 dated c. 1130-1140; *EEA* 5, no. 55 dated 1135 x 25 January 1140.

Note: See note to no. 513 for dating. This document was copied here as part of the *inspeximus* of Archbishop of Canterbury Stephen Langton [no. 537].

539. Repeat of no. 517. f76v/p. 172

[1164 x November 1181]

Rubric: Carta domini Rogeri Ebor' archiepiscopi.

Rogerus Dei gratia Ebor' archiepiscopus apostolice sedis legatus universis sancte matris ecclesie filiis salutem. Noverit universitas vestra nos concessisse et presentis carte testimonio confirmasse in liberam et perpetuam elemosinam ecclesie beati Osuualdi de Nostl' et dilectis filiis nostris canonicis ibidem Deo servientibus prebendam unam quam habent in ecclesia beati Petri Ebor' cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis quam predecessor noster Turstinus archiepiscopus eis prius dedit et concessit. Constat autem prebenda illa de ecclesia de Lid et de ecclesia de Warrum et de ecclesia de Bramham cum molendino eiusdem ville et terris et decimis. Pretere[a] concedimus et confirmamus predictis canonicis quas habent ecclesias in diocesi nostra,

scilicet de Wivertorp, de Warnefeld que ambe sunt de feodo beati Petri, similiter de Booltona, de Rowell', Batelai, de Hudresfeld', de Wodekirka cum capella sua de Erdeslaue, de Federstan, de Felekirke, de Addewic, et medietatem ecclesie de Mekesburc, de Cnaresburc et de villa de Tykehill' cum capella sua de Staintona et capellam Omnium Sanctorum de Scokirka et locum qui dicitur Canuntorp super Roder cum terris et decimis et omnibus pertinentiis predictarum ecclesiarum. Hiis testibus et cetera.

Printed: *EYC III*, no. 1480 dated 1164-1181; *EEA* 20, no. 132.
Note: See **no. 517** for dating. This document was copied here as part of the *inspeximus* of Archbishop of Canterbury Stephen Langton [**no. 537**].

540. Confirmation by G[eoffrey], archbishop of York, of the grant made by Prior R. and the canons of St Oswald to Jordan de Mattersey, his chaplain, of the church of Tickhill at the archbishop's petition. The archbishop confirms that Jordan will hold for his lifetime the church of Tickhill from the canons, rendering annually 12*m*. The archbishop confirms that after the death of Jordan the church will be appropriated [*in proprios usus*] to the canons according to the instruments of the popes and the archbishop's predecessors. f76v/p. 172

[2 April 1196 x 5 July 1205]

Rubric: Carta Galfridi Ebor' archiepiscopi.
G. Dei gratia Ebor' archiepiscopus et Anglie primas omnibus has literas visuris vel audituris salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos confirmasse concessionem quam fecerunt ad petitionem nostram R. prior et canonici sancti Osuualdi de Nostle Iordano de Marsai capellano nostra [*sic*] in ecclesia de Tykehill', videlicet quod predictus Iordanus tenebit ecclesiam de Tykehill' tota vita sua de prenominatis canonicis, reddendo eis annuatim xij. marcas nomine firme, medietatem scilicet ad Pentec' et medietatem ad festum sancti Martini, et eorum hospitia. Nos vero ne aliquid eisdem canonicis imposterum pro ista concessione fiat preiudicium intuitu ca [*sic*] caritatis concessimus et auctoritate ministerii nostri confirmavimus post decessum prefati Iordani dictis canonicis prenominatam ecclesiam de Tikehille cum omnibus pertinentiis suis in proprios usus ad eorum sustentationem integre possidendam secundum tenorem instrumentorum suorum scilicet summorum pontificum et archiepiscoporum predecessorum nostrorum. Hiis t[estibus] et cetera.

Printed: *EEA* 27, no. 51 dated 2 April 1196 x July 1208; probably 1196 x 5 July 1205.
Note: Date based on death of Prior Ansketil and institution of Jordan de Mattersey [**no. 518**]. The prior in question was either Robert of Woodkirk or Ralph of Bedford. The predecessor of Robert of Woodkirk [Ansketil] died 2 April 1196 and Robert died 4 January 1199, his successor Ralph of Bedford ruled until his death on 19 July 1208. The institution of Jordan provides the latest date for this as 5 July 1205 [**no. 518**]. This document was copied here as part of the *inspeximus* of Archbishop of Canterbury Stephen Langton [**no. 537**].

541. Mandate by A[delulf], bishop of Carlisle, to the brothers of St Oswald living in cells outside the house that he had resigned [as prior] anticipating his own death and that they should obey Savard who was elected [as prior] by the entire chapter. f76v/p. 172

[1153 x 1154]

Rubric: Carta A. Carlol' episcopi.
A. Dei gratia Carlol' episcopus omnibus fratribus sancti Osuualdi qui extra domum[a] in cellulis habitant salutem et Sancti Spiritus consolationem. Notum sit caritati vestre me de cura ecclesie sancti Osuualdi, pro timore mortis et periculo anime mee dimisisse, illamque curam cum professionibus canonicorum cuidam fratri nostro Seuardo, consilio et assensu totius capituli in prioratatem[b] electo [*letter crossed out*], commendasse.

Eapropter vobis qui longe fuistis et in tanto articulo temporis adesse non potuistis, obedientiam quam usque huc persone mee exibuistis mando et mandando precipio amodo illi exibeatis. Valete.

[a] ms corrected from *domums*. [b] ms altered later to *priorem*.
Printed: *EYC III*, no. 1473 dated 1153-1154.
Note: See note for no. 542 for dating.

542. Notification by Adelulf, bishop of Carlisle, to R[obert] the dean and the chapter of York [Minster] that on account of his health he had resigned the care of the canons of St Oswald to Savard who was elected by the entire community of St Oswald. f76v/p. 172

[1153 x 1154]

Rubric: Carta Adeloldi Carlol' episcopi.
Adeloldus Dei gratia Carl' episcopus R. decano totique capitulo sancti Petri Ebor' salutem. Videns debilitatem corporis mei et periculum anime mee timui diutius preesse et non prodesse. Curam ecclesie sancti Osuualdi quam regendam accepi et professiones canonicorum cuidem fratri nostro Seuardo dimisi, qui communi consilio totius ecclesie sancti Osuualdi et consensu omnium fratrum, Spiritus Sancti gratia cooperante, in prioratum canonice electus est. Eapropter misericordiam vestram deprecor quatinus illum benigne suscipiatis et ecclesiam sancti Osuualdi et omnia que eidem ecclesie pertinent pro amore Dei misericorditer manuteneatis. Valete.

Printed: *EYC III*, no. 1474 dated 1153-1154 citing Dodsw ms. 138, f68.
Note: The dating of the sequence of events regarding Adelulf's resignation is unclear. Archbishop William Fitz Herbert admitted Savard as prior after his return to England and thus between April and 8 June 1154 [see no. 998]. Savard occurred as prior at this same date [*EEA* 5, no. 91]. Robert de Gant was dean of York first occurring as such 24 July 1147 and remaining until as late as 19 January 1157 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 9]. It is possible that this notification was sent to Dean Robert after the death of Archbishop Murdac on 10 October 1153 and before the return of William Fitz Herbert, but all that is certain is that Adelulf's resignation was in 1153 x 1154 [Knowles, *Heads* I, pp. 178, 283]. Adelulf remained as bishop of Carlisle until 25 May 1156 or 10 May 1157. See Chapter II for further information on Adelulf.

543. Incomplete document. Notification by S. the dean and the chapter of York [Minster] to the king's justices that for a long time it was the custom of the priory of St Oswald that the brothers choose and elect their prior and if their patron was absent they were accustomed to present their choice to the church of York [Minster], the archbishops or their officials. The dean and chapter know that Robert (II) de Lacy the patron presented Robert the last prior and now want to be sure the priory is permitted to hold a free election. f76v/p. 172

[4 January 1199 x c. 7 December 1201]

Rubric: Carta S. decani et capituli ecclesie sancti Petri Ebor'.
Venerabilibus viris et amicis in Cristo karissimis iusticiis domini regis S. decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Ebor' eternam in Domino salutem. Noverit discretio vestra hanc a longis retro temporibus fuisse consuetudinem in ecclesia sancti Osuualdi de Nostl' quod sublato de medio priore domus conventus eiusdem loci de fratribus suis aliquem virum discretum et honestum in priorem suum eligunt et electum Ebor' ecclesie et archiepiscopo vel officialibus suis si ipse absens fuerit presentare consueverint et tandem patrono suo hoc etiam vestram scire volumus discretionem quod bone memorie Robertum ultimum priorem predicte domus domino R. de Lasci patrono suo presentaverunt. Eapropter discretioni vestre quanta possumus devotione supplicamus attentius rogantes quatinus divini amoris intuitu et pro reverentia sancti Osuualdi canonicos predicte domus super libera eorum electione iniuste gravari si placet non permittatis pro certo scientes quod ipsi memorato domino R. de Lasci pa [*ends in mid charter. The following folio is missing pp. 173-4.*] [*f77r*]

Note: Date based on death of Priors Robert of Woodkirk and Ralph of Bedford. Two possible priors of Nostell Priory could be mentioned here. Robert of Woodkirk was elected prior after the death of Prior Ansketil on 1 April 1196 and Robert was dead by 4 January 1199 providing the earliest limit of this document [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. Robert's successor was Ralph of Bedford whose election was disputed by Roger de Lacy and not accepted until c. 7 December 1201 providing the latest limit [no. 86, see also nos. 87, 93, see Chapter III]. Simon de Apulia was elected dean by the chapter by the end of 1193, but his investiture was not effective until papal act 17 May 1194 and he returned to York in February 1195 and remained as such until at the latest his consecration as bishop of Exeter 13 April 1214 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: York*, p. 9].

544. Record of the pleas whereby the prior of St Oswald accused John Scott, *chivaler*, John Page and John Spencer of causing damage by force of arms to the priory goods and chattels, servants and livestock of a total worth of 200*li*. The original writ of King Edward III [recited dated 10 July 1358 in Great Houghton] caused the king's justices to convene an inquisition. It was determined that John Scott, John Page and John Spencer had indeed deseised the priory in respect of 3 oxen/draught animals [*iumentum*], 17 young steers [*boviculus*] and 5 heifers [*iuvenca*] at a loss of 52*li* to the priory. For the rest they are acquitted and the prior is in mercy for a false claim. ff77r-78v/pp. 175-79

Westminster, 20 February 1359

Rubric: Exemplificatio processus de Halghton' contra Iohannem Scot chivaler.

Edwardus Dei gratia rex Anglie et Francie et dominus Hibernie omnibus ad quos presentes litere pervenerint salutem. Inspeximus tenorem recordi et processus loquele que fuit coram dilectis et fidelibus nostris Willelmo de Notton' et sociis suis iusticiis nostris ad quasdam transgressiones ..priori de sancto Os[waldo] de Nostell' illatas audiendas et terminandas assignatas in cancellariam nostram de mandato nostro missum in hec verba:

'Dominus rex mandavit dilectis et fidelibus suis Willelmo de Notton', Henrico de Motelowe, Henrico de Sothill' et Nicholao de Wortlay et Iohanni de Dynlay breve suum patens in hec verba: Edwardus Dei gratia rex Anglie et Francie et dominus Hibernie dilectis et fidelibus suis Willelmo de Notton', Henrico de Motelawe, Henrico de Sothill', Nicholao de Wortlay et Iohanni de Dynlay salutem. Ex gravi querela prioris de sancto Os[waldo] de Nostell' accepimus quod Iohannes Scot' chivaler, Iohannes Page et Iohannes Spenser ac quidam alii malefactores et pacis nostre perturbatores clausa ipsius prioris apud Magnam Halghton' vi et armis fregerunt et bona et catalla sua ad valentiam quadraginta librarum ibidem inventa ceperunt et asportaverunt et viginti equos, viginti iumenta, decem boves, xl. boviculos, lx. iuvencas et cccc^{as} oves sua ibidem inventa ceperunt et imparcaverunt et ea ibidem tam diu imparcata sine alimento contra legem et consuetudinem regni nostri Anglie detinuerunt quod decem equi, xvij. iumenta, sex boves, xx boviculi, xxx iuvence et cc^{e} oves precii centum marcarum de equis, iumentis, bobus, boviculis, iuvencis et ovibus predictis fame interierunt et in homines et servientes suos ibidem insultum fecerunt et ipsos verberaverunt, vulneraverunt et male tractaverunt per quod idem ..prior servitium suum eorundem hominum et servientum per magnum tempus amisit et alia enormia ibidem perpetrarunt ad grande dampnum ipsius ..prioris et contra pacem nostram. Et quia transgressiones illas si perpetrate fuerint relinquere volumus impunitur assignavimus vos quatuor tres et duos vestrum quorum alterum vestrum vos prefati Willelme et Henrice de Motelowe unum esse volumus iusticios nostros ad inquirendum per sacramentum proborum et legalium hominum de comitatu Ebor' per quos rei veritas melius sciri poterit de nominibus malefactorum predictorum qui una cum prefatis Iohanne, Iohanne et Iohanne transgressiones predictas perpetrarunt et de transgressionibus illis plenius veritatem et ad easdem transgressiones audiendas et terminandas secundum legem et consuetudinem regni nostri Anglie. Et ideo vobis mandamus quod ad certos dies et loca quos vos quatuor, tres vel duo vestrum quorum alterum

vestrum vos prefati Willelme et Henrice de Motelowe unum esse volumus ad hoc provideritis inquisitionem illam factas et transgressiones predictas audiatis et terminetis in forma predicta facturi inde quod ad iustic' pertinet secundum legem et consuetudinem regni nostri Anglie salvis nobis amerciamentis et aliis ad nos inde spectantibus mandavimus enim vic[ecomiti] nostro comitatus predicti quod ad certos dies et loca quos vos quatuor, tres vel duo vestrum quorum alterum vestrum vos prefati Willelme et Henrice de Motelowe unum esse volumus ei scire faciatis, venire faciatis coram vobis quatuor, tribus vel duobus vestrum quorum alterum vestrum vos prefati Willelme et Henrice de Motelowe unum esse volumus tot et tales probos et legales homines de ballivia sua per quos rei veritas in premissis melius sciri poterit et inquiri. In cuius rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westm' decimo die Iulii anno regni nostri Anglie tricesimo secundo regni vero nostri Francie decimo nono.'

Pretextu cuius brevis preceptum fuit vicecomiti quod venire faceret coram prefatis iusticiis quatuor, tribus vel duobus eorum quorum et cetera apud Doncastr' die [*f77v*] mercurii proxima post festum sancti Egidii predictos Iohannem Scot et alios in brevi domini regis nominatos ad respondendum predicto ..priori de placito transgressionis predicte et cetera. Et etiam xxiiij^{or} probos et legales homines de visn[eto] de Magna Halgton' per quos et cetera ad recognescendum super sacramentum suum de nominibus malefactorum predictorum qui una cum prefatis Iohanne Scott et aliis superius in brevi domini regis nominatis transgressiones predictas perpetrarunt et cetera. Et vicecomes fecit inde executionem prout patet per returnum Petri de Nutle vicecomitis comitatus predicti et cetera.

Ebor'.

Prior de sancto Os[waldo] de Nostell' ponit loco suo Iohannem de Holand' versus Iohannem Scot chivaler, Iohannem Page et Iohannem Spenser de placito transgressionis. Placita apud Doncastr' coram Willelmo de Notton', Henrico de Sothill' et Nicholao de Wortlay iusticiis domini regis ad quasdam trangressiones ..priori de sancto Os[waldo] de Nostell' in comitatu Ebor' ut dicitur illatas una cum Henrico de Motelawe et Iohanne de Dynelay audiendas et terminandas assign[atis] die mercurii proxima post festum sancti Egidii anno regni Anglie regis E. tertii a conquestu xxxij^{o} et regni sui Francie xix^{o}.

Ebor'

Prior de sancto Os[waldo] de Nostell' per Iohannem de Holand' attornatum suum optulit se versus Iohannem Scot chivaler, Iohannem Page et Iohannem Spenser de placito quare ipsi ac quidam alii malefactores et predicti domini regis perturbatores clausa ipsius ..prioris apud Magnam Halgton' vi et armis fregerunt et bona et catalla sua ad valentiam xl. librarum ibidem inventa ceperunt et asportaverunt et xx^{ti} equos, xx^{ti} iumenta, x. boves, xl. boviculos, lx. iuvencas et cccc^{as} oves sua ibidem inventa ceperunt et imparcaverunt et ea >ibidem< tam diu imparcata sine alimento contra legem et consuetudinem regni regis Anglie detinuerunt quod decem equi, xij. iumenta, vj. boves, xx. boviculi, xxx^{ta} iuvence et cc^{te} oves precii centum marcarum de equis, iumentis, bobus, boviculis, iuvencis et ovibus predictis fame interierunt. Etiam homines et servientes suos ibidem insultum fecerunt et ipsos verberaverunt, vulneraverunt et male tractaverunt per quod idem ..prior servitium suum eorundem hominum et servientum per magnum tempus amisit et alia enormia ibidem perpetrarunt ad

grave dampnum ipsius ..prioris et contra pacem regis et cetera. Et ipsi non venerunt et preceptum fuit vicecomiti quod attach[iaverit] eos et cetera quod essent hic scilicet apud Doncastr' ad hunc diem videlicet die mercurii proxima post festum sancti Egidii et cetera. Et vicecomes modo mandavit quod predictus Iohannes Scott attachiatus est per Willelmum Porter et Iohannem Sturmy, ideo ipsi in misericordia. Et preceptum est <vicecomiti> quod distrinxit[a] eum per omnes terras et cetera. Et quod de exitu et cetera, et quod habeat corpus eius coram prefatis iusticiis et cetera hic scilicet apud Donca[str'] die iovis proxima futura videlicet die iovis proxima ante festum Nativitatis beate Marie. Et respondet prefato ..priori simul et cetera de predicto placito et cetera. Et de predictis Iohanne Page et Iohanne Spenser mandat idem vicecomes quod nichil habent et cetera per quod possunt attachiati. Ideo preceptum est eidem vicecomiti quod capiat eos si et cetera et eos salvo et cetera. Ita quod habeat corpora eorum coram prefatis iusticiis hic scilicet apud Doncastr' ad prefatum diem iovis et cetera ad respondendum predicto ..priori simul et cetera de placito predicto. Et unde et cetera.

Ebor'.

Iohannes Scot chivaler, Iohannes Page et Iohannes Spenser ponunt loco suo Iohannem de Dransfeld' vel Laurentium de Dransfeld' versus priorem de sancto Os[waldo] de Nostell' de placito trans[gressionis.] Placita apud Doncastr' coram prefatis Willelmo de Notton' et Henrico de Sothill' iusticiis domini regis et cetera simul et cetera die <iovis> proxima ante festum Nativitatis beate Marie anno regni dicti E. regis Anglie tertii a conquestu xxx°ij. supradicto.

Ebor'.

Iohannes Scott <in misericordia> pro pluribus defaltis et cetera. Idem Iohannes, Iohannes Page et Iohannes Spenser attachiati fuerunt ad respondendum ..priori de sancto Os[waldo] de Nostell' de placito quare ipsi ac quidam alii malefactores *[f78r]* et pacis domini regis perturbatores clausa ipsius prioris apud Magnam Halghton' vi et armis fregerunt et bona et catalla sua ad valentiam xl. librarum ibidem inventa ceperunt et asportaverunt et xx. equos, xx. iumenta, x. boves, xl. boviculos, lx^ta^ iuvencas et cccc^tas^ oves sua ibidem inventa ceperunt et imparcaverunt et ea ibidem tam diu imparcata sine alimento contra legem et consuetudinem regni regis Anglie detinuerunt quod x. equi, xij. iumenta, vj. boves, xx. boviculi, xxx^ta^ iuvence et cc^te^ oves precii c. marcarum de equis, iumentis, bobus, boviculis, iuvencis et ovibus predictis fame interierunt et in homines et servientes suos ibidem insultum fecerunt et ipsos verberaverunt, vulneraverunt et male tractaverunt per quod idem ..prior servitium suum eorundem hominum et servientum per magnum tempus amisit et alia enormia ibidem perpetrarunt ad grave dampnum ipsius ..prioris et contra pacem regis et cetera. Et unde idem ..prior per Iohannem de Holand' attornatum suum queritur quod predicti Iohannes, Iohannes et Iohannes ac quidam alii et cetera die veneris proxima ante festum Nativitatis sancti Iohannis Baptiste anno regni domini regis nunc Anglie xxxij° clausa ipsius ..prioris apud Magnam Halghton' vi et armis scilicet gladiis, arcubus et sagittis fregerunt et bona et catalla <sua>, scilicet pannos lineos et laneos canelokkes, mattoks et malleos de ferro ad valentiam et cetera ibidem inventa ceperunt et asportaverunt et xx. equos, xx. iumenta, x. boves, xl. boviculos, lx. iuvencas et cccc^tas^ oves sua ibidem inventa ceperunt et imparcaverunt et ea <ibidem> tam diu imparcata

videlicet a predicto die veneris per duas septimanas tunc proxime sequentes sine alimento contra legem et cetera detinuerunt quod decem equi, xij. iumenta, vj. boves, xx. boviculi, xxx^{ta} iuvence et cc^{ta} oves precii et cetera de equis, iumentis, bobus, boviculis, iuvencis et ovibus predictis fame interierunt. Et in homines et servientes suos videlicet Iohannem Coroner et Iohannem de Dalton' ibidem insultum fecerunt et ipsos verberaverunt, vulneraverunt et male tractaverunt per quod idem ..prior servitium suum eorundum hominum et servientum per magnum tempus videlicet per unum mensum tunc proxime sequentem amisit et alia enormia et cetera ad grave dampnum et cetera et contra pacem et cetera. Unde dicit quod deterioratum est et dampnum habet ad valentiam ducentarum librarum et inde producit sectam et cetera.

Et Iohannes Scot, Iohannes Page et Iohannes Spenser per Iohannem de Dronsfeld' attornatum suum venit et defendit vim et iniuriam quando et cetera. Et iidem Iohannes Page et Iohannes Spenser dicunt quod ipsi in nullo sunt culpabiles de trangressionibus predictis. Et de hoc ponunt se super patriam. Et predictus ..prior similiter. Et etiam predictus Iohannes Scot quo ad venire vi et armis et omnes trangressiones predictas preter captionem et imparcationem trium iumentorum, x. et vij. boviculorum et v. iuvencarum de averiis predictis dicit quod ipse in nullo est inde culpabilis et de hoc ponit de super patriam. Et predictus ..prior similiter. Et quo ad captionem et imparcationem eorundem trium iumentorum, decem et septem boviculorum et quinque iuvencarum idem Iohannes Scot dicit quod ipse est dominus ville de Magna Halghton' ubi supponitur trangressionem predictam fieri et vastorum eiusdem ville. Et quia ipse predictis die et anno invenit, quatuor boviculos averiorum predictorum in separali solo suo in quodam loci vocatur Iordanwode iuxta Holwell', et etiam quatuor boviculos eorundem averiorum in separali solo suo in quodam loco in Le Westhagh' qui vocatur Vernolwod' herbam suam ac germina bosci sui ibidem depascentes et dampna facientes et similiter iiij. boviculos predictorum averiorum in campis Warectatis et terris arabilibus eiusdem ville et etiam v. boviculos, iiij^{a} iumenta et v. iuvencas que sunt residua averiorum predictorum in vastis et moris eiusdem ville ut in separali solo suo herbam depascientes et conculcantes cepit ipse eadem tria iumenta decem et septem boviculos et v. iuvencas et ea imparcavit [*f78v*] prout ei bene [*one word illegible*] absque hoc quod aliqua de eisdem averiis interierunt et cetera.

Et hoc paratus est verificare unde petit iudicium si idem ..prior in iure in hoc casu in persona sua assignare possit et cetera. Et predictus ..prior dicit quod ipse habet communam pasture infra predictam villam de Magna Halghton' et quod ipse et omnes predecessores sui a tempore quo non extat memoria semper hactenus habuerunt communam pasture ibidem ut de iure prioratus sui sancti Os[waldi] de Nostell', videlicet in predicto loco vocato Iordanwod' cum omnimodis averiis quolibet tempore anni, exceptis capris et exceptis porcos, preter quam in tempore pannagii in quo tempore habent communam ibidem cum xxiiij^{or} porcos tantum ad fugand' et refugand' ubicumque fuerint cubancia et levancia ad eorum voluntatem et cetera, et similiter in Le Westhagh' qui vocatur Vernoilwod' et omnibus vastis et moris eiusdem ville cum omnimodis averiis suis ubicumque fuerint cubancia et levancia et ad fugand' et refugand' et cetera quolibet tempore anni et cetera. Et etiam in omnibus campis et terris arabilibus predicte ville videlicet in duabus partibus eorundem quando seminati fuerint post blada, messa et asportata quousque iterum reseminentur et cetera et in tertia

parte eorundem quam de warectat' fuerint vel frisc' cum omnimodis averiis suis ubicumque fuerint cubancia et levancia et at fugand' et refugand' quolibet anno per totum annum et cetera. Et hoc paratus est verificare unde petit iudicium et dampna sibi adiudicari et cetera.

Et Iohannes Scot dicit quod loci predicti, videlicet Iordanwod' et Vernoilwod', sunt separale solum ipsius Iohannis Scot in forma qua ipse superius allegavit absque hoc quod predictus prior et predecessores sui a tempore quo non extat memoria aliquam communam pasture habuerunt in eisdem seu alibi infra villam predictam, sicut predictus ..prior superius allegavit et absque hoc quod aliqua de averiis predictis interierunt et cetera. Sicut idem ..prior superius queritur et de hoc ponit se super patriam. Et predictus ..prior similiter.

Ideo preceptum est vicecomiti quod venire faciat coram prefatis iusticiis apud Pontemfractum die lune proxima post festum Nativitatis beate Marie proxime futurum tam prece predicti prioris quam prece [prece *repeated and lined through*] predictorum Iohannis Scot et aliorum defendencium xij. et cetera per quos [*one word illegible*]. Et qui nec et cetera ad recogn[escendum] et cetera. Quia tam et cetera. Ad quem diem coram prefatis iusticiis apud Pont'fract' venit tam predictus prior in propria persona sua quam predicti Iohannes Scot, Iohannes Page et Iohannes Spenser per attornatum suum predictum et similiter iur[atores] venerunt qui de consensu partium electi et iura[tores] dicunt super sacramentum suum quod bosci predicti, videlict Iordanwod' et Vernoilwod, et vasta, more et terre arabiles predicta in quibus predictus Iohannes Scot cognovit captionem predictorum trium iumentorum, decem et septem boviculorum et quinque iuvencarum sunt et fuerunt tempore captionis predicte communa pasture predicti ..prioris ut de iure prioratus sui predicti et non separale solum predicti Iohannis Scot. Et quod <predictus> ..prior et omnes predecessores sui a tempore cuius contrarii memoria non existit semper hactenus habuerunt communam pasture in eisdem boscis, vastis, moris et terris arabilibus et alibi infra villam predictam de Magna Halghton' in forma qua predictus .. prior superius allegavit. Et sic dicunt quod predictus Iohannes Scot vi et armis et contra pacem regis cepit predicta tria iumenta, decem et septem boviculos, et quinque iuvencas. Et similiter [*f79r*] ea imparcavit et cetera. Et similiter iidem iuratores dicunt quod predicti Iohannes Page et Iohannes Spenser culpabiles sunt de captione et imparcatione eorundem trium iumentorum, x. et vij. boviculorum et v. iuvencarum ad dampnum ipsius ..prioris quinquaginta et duarum librarum. Et quo ad totum residium dicunt quod predicti Iohannes Scot, Iohannes Page et Iohannes Spenser in nullo sunt culpabiles et cetera.

Ideo consideratum est quod predictus ..prior recuperet versus eos dampna sua predicta. Et iidem Iohannes Scot, Iohannes Page et Iohannes Spenser capiantur et cetera. Et similiter predictus ..prior in misericordia pro falso clamio suo versus eosdem Iohannem, Iohannem et Iohannem quo ad totum residium unde acquietati sunt et cetera. Et iidem Iohannes, Iohannes et Iohannes eant inde sine die et cetera.

Nos autem tenorem recordi et processus predictorum ad requisitionem predicti ..prioris tenore presentium duximus exemplificandum. In cuius rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso


apud Westm' xx° die Februarii anno regni nostri Anglie tricesimo tertio, regni vero nostri Francie vicesimo. *[f79v]*

•*sic* for *distringet.*

Note for nos. 545-47. Refer to pedigree below based on sources mentioned in this note. Nigel (I) Fossard held as tenant in chief of the king over 500 carucates of land in Yorkshire [Walker, 'Fossard Family', *DNB*, art. 54505]. Nigel (I) Fossard gave Bramham church to Ramsey abbey, a gift invalidated when his son Robert subsequently granted it to Nostell Priory [see note no. 534]. The evidences of Robert Fossard's grants to Nostell Priory suggest Robert had control of his father's estates as early as 1120 [nos. 33, 513, 514, B004]. Robert (I) Fossard granted to Nostell Priory the churches of Bramham, Wharram-le-Street and Lythe with land to create the Prebend of Bramham [nos. 534, 553]. Robert Fossard was dead by 1138, the limits of his charters thus from c. 1120 x 1138 [Walker, 'Fossard Family', *DNB*, art. 54505].

Robert had at least four children, two of which were benefactors of Nostell Priory: Agnes and William (I). It is suggested that Agnes Fossard was given lands in Bramham in frank-marriage to Alexander Paynel of Hooton Pagnell [*EYC VI*, p. 40]. Her grants to Nostell Priory include the assent of either her brother William (I) Fossard or her son William Paynel and she was styled as both Agnes Fossard and Agnes Paynel in her grants [nos. 546-52]. Neither the date of her marriage nor of her death can be discovered but her husband Alexander Paynel was probably dead by c. 1153 [*EYC VI*, p. 41]. Most of her grants to Nostell Priory were during the rule of Archbishop Henry Murdac of York and thus during her marriage when she was evidently controlling her own property. William Paynel, son of Alexander Paynel and Agnes Fossard, was also a benefactor of Nostell Priory [no. 158].

William (I) son and heir of Robert Fossard succeeded to his father's estates by the time he fought in the Battle of the Standard and as a supporter of King Stephen he was captured at the Battle of Lincoln in 1141 [Walker, 'Fossard Family', *DNB*, art. 54505]. He probably was on crusade at the beginning of the reign of King Henry II [*EYC* II, p. 327]. William (I) Fossard held 33 1/2 knights' fees of the king [*EYC* II, no. 1003]. He was living as late as 1168 but was dead by 1171 [*EYC* II, p. 328]. His confirmation of his father's grant to Nostell Priory may have been time co-incident with the final resolution of his father's grant [see note to no. 534 for difficulty in dating and no. 545]. William (I) confirmed the grants to Nostell Priory made by his sister Agnes [nos. 549, 542].



545. Confirmation by William (I) Fossard of the grant made by his father to the prior and convent of the church of Bramham with 14 bovates of land, the church of Wharram [le Street] with 4 bovates of land, the church of Lythe with 10 bovates of land and with all chapels, tithes and freedoms, all of which Thurstan, archbishop of York, with the counsel and assent of the entire chapter of York [Minster] and at the petition of William's father constituted as a prebend. f79v/ p. 180

[1135 x 1168/9, possibly before 1138]

Rubric: Carta Roberti Fossardi queratur in sexto folio precedenti. Carta Willelmi Fossardi.

Willelmus Fossardus omnibus hominibus et heredibus suis et omnibus sancte matris ecclesie filiis salutem. Notum sit universitate vestre me, pro salute anime patris mei et matris mee et pro salute anime mee et uxoris mee et omnium antecessorum et successorum meorum, concessisse et hac carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostl' et canonicis regularibus ibidem Deo servientibus, in liberam, puram et

perpetuam elemosinam, omnes donationes quas pater meus [Robertus Fossardus *lined through*] eis fecit et carta sua confirmavit, scilicet ecclesiam de Brameham cum xiiij. bovatis terre ad eandem ecclesiam pertinentibus, et ecclesiam de Warrum cum iiij. bovatis terre, et ecclesiam de Lith cum decem bovatis terre, et cum omnibus aliis terris et cum universis capellis, decimis, libertatibus, et ceteris omnibus rebus ad easdem ecclesias spectantibus, sine aliquo retenemento. De quibus scilicet ecclesiis cum pertinentiis suis, per voluntatem et petitionem patris mei venerabilis Turstinus Ebor' archiepiscopus divine pietatis intuitu unam constituit prebendam in ecclesia beati Petri Ebor,' communi consilio et assensu totius eiusdem ecclesie capituli, ad sustentationem predictorum canonicorum de sancto Oswaldo imperpetuum. Concedo etiam et confirmo eisdem canonicis et hominibus suis de eadem prebenda sua tenentibus, in puram et perpetuam elemosinam, totam eandem communam plenarie quam ego ipse habeo et quam pater meus ante me eis dedit et carta sua confirmavit in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, in introitibus et exitibus, et in omnibus aliis rebus et asiamentis pertinentibus ad prefatas villas et ad omnes alias villas de feodo meo in quibus aliquid de prebenda sua continetur, liberam et quietam ab omni terreno servitio et seculari exactione et consuetudine de me et heredibus meis et de omnibus hominibus. Et ego Willelmus Fossardus et heredes mei warantizabimus sepedictis canonicis sancti Oswaldi totam prenominatam elemosinam cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis et defendemus ubique et erga omnes homines in perpetuum. Huius rei testes sunt, et cetera. [*f80r*]

Printed: *EYC II*, no. 1015 dated *c.* 1135-1140.
Note: Date based on Robert and William (I) Fossard. Robert Fossard was dead c. 1138 and William (I) Fossard was dead by 1171 [Walker, 'Fossard Family', *DNB*, art. 54505]. See note preceding for information concerning these benefactors. It is possible that this confirmation by William (I) and his father's charter were time co-incident, if so the date limits of this charter maybe limited to 1135 x 1138 [see note no. 534 for difficulty in dating]. This document was copied by other than Scribe A or B [see Chapter V].

546. Grant by Agnes Fossard to Peter of Bramham of 24 acres of land in Bramham in fee farm rendering annually 2*s.* For this Peter gave Agnes 3*s.* f80r/p. 181

[2nd quarter 12th century]

Rubric: Hic incipiunt carte de prebenda de Brameham. Carta Agnetis Fossard.

Noscant omnes tam presentes quam futuri quod Agnes Fossard dedi et concessi Petro de Brameham xxiiij. acras terre in eadem villa in feuda firma pro duobus tantum solidis per annum omni alia servitute exclusa, datis tribus solidis ad recognitionem. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on grant by Agnes Fossard. This grant probably preceded the grant made between 7 July 1147 x 14 October 1153 to Nostell Priory by Agnes Fossard which included a half carucate of land belonging to Peter the clerk [no. 548]. This was probably land she received in frank-marriage but the date of her marriage is unknown. For Peter the clerk of Bramham who was a kinsman of Agnes Fossard also see nos. 1188-90, 1195, 1198. See note preceding no. 545 for these benefactors.

547. Grant by Agnes Paynel to Peter son of Lawrence, her kinsman, of half a carucate of land in Bramham and 40 acres of her wood near Colemangate [Bramham] for assarting and the meadow between his toft and the brook toward Kirkabrigga [Bramham], to hold of Agnes and for service pertaining to half a carucate in the fee of Henry of Farlington, in which there are 10 carucates. f80r/p. 181

[2nd quarter 12th century]

Rubric: Carta Agnetis Painel

UNIVERSITY OF YORK

Sciant omnes videntes et audientes has literas quia ego Agnes Painel dedi et concessi Petro filio Laurentii, meo cognato, dimidiam carucatam terre in Brameham, et xl. acras de silva mea iuxta Colemangate ad exsartandum, et quoddam pratum inter toftum suum et torrentem usque ad Kircabrigga, in feodo in hereditate, libere a me et meis successoribus tenendam, scilicet ad tantum servitium[a] quantum pertinet ad dimidiam carucatam terre in feodo Henrici de Ferlingtona in quo x. carucate sunt. Huius donationis hii sunt testes, et cetera.

[a] ms *servitii*

Printed: *EYC II*, no. 1023 dated *c.* 1160-1175

Note: Date based on grant by Agnes Fossard. This grant probably preceded the grant made between 7 July 1147 x 14 October 1153 to Nostell Priory by Agnes Fossard which included half a carucate of land belonging to Osbert Bustard [no. 548]. This was probably land she received in frank-marriage but the date of her marriage is unknown. For Peter the clerk of Bramham, a kinsman of Agnes Fossard, also see nos. 1188-90, 1195, 1198. See note preceding no. 545 for these benefactors.

548. Notification by Agnes Fossard to Henry [Murdac], archbishop of York, and William Paynel her son that she made a grant to the church and canons of St Oswald, to augment the prebend [of Bramham] of York of 2 carucates of land and a mill in Bramham, namely a carucate which she holds in her own demesne, half a carucate of Peter the clerk and the other half carucate of Osbert Bustard. f80r/p. 181

[7 December 1147 x 14 October 1153]

Rubric: Carta Agnetis Fossardi.

Henrico Dei gratia Eborac' archiepiscopo totique capitulo sancti Petri et Willelmo Painel filio suo omnibusque heredibus suis et successoribus Agnes Fossard' salutem. Dilectioni vestre pateat me in elemosinam dedisse et concessisse ac presenti scripto confirmasse Deo et sancto Osuualdo de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus in augmentum prebende sancti Petri Ebor' duas carucatas terre et molendinum in Brameham, pro salute anime mee et omnium parentum meorum, liberas et quietas ab omni seculari servitio, unam videlicet de meo proprio dominio, dimidiam alteram Petri clerici, et alteram dimidiam Osberti Bustard'. Concedo etiam canonicis eandem communitatem et libertatem in eadem villa in bosco et in plano, in aquis et in pascuis, quam ego ipsa vel homines mei habent. Volo enim ut ista mea elemosina sit tam libera et quieta uti aliqua elemosina est liberior vel quietior. Huius donationis testes sunt, et cetera.

Printed: *EYC II*, no. 1019 dated 1147 x 1153.

Note: Date based on rule of Henry Murdac as archbishop of York. See note preceding no. 545. Agnes had granted the land in fee farm to Peter of Bramham [nos. 546, 547]. Osbert Bustard quitclaimed all his land in Bramham to Nostell Priory [nos. 555-57]. William Paynel's confirmation to this grant included an additional 20 acres of land which his parents [Alexander Paynel and Agnes Fossard] owed for a debt to Nostell Priory [no. 590].

549. Notification by Agnes Fossard daughter of Robert Fossard to H[enry Murdac], archbishop of York, and the chapter of York [Minster] and with the agreement of her brother William (I) Fossard, of her grant in free, pure and perpetual alms, in order to augment the prebend [of Bramham] which the canons of St Oswald have in York [Minster], of two carucates of land and a mill in Bramham, namely a carucate of land in her own demesne, half a carucate of Peter the clerk and the other half carucate of Osbert Bustard. f80r/p. 181

[7 December 1147 x 14 October 1153]

Rubric: Carta Agnetis Fossardi.

Venerabili domino et patri suo H. Dei gratia Ebor' archiepiscopo omnibusque successoribus suis totique capitulo sancti Petri ac omnibus heredibus suis Agnes Fossard, filia Roberti Fossardi, salutem. Noverit universitas vestra me caritatis intuitu dedisse et concessisse et presentis carte attestatione confirmasse, voluntate et concessione Willelmi Fossardi fratris mei, Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis

ibidem Deo servientibus, in liberam et puram et perpetuam elemosinam, in augmentum prebende quam predicti canonici habent in ecclesia beati Petri, duas carucatas terre et molendinum in Brameham cum tota secta eiusdem molendini, pro salute anime mee et omnium parentum meorum, liberas et quietas ab omni seculari servitio et exactione, unam videlicet carucatam terre de meo proprio dominio, alteram dimidiam carucatam Petri clerici, et alteram dimidiam carucatam Osberti Bustard. Concedo etiam predictis canonicis eandem communitatem et libertatem in eadem villa in bosco et in plano, in aquis et in pascuis, in semitis et in viis, et in omnibus aliis libertatibus quam ego ipsa vel aliquis antecessorum meorum melius et liberius habuit. Volo etiam ut ista mea elemosina sit tam libera et quieta ut aliqua elemosina est liberior et quietior. Huius rei testes sunt, et cetera.

Printed: *EYC II*, no. 1018 dated 1147 x 1153.
Note: Date based on rule of Henry Murdac as archbishop of York. See note preceding no. 545 and notes to nos. 548, 549 for Peter of Bramham and Osbert Bustard.

550. and 551. Repeat of no. 548 with witnesses. f80r/p. 181

[7 December 1147 x 14 October 1153]

Rubric: Carta Agnetis Fossard.
Henrico Dei gratia Ebor' archiepiscopo totique capitulo sancti Petri et Willelmo Painel filio suo omnibusque heredibus suis et successoribus Agnes Fossard salutem. Dilectioni vestre pateat me in elemosinam dedisse et concessisse ac presenti scripto confirmasse Deo et sancto Osuualdo de Nostla' et canonicis ibidem Deo servientibus mecum in augmentum prebende sancti Petri duas carucatas terre et molendinum in Brameham pro salute anime mee et omnium parentum meorum liberas et quietas ab omni seculari servitio, unam videlicet de meo proprio dominio, dimidiam alteram Petri clerici et alteram dimidiam Osberti Bustart. Concedo etiam canonicis eandem communitatem et libertatem in eadem villa, in bosco et in plano, in aquis et in pascuis quam ego ipsa vel homines mei habent. Volo enim ut ista mea elemosina (*corrected from* elemosinam) sit tam libera et quieta uti aliqua elemosina est liberior et quietior. Huius rei testes sunt et cetera.

Rubric: Agnes Fossard est sine sigillo
Hii sunt testes donationis terre de Brameham quam Agnes Fossard dedit Deo et sancto Osuualdo: Henricus de Laci, Robertus de Champeus, Anschetillus de Malnuer', Henricus de Ferariis, Robertus Barbon, Ricardus Bacot, Ricardus Carduhel, Iordanus Gramaticus, Rad[ulfus] le Dai, et Hugo et Henricus fratres eius, Willelmus de Montgai et ceteri plures.

Printed: As part of charter [no. 549] in *EYC II*, no. 1018 dated 1147 x 1153.
Note: Date based on rule of Henry Murdac as archbishop of York. See note to no. 548. The witness list provided is intriguing as all of the witnesses appear as contemporaries and witnesses to grants made by Henry (I) de Lacy in the Lacy fee from as early as this charter until as late as 1190, interestingly they do not appear in the Paynel nor Fossard fees except in this document. Henry (I) de Lacy succeeded his brother to the honour of Pontefract c. 1141 [Wightman, *Lacy Family*, pp. 82-4]. Ralph and Henry le Dai [Day] held portions of two knights' fee of Henry (I) de Lacy in 1166 [*EYC* III, no. 1508]. Hugh le Day was dead by 1166 and this document represents his latest occurrence [note preceding no. 794]. Jordan le Gramaire occurred in 1153 [*EYC* III, p. 140]. Robert Barbo occurred as late as 1170 [*EYC* III, nos. 1502, 1527, 1770]. Robert Campeaux was appealed for the death of Henry Maltravers in 1135 [see Chapter II] and occurred as late as 1150 [*EYC* III, no. 1455, 1496, 1547]. Richard Bacot occurred as late as 1166 [*EYC* III, no. 1771]. Richard Carduhel or Cardinel occurred as late as 1200 [*EYC* III, no, 1532, 1633, 1691]. See note preceding no. 545.

552. Notification by William (I) Fossard to Henry [Murdac], archbishop of York, and the chapter of York [Minster] that he confirms the grant in perpetual alms made by his sister Agnes to the church and canons of St Oswald of two carucates of land and a mill in Bramham. ff80r-v/pp. 181-82

[7 December 1147 x 14 October 1153]

Rubric: Carta Willelmi Fossarde.

Henrico Dei gratia Ebor' archiepiscopo et omnibus successoribus suis totique capitulo sancti Petri Ebor' omnibusque sancte ecclesie filiis et heredibus suis Willelmus Fossard salutem. Notum sit dilectioni vestre me concessisse et presentis carte scripto confirmasse donum quod soror mea Agnes fecit et concessit secum ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis *[f80v]* ibidem Deo servientibus, scilicet duas carucatas terre in Brameham, solutas et quietas ab omni seculari servitio et consuetudine, et molendinum eiusdem ville, in perpetuam elemosinam. Huius rei testes sunt, et cetera.

Printed: EYC II, no. 1020 dated 1147-1153.

Note: Date based on the rule of Archbishop of York Henry Murdac. See note preceding no. 545. This confirmed the grant made by Agnes Fossard [no. 549].

553. Notification by Robert Fossard to Thurstan, archbishop of York, and the chapter of York [Minster] of his grant in free, pure and perpetual alms of all the land of Huphusum [Bramham] that pertains to 4 carucates of land in his demesne. This grant is to augment the prebend [of Bramham] which he gave to the church in pure and perpetual alms. f80v/p. 182

[1120 x 1138]

Rubric: Carta Roberti Fossarde.

Venerabili patri suo Turstino Dei gratia Ebor' archiepiscopo totique ecclesie sancti Petri Ebor' capitulo et omnibus sancte ecclesie fidelibus Robertus Fossard salutem. Noverit universitas vestre me, caritatis intuitu, dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis regularibus in eadem ecclesia Deo servientibus totam terram de Huphusum' que pertinet ad quatuor carucatas terre dominii mei in Brameham, in liberam et puram et perpetuam elemosinam, ad augmentum prebende sue que facta est de ecclesiis quas eis dedi. Do etiam eisdem canonicis et hominibus suis tenentibus de prebenda sua et hac carta confirmo, in puram et perpetuam elemosinam, plenariam communam in bosco et plano, in pratis et pascuis, in viis et semitis, in aquis, in introitibus et exitibus, et in omnibus aliis asiamentis pertinentibus ad villas de feodo meo in quibus aliquid continetur de prebenda sua. Hiis testibus, et cetera.

Printed EYC II, no. 1014 dated 1129-1135.

Note: Date based on Robert Fossard. Robert Fossard had control of his estates by 1120 when his grant of the prebendal churches were confirmed by King Henry I [no. 31, B004]. He was dead by 1138 [Walker, 'Fossard Family', *DNB*, art. 54505]. See note preceding no. 545 for further information. Also see nos. 513, 514, 534.

554. Confirmation by William (II) Fossard of the grant made by William, count of Aumale, to brother Ivo of the hermitage of St Leonard near Egton, namely which the hermit Sedeman once held. f80v/p. 182

[1170 x 1194]

Rubric: Carta Willelmi Fossard.

Omnibus fidelibus visuris et audituris literas has Willelmus Fossard salutem in Domino. Sciatis me concessisse et carta mea confirmasse donationem Willelmi comitis de Aubemarle, scilicet hermitorium sancti Leonardi iuxta Eggetun quod fuit quondam heremite Sedeman, scilicet Yuoni fratri, libere et quiete sicut

unquam predictus frater Sedeman liberius tenebat, scilicet in pratris et pascuis, in aqua, in bosco. Hiis [testibus][a] et cetera.

[a] ms omitted

Printed: EYC II, no. 1041 dated c.1170-1195.

Note: Date based on William (II) Fossard, see note preceding no. 545. William (II) Fossard was in possession of his father's lands by 1170 but may have been abroad until 1179 [Walker, 'Fossard Family', *DNB*, art. 54505]. William (II) Fossard died by 1194 [*EYC* II, p. 328]. The grant of William count of Aumale may have been during his custody of William (II) Fossard in his minority or part of the Fossard inheritance which the count retained until his own death in 1179 [*EYC* II, p. 328]. Egton parish [NRY] is near the parish of Lythe and Robert de Turneham, the son-in-law of William (II) Fossard, had the patronage of a chapel there [*EYC* II, p. 356]. This charter may be included with in the Cartulary because of a connection to the church of Lythe.

555. Grant and confirmation by Osbert Bustard of all his land in Bramham which he held of the canons including the toft which Alwus held. f80v/p. 182

[last half 12th century, before 1189]

Rubric: Carta Osberti Bustart.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Osbertus Bustart, pietatis intuitu, et pro salute anime mee et patris mei et matris mee et parentum et antecessorum meorum, dedi et concessi et hac mea carta confirmavi Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus, in liberam et puram et perpetuam elemosinam, totam terram meam quam tenui de eisdem canonicis in Brameham, cum omnibus pertinentiis suis et cum tofto quod Alwi tenuit. Et volo ut hec mea elemosina sit predictis canonicis libera, soluta et quieta de me et heredibus meis et de omnibus hominibus imperpetuum sicut aliqua elemosina liberior unquam et quietior esse solet. Huius donationis testes sunt et cetera.

Printed: EYC II, 1021 dated c. 1160-1180.

Note: Date based on Osbert Bustard and quitclaim by his son [no. 556]. Land held by Osbert Bustard was granted to Nostell Priory by Agnes Fossard [no. 548] suggesting he occurred as early as 1147 x 1153; he occurred as late as 1175 [*EYC* III, p. 344]. His son Robert quitclaimed his right to the toft of Aylwn and another toft held by his father [no. 556]. The right of Alexander of Bramham to this land was quitclaimed to the priory in exchange for the support of two of his children [no. 557].

556. Notification by H. the dean and the chapter of York [Minster] that Robert Bustard quitclaimed to the canons of St Oswald's the half carucate of land with two tofts in Bramham, namely the toft of Alvus [Aylwn] and the toft which his father Osbert held of the canons before Robert. f80v/p. 182

[July 1186 x 22 October 1189]

Rubric: H. decanus Ebor'.

H. decanus et capitulum sancti Petri Ebor' omnibus videntibus et audientibus literas istas salutem in Domino. Noverit universitas vestra Robertum Bustard quietam clamasse coram capitulo nostro et aliis plurimis Deo et sancto Osuualdo et canonicis ibidem Deo et sancto Osuualdo servientibus et vendidisse et imperpetuum a se et heredibus suis abiurasse dimidiam carucatam terre in Brameham cum omnibus pertinentiis suis et cum tofto quod fuit Alvi quam terram et quod toftum Osbertus pater eius tenuit de sancto Osuualdo ante prefatum Robertum. Huius rei testes sumus et cetera.

Note: Date based on Hubert Walter as dean of York. King Henry II appointed Hubert Walter as dean of York in July 1186 and Walter was consecrated bishop of Salisbury 22 October 1189 [Greenway, *La New 1066-1300: York*, p. 9]. The grant of Robert Bustard [son of Osbert] was mentioned in an agreement which follows during the rule of Hubert Walter, and thus suggests the dean mentioned here was Hubert Walter [no. 557].

557. Agreement between Prior Ansketil and the convent on the one part and Alexander of Bramham on the other part whereby the convent will take charge of Matilda his daughter as a free woman and retain his son Simon in some good office in the priory for 12 years, beginning the first year that Hubert Walter became dean of York [Minster], and will provide for Simon as a free man. For this Alexander quitclaims any right to 4 bovates of land which Osbert Bustard and then Robert (the son of Osbert) held of the canons. f80v/p. 182

[July 1186 x July 1187]

Rubric: Carta Ansketilli prioris concessa Alex[andro] de Bramham.

Sciant tam presentes quam futuri quod hec est conventio inter Ansketillum priorem et conventum sancti Osuualdi et Alexandrum de Brameham, videlicet quod prior et conventus susceperunt filiam eiusdem Alexandri, Matild[am] nomine, ad consulendam eam sicut liberam feminam. Concesserunt etiam predictus prior et conventus Symoni filio prefati Alexandri quod retinebunt eum in aliquo ministerio domus sancti Osuualdi in quo putaverunt ipsum scire melius ministrare xii. annis, ita quod xij. anni exordium accipient a primo anno quo Hubertus Walter suscepit decanatum ecclesie sancti Petri Ebor'. Infra hos xij. annos vero providebunt prior et conventus eidem Simoni in aliquo ubi possit habere suam garizum sicut liber homo. Sepedictus vero Alexander coram capitulo sancti Petri Ebor' abiuravit et quietam clamavit et per baculum sursum tribuit priori et conventui sancti Osuualdi omnem calumpniam quam habuit adversus eos de quatuor bovatis terre quas Osbertus Bustard prius et Robertus filius eius post eum de predictis canonicis tenuerunt. Hanc abiurationem et quietam clamationem fecit Alexander super altare in ecclesia beati Petri Ebor', quod videlicet nunquam ipse vel aliquis per eum questionem vel calumpniam moveret adversus canonicos sancti Osuualdi de predictis bovatis. Hiis testibus et cetera.

Printed: EYC II, no. 1036 dated 1186-1187.

Date based on the first year of Hubert Walter as dean of York. King Henry II appointed Hubert Walter as dean of York in July 1186 and Walter was consecrated bishop of Salisbury 22 October 1189 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: York*, p. 9]; his first year was thus July 1186-July 1187. The land in question was granted to the priory by Osbert Bustard and quitclaimed by his son Robert [**nos. 556, 557**].

558. Grant with warranty to benefit the prebend [of Bramham] by William de Stuteville of a toft in Bramham, namely that which Ralph son of Farman and Siward son of Ukke held, $3^{1/2}$ acres of land abutting his orchard of Bramham, and $1^{1/2}$ acres at Osolfrode [Bramham] in exchange for the toft in Bramham that Hugh (I) Gernon held of the prebend on the west side of the monastery near William's house, and the toft which Hugh (I) Gernon and the canons granted to William to extend his court. ff80v-81r/pp. 182-83

[mid-12th century x 4 June 1203]

Rubric: Carta Willelmi de Stutevill'.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris Willelmus de Stutewill' salutem. Sciatis me concessisse et dedisse et hac mea carta confirmasse Deo et sancto Osuualdo et priori et canonicis ibidem servientibus ad meliorationem prebende quam idem prior et canonici habent in ecclesia Ebor' unum toftum in Brameham, scilicet quod Rad[ulfus] filius Farman et Siward filius Ukke tenuerunt et tres acras et dimidiam que cadunt super pomerium meum de Brameham, et unam acram et dimidiam apud Osolfrodam, in prebendam scilicet, in escambium propter toftum quod Hugo Gernun tenuit de prebenda ex occidentali parte monasterii prope *[f81r]* domum meam de Brameham, quod quidem toftum predicti canonici et Hugo Gernun michi et heredibus meis concesserunt ad curiam meam amplificandam. Hanc autem terram ego Willelmus et heredes mei contra omnes homines predictis canonicis warantizabimus ita liberam et quietam sicut aliqua terra prebendarum Ebor' ecclesie liberior est. Hiis testibus et cetera.

Printed: *EYC II*, no. 1031 dated *c.* 1175-1203; *Yorks. Deeds*, i, no. 83. *EYC II* no. 1031 provides the following witnesses from the original document in the possession of Col. Gascoigne: Hugone de Tirnescoh, Hugone de Thorp, Stephano, capellanis; Willelmo de Gramar', Ricardo de Lutrinton'; Ricardo de Hudlestorp, Willelmo filio Hugonis, Radulfo filio Siward, Moyse filio ejus, Willelmo pistore de Bramham, Alexandro filio ejus.

Note: Date based on occurrences and death of William de Stuteville. William Stuteville was probably born c.1140 and in 1174 he was granted 3 knights' fees in Knaresborough and Aldborough to hold of the king [*EYC I*, no. 508; *EYC IX*, p. 9]. His land in Bramham came through his marriage to Berta niece of Ranulf de Glanville and she was dead before 1185 [*EYC IX*, pp. 10-12, no. 36]. William died shortly before 4 June 1203 [*EYC IX*, p. 12; Thomas, 'William Stuteville', *DNB*, art. 26754]. The grant of land by the priory and Hugh (I) Gernon does not survive in the Cartulary although Hugh (I) Gernon's grant of $1^{1/2}$ acres in Bramham may represent the toft mentioned here [no. 569].

Note for nos. 559-61. Ranulf de Glanville sheriff of Yorkshire and Chief Justiciar to King Henry II died in Acre in 1190 [Ormrod, *Yorks Sheriffs*, pp. 49-50]. His co-heiresses were his three daughters: Amabel, Matilda and Helewise. Amabel married Ralph (I) de Arderne and her inheritance included land in Bramham [*EYC IX*, p. 11]. Thomas, son of Ralph (I) de Arderne and Amabel, was a benefactor of Nostell Priory [nos. 56, 559-61, 600]. Thomas de Arderne occurred as early as 1205/6 [*EYC IX*, p. 11]. He married Lucy and he was dead by 10 July 1231 when Lucy quitclaimed her dower rights to the land [no. 59]. Prior John of Nostell Priory made a bond to Thomas de Arderne for the land the priory held in fee farm and the three charters which follow were probably all time coincident with this bond [no. 561]. The dates of the three charters are thus broadly limited by the election of Prior John and the death of Thomas de Arderne (c.24 July 1208 x 10 July 1231). Between 25 November 1223 and 20 April 1226 Thomas de Arderne was called by Nostell Priory to warrant for a third part of 222 acres of land in Bramham [also described as 132 acres, 6 bovates and a third part of 2 bovates] and a third part of a mill in Bramham [*Yorks F. 1218-1231*, pp. 66-7, 66n]. It is likely that the grants by Thomas de Arderne to Nostell Priory were complete by 25 November 1223 when Thomas was first called to warrant. He was also called to warrant 20 October 1226 [no. 56]. By 13 October 1236 the Priory called on Ralph (II) de Arderne to warrant for the same land suggesting he was the heir of Thomas and Lucy [*Yorks F. 1232-1246*, p. 44]. This rent of 6*m* was granted to Brian de Lisle [see note preceding no. 562 and note to no. 600]. Ralph (II) de Arderne does not appear in the Cartulary.

559. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms, to augment the prebend of Bramham, by Thomas de Arderne son of Ralph de Arderne of all his capital messuage with garden and with all its contents in Bramham. f81r/p. 183

[c. 24 July 1208 x 10 July 1231, probably before 25 November 1223]

Rubric: Carta Thome de Arderne.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Thomas de Arderne filius Rad[ulfi] de Arderne salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse et concessisse et hac mea presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam in augmentum prebende sue de Brameham quam habent in ecclesia beati Petri Ebor' totum capitale mesuagium meum de Brameham cum gardino et aliis eius contentis; habend' et tenend' in perpetuum libere, quiete, pacifice et salvo ab omni consuetudine et exactione. Ego autem Thomas et heredes mei warantizabimus predictam elemosinam meam predicte ecclesie et predictis canonicis ubique et contra omnes homines. Ut autem hac mea donatio, concessio et confirmatio rata maneat et inconcussa presens sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding this document for dating and further information. This grant was probably time coincident with nos. 560, 561].

560. Grant with warranty by Thomas de Arderne son of Ralph de Arderne of all his land of Bramham which he had from his mother, Amabel daughter of Ranulf de Glanvill, rendering annually to Thomas 6*m* of silver, exempting all the land of his capital messuage which Thomas had granted in pure and perpetual alms to expand the prebend of Bramham. f81r/p. 183

[c. 24 July 1208 x 10 July 1231, probably before 25 November 1223]

Rubric: Carta Thome de Arderne.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Thomas de Arderne filius Rad[ulfi] de Arderna concessi et ad feudam firmam dedi et hac mea presenti carta confirmavi priori et conventui de sancto Osuualdo de Nostle totam terram meam de Brameham quam mihi excidit ex parte matris mee Amabilis filie Ranulfi de Glanvilla cum homagiis et servitiis liberorum hominum cum omnibus rusticis et sequelis et consuetudinibus eorum et cum omnibus redditibus et omnibus aliis ad eandem terram de Bramham pertinentibus in villa et extra villam, in bosco et in plano, in pratis et pascuis, in viis et semitis, in aquis et vivariis, in stagnis et molendinis et in omnibus aliis asiamentis et libertatibus ad villam de Brameham pertinentibus plenarie sine aliquo retenemento; tenend' et habend' libere, quiete ac pacifice imperpetuum de me et de heredibus meis, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis sex marcas argenti apud domum sancti Osuualdi ad duos terminos, scilicet, tres marcas ad festum sancti Martini et tres marcas ad Pentec' pro omni servitio et exactione ad me et heredes meos pertinente: de predicta autem terra excipio totum capitale mesuagium meum de Brameham cum gardino et aliis eius contentis que dedi eis in puram et perpetuam elemosinam in augmentum prebende sue de Bramham. Ego vero Thomas et heredes mei warantizabimus totam predictam terram cum omnibus pertinentiis suis prefatis canonicis ubique et contra omnes homines sine omni dolo et fraude et contradictione vel reclamatione. Ut autem hec mea donatio et concessio cunctis temporibus rata maneat et inconcussa presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding no. 559 for dating and further information. Also see no. 561.

561. Bond by Prior John and the convent that they will render annually to Thomas de Arderne son of Ralph de Arderne and his heirs 6*m* of silver for all the land they hold in fee farm of Thomas in Bramham, Thomas retaining the right of distraint. f81r/p. 183

[c.24 July 1208 x 10 July 1231, probably before 25 November 1223]

Rubric: Carta Iohannis prioris.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Iohannes prior sancti Osuualdi de Nostle et successores mei et conventus eiusdem loci debemus annuatim solvere Thome de Arderne filio Rad[ulfi] de Arderne et heredibus suis vel cuicumque ipse vel heredes sui voluerint sex marcas argenti pacandas eis apud sanctum Osuualdum ad duos terminos, scilicet tres marcas ad festum sancti Martini et tres marcas ad Pentec' pro tota terra sua de Brameham quam tenemus de ipso et de heredibus suis per cartam suam in feudam firmam. Si autem predictas sex marcas ad predictos terminos predictis T. vel heredibus suis non solvimus, licebit predicto T. et heredibus suis nos per predictum feudum ad solvendam predictam firmam distringere. Ut autem istud fideliter sine dolo et contradictione teneamus et faciamus predicto T. et heredibus suis presens scriptum sigillis nostris roboravimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on election of Prior John and the death of Thomas de Arderne. John was probably elected prior of Nostell Priory c. 24 July 1208 and he died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. Thomas de Arderne was dead by 10 July 1231 [no. 59]. Thomas de Arderne was called to warrant for this land as early as

25 November 1223 which suggests these documents were issued before that date [*Yorks F. 1218-1231*, p. 66n]. See note preceding no. 559. This document establishes the dates for nos. 559, 560.

Note for charters no. 562-564, 572, 600, 665. In 1205 Brian de Lisle, mentioned in the following charters, was the custodian of the lands of William de Stuteville, and when they were redeemed by the four daughters and coheiresses, [see note preceding no. 559] he retained control over large estates in the north, most importantly Knaresborough and Aldborough [Church, 'Brian de Lisle', *DNB*, art. 47250]. He was dead by 15/18 August 1234 and the charters below thus postdate his life. The land held in fee farm in Bramham, for a rent of 6*m* was granted to Nostell Priory by Thomas de Arderne [nos. 559-61]. Before his death c. 11 July 1231 Thomas de Arderne granted the rent to his kinsman Brian de Lisle [no. 600]. Before 15/18 August 1234 [his death] Brian de Lisle granted to Robert Lupus 3*m* of the 6*m* rent owed by Nostell Priory [this transaction is not in Cartulary] and subsequently Robert Lupus granted the rent to William Tison [no. 665]. Nothing is known of either Robert Lupus nor William Tison; the latter was not the heir of either Gilbert or Adam Tison who were earlier benefactors of the priory in Swinton, but may be an unrecorded descendant [nos. 351-58]. At an overall cost to Nostell Priory of 59*m* the annual rent of 3*m* was reduced to 16*d* [nos. 562-64, 572]. Also before 15/18 August 1234 Brian de Lisle granted the other 3*m* of the 6*m* rent originally owed to Thomas de Arderne to Robert de Stokes [see nos. 666-73].

562. Quitclaim by William Tison of half a mark of silver of the 3*m* of annual rent [from Bramham] which Robert Lupus his lord had by the gift of Brian de Lisle, and which William was given for his service. For this the prior and canons gave William 5*m* of silver. ff81r-v/pp. 183-84

St Oswald, 13 February 1235

Rubric: Carta Willelmi Teisun.

Omnibus Cristi fidelibus presentes literas visuris vel audituris Willelmus Teissun salutem in Domino. Noverit universitas vestra me vendidisse et imperpetuum quietum clamasse de me et heredibus meis priori et conventui de sancto Osuualdo de Nostl' annuum redditum dimidie marce argenti de illis tribus marcis quas de eisdem annuatim ad duos terminos percipere consuevi apud Brameham, quas tres marcas dominus Robertus Lupus dominus meus habuit de dono domini Briani de Insula et eas pro servitio meo mihi dedit. Predicti vero prior et conventus pro predicto [servitio *dotted for deletion*] redditu et illius quieta clamatione quinque marcas argenti mihi premanibus dederunt. Volo autem quod predicti prior et conventus predictum redditum ita pacifice possideant et quiete quod nec ego nec aliquis ex parte mea aliquid iuris ratione predicti redditus a predictis umquam possumus exigere. Ego vero predictus Willelmus Teissun et heredes mei warantizabimus et defendemus predictum annuum redditum predictis priori et conventui contra omnes homines ubique et imperpetuum. Act' apud sanctum Osuualdum anno gratie [*f81v*] m° c°c° tricesimo quarto, idus Februarii. Et ad perpetuam huius rei securitatem presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding this regarding the land and the individuals mentioned here. This was probably the first incremental remission of the rent the Priory owed for the land in Bramham and this document provides the earliest limit for those which follow [nos. 563, 564].

563. Quitclaim with warranty by William Tison of 20*s* of the 3*m* for annual rent which the canons gave to William at Bramham, namely the 3*m* which his lord Robert Lupus had as a gift of lord Brian de Lisle and William was given for his service. For this the canons gave to William *15m.* f81v/p. 184

[13 February 1235 x 18 November 1246]

Rubric: Carta Willelmi Teissun.

Omnibus Cristi fidelibus presentes literas visuris vel audituris Willelmus Teissun salutem in Domino. Noverit universitas vestra me vendidisse et imperpetuum quietum clamasse priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostl' pro quindecim marcis quas mihi premanibus dederunt annuum redditum viginti solidorum de illis tribus marcis quas de eisdem canonicis annuatim ad duos terminos percipere consuevi apud Brameham, quas tres

marcas dominus Robertus Lupus dominus meus habuit quondam de dono domini Briani de Insula et eas mihi pro servitio meo dedit. Volo autem quod predicti canonici ita pacifice predictum redditum annuum viginti solidorum possideant quod nec ego nec aliquis ex parte aliqua nomine meo aliquid ab eisdem canonicis ratione predicti redditus viginti solidorum umquam possumus exigere. Ego vero predictus Willelmus Teissun et heredes mei warantizabimus predictum annuum redditum xx^ti^ solidorum predictis canonicis contra omnes homines imperpetuum. Et ad perpetuam huius rei securitatem presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on nos. 562 and 572. See note preceding no. 562 for further information.

564. Quitclaim with warranty by William Tison of the annual rent of 38*s* 8*d* which William was accustomed to gather in the name of Robert Lupus, his lord, namely the same annual rent which Robert Lupus was accustomed to gather in the name of Brian de Lisle and which William was given for his service. For this the canons gave William 29*m* of silver. f81v/p. 184

[13 February 1235 x 18 November 1246]

Rubric: Carta Willelmi Teissun.

Omnibus has literas visuris vel audituris Willelmus Teissun salutem in Domino. Noverit universitas vestra me concessisse et remisisse et quietum clamasse imperpetuum de me et heredibus meis priori et conventui sancti Osuualdi de Nostl' annuum redditum triginta et octo solidorum et octo denariorum quem ab ipsis annuatim percipere solebam nomine domini Roberti Lupi domini mei qui ipsum redditum ab ipsius nomine domini Briani de Insula annuatim percipere solebat et mihi pro servitio meo dedit et carta sua confirmavit. Pro hac vero concessione et remissione et quieta clamatione dederunt mihi predicti prior et conventus viginti et novem marcas argenti. Ego vero Willelmus et heredes mei predictum redditum predictis priori et conventui contra omnes homines warantizabimus et defendemus ubique et imperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on nos. 562 and 572. This remission reduces the rent from the original 3*m* to 16*d*. See no. 572 for the final agreement between William Tison and Nostell Priory for the remaining 16*d*. See note preceding no. 562 for the people mentioned and the land.

565. An agreement made at the assize in York between the abbot and convent of St Mary York, querent, and the prior and convent of St Oswald, deforciant, concerning the raising of a pool in Bramham which damaged the liberty of the free tenement of the abbot and the convent. The prior and canons give to the abbot and convent 2 acres and 3 parts of one acre and 12 'falls' of land in the *cultura* called Old Firth [Bramham, described] and one acre and 4 'falls' in the fields called Suthfeld [Bramham, described]. In exchange for this the abbot and convent of St Mary give to the prior and convent 2 acres and 3 parts of one acre and 38 'falls' land at Kuntelaytwait in the fields called Suthfeld [Bramham] and 3 roods and 18 'falls' at Spen Farm [Bramham] near the pool of the prior and canons in the field called Westfeld [Bramham]. The abbot and convent retain a road and the right to transit the pool near the mill with carts, carriages and horses whenever they wish. f81v/p. 184

York, 28 June 1240

Rubric: Conventio inter abbatem sancte Marie Ebor' et priorem et conventum.

Anno gratie m° c°c° quadragesimo vigilia apostolorum Petri et Pauli apud Ebor' quando assise ibi fuerunt facta est hec conventio inter abbatem et conventum sancte Marie Ebor' querentes et priorem et conventum de sancto Osuualdo deforciantes de quodam stagno exaltato in Brameham ad nocumentum liberi tenementi^a^ dictorum abbatis et conventus in eadem villa, scilicet quod dicti prior et conventus de sancto Osuualdo

dederunt dictis abbati et conventui de Ebor' duas acras et tres partes unius acre et duodecim fall[as] terre cum pertinentiis in quadam cultura que vocatur Aldeford, scilicet que iacent inter culturas dictorum abbatis et conventus in Brameham in campo quod vocatur Northfeld et unam acram et quatuor fall[as] terre in campo quod vocatur Suthfeld' que iacent propinquiores culture dictorum abbatis et conventus ad Henrowes et abbutissant super Yorkesgate; habendas et tenendas dictis abbati et conventui imperpetuum in exscambium libere, integre et quiete cum omnibus libertatibus et asiamentis et cum omnibus aliis pertinentiis infra villam et extra et in omnibus locis absque aliquo retenemento pro exaltatione dicti stagni. Et pro excambio dictarum terrarum dicti abbatis et conventus de Ebor' dederunt dictis priori et conventui de sancto Osuualdo duas acras et tres partes unius acre et triginta octo fall[as] terre apud Kuntelaytwait in campo quod vocatur Suthfelde et tres rodas et decem et octo fall[as] apud Munkehaithespen iuxta stagnum dictorum prioris et conventus in campo quod vocatur Westfeld; habendas et tenendas dictis priori et conventui imperpetuum in excambium libere, integre et quiete cum omnibus libertatibus et asiamentis et cum omnibus aliis pertinentiis infra villam et extra, et in omnibus locis absque aliquo retenemento, salvis dictis abbati et conventui de Ebor' et hominibus eorum via et transitu per predictum stagnum cum carris et carectis et cum equis iuxta molendinum quandocumque voluerint. Et ad maiorem securitatem abbas et conventus sancti Marie Ebor' prior et conventus de sancto Osuualdo presenti scripto sigilla capituli sui hinc inde apposuerunt. Hiis testibus et cetera.

[a] ms corrected from *tenementu*

Note: The mill at Bramham was the gift of Agnes Fossard [m. Paynel] in 1147 x 1153 [no. 548].

566. Confirmation by Hugh of Oglethorpe son of William of Oglethorpe of the land in Bramham which his ancestors gave to the church and canons to augment the prebend [of Bramham], namely all the land called Mindescrot, all the land of Homes, and Herebertcroft, and an acre of land which his brother Thomas gave the canons [all in Bramham]. Hugh grants with warranty in free, pure and perpetual alms half an acre of land [described] and the tithes of his meadow which the canons once had from his father William. ff81v-82r/p. 184-85

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Hugonis de Oclestorp' filii Willelmi.

Sciant omnes tam presentes quam futuri[a] quod ego Hugo de Okelestorp' filius Willelmi de Okelestorp dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi pro salute anime mee et patris mei et matris mee et omnium antecessorum et heredum meorum Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam et puram et perpetuam elemosinam omnes terras in Brameham quas antecessores mei eis dederunt et concesserunt in augmentum prebende sue, scilicet totam terram cum omnibus pertinentiis suis que appellatur Smidescrot et totam terram de Homes cum omnibus pertinentiis suis et Herebertcroft cum omnibus pertinentiis suis et unam acram terre cum omnibus pertinentiis suis quam Tomas frater meus predictis canonicis dedit. Et ego similiter pro salute anime mee do et concedo in liberam et puram [*f82r*] et perpetuam elemosinam eisdem canonicis dimidiam acram terre de acremento que propinquior est terre Hugonis filii Odde et Alveredi fratris sui et totam decimam prati mei sicut unquam melius habuerunt tempore Willelmi patris mei. Et ego et heredes mei warantizabimus predictis canonicis totam predictam elemosinam contra omnes homines. Hiis testibus et cetera.

[a] ms corrected from *fuerituri*.

Note: Date based on occurrences of Hugh son of William of Oglethorpe. Hugh son of William occurred in 1197 x 1198 holding 2 acres of land in Oglethorpe of Thomas Hay of Aughton a [Clay & Greenway, *EYFamilies*, pp. 40, 114]. Hugh's father, William son of Alan of Oglethorpe, quitclaimed a toft in Bramham [no. 597] and Hugh's brother Thomas granted an acre of land in the fields of Bramham [no. 608].

567. Grant by Prior John and the convent to Elias, chaplain, son of William of Oglethorpe of a moiety of 2 parts of all the meadow of Oglesthorpe, namely lying east of the meadow which Elias granted in pure and perpetual alms to the prior and canons, rendering annually to the canons half a mark of silver. f82r/p. 185

[30 March 1218 x 27 September 1237]

Rubric: Carta Iohannis prioris concessa Elie de Okeletorp.

Omnibus has literas visuris vel audituris Iohannes prior et conventus de sancto Osuualdo de Nostle eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra nos concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Elie filio Willelmi de Okelestorp capellano vel cui assignare voluerit medietatem duarum partium totius prati de Okelestorp' versus orientem cum suis pertinentiis, quod pratum idem Elias nobis in puram et perpetuam dedit elemosinam et carta sua confirmavit; tenend' de nobis libere, pure et perpetue, reddendo inde nobis annuatim dimidiam marcam argenti pro omni servitio et exactione, medietatem scilicet ad festum sancti Martini et aliam medietatem ad Pentec'. Ipse vero Helias tactis sacrosanctis Ewangeliis pro se et pro heredibus suis in capitulo nostro iuravit quod conservabunt nos indempnes in omnibus super possessione predicti prati et quod nullo modo predictam medietatem prati absque assensu nostro et concessione alicui dabunt vel vendent vel aliquo modo alienabunt. Idem etiam Elias pro se et pro assignatis sub predicto iuravit sacramento quod fideliter et sine aliqua contradictione predictam firmam predictis terminis nobis apud Brameham persolvent quod si a solutione predictis terminis cessaverit, licebit nobis sine omni contradictione et reclamatione ipsius vel assignatorum suorum predicti prati libere ingredi possessionem. Cum autem tempus falcationis annuatim evenerit erit in optione nostra herbam ambarum predictarum partium vel per acras inter nos dividere vel partatim vel mediatim. Ipse vero Helias vel sui assignati utilitatem et custodiam predicti prati communiter nobiscum in omnibus procurabunt. Ut autem omnia predicta perpetuis temporibus rata maneant et inconcussa nos ex una parte et Helias predictus ex alia huic scripto sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on the confirmation of the grant by Nicholas (II) de Stuteville and the rule of Prior John. Elias, chaplain, granted the land mentioned here [no. 568] and it was confirmed by Nicholas (II) de Stuteville between 30 March 1218 x 19 October 1233 [no. 641]; Nicholas' confirmation provides the earliest limit. Prior John was probably elected c. 24 July 1208 and died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]; his death providing the latest limit. On 21 August 1225 Elias, chaplain, occurred holding a tenement in Oglethorpe of Thomas Hay of Aughton [*Yorks F. 1218-1231*, p. 62].

568. Grant with warranty in order to augment the prebend of Bramham in pure, free and perpetual alms by Elias, chaplain, son of William of Oglethorpe of 2 parts of all the meadow of Oglesthorpe with free entry and exit, namely that which William de Stuteville and his brother Nicholas (I) and Nicholas (II) son of Nicholas once held in demesne. f82r/p. 185

[30 March 1218 x 19 October 1233]

Rubric: Carta [Willelmi *dotted in red for deletionand lined through in pencil*] Elie filii Willelmi.

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Helias filius Willelmi de Oclestorp capellanus eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me caritatis intuitu et pro salute anime mee et antecessorum ac successorum meorum concessisse, dedisse et hac presenti carta confirmasse Deo et

ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus in puram et liberam et perpetuam elemosinam in augmentum prebende eorum de Brameham quam habent in ecclesia beati Petri Ebor' duas partes totius prati de Oclestorp' versus orientem, quas scilicet Willelmus de Stutevilla et Nicholaus frater eius et Nicholaus filius eiusdem Nicholai aliquando in dominio tenuerunt, cum omnibus liberis introitibus et exitibus et cum omnibus aliis commoditatibus et asiamentis eidem prato pertinentibus sine aliquo retenemento, impedimento, contradictione et vexatione mei vel heredum meorum integre, honorifice et quiete, libere, pure et pacifice perpetuo possidendas. Ego vero et heredes mei warantizabimus predictis canonicis de sancto Oswaldo predictas duas partes totius predicti prati de Oclestorp cum omnibus liberis pertinentiis suis in omnibus et ubique contra omnes homines imperpetuum. Ut autem hec mea concessio, donatio et confirmatio rata et inconcussa cunctis permaneat temporibus presens scriptum sigilli mei appositione corroboravi. Hiis testibus.

Note: Date based on Nicholas (I) and Nicholas (II) de Stuteville. William de Stuteville, the eldest son and heir of Robert (III) de Stuteville, was born c. 1140 and died shortly before 4 June 1203 [*EYC IX*, pp. 9-12]. His brother Nicholas (I), second son of Robert (III) de Stuteville, and heir of his brother William de Stuteville, was himself dead by 30 March 1218 [*EYC IX*, pp. 13-15]. Nicholas (II) son of Nicholas (I), although the youngest son, inherited from his father and he died before 19 October 1233 [*EYC IX*, p. 20]. Nicholas (II) confirmed this grant thus limiting this grant to between the deaths of Nicholas (I) and Nicholas (II) [no. 641]. On 21 August 1225 Elias, chaplain, occurs holding a tenement in Oglethorpe of Thomas Hay of Aughton [*Yorks F. 1218-1231*, p. 62]. Also see **nos. 566, 567.**

569. Grant in free, pure and perpetual alms by Hugh (I) Gernon of Bramham of half an acre of his land lying at Ling [Bramham] between the *cultura* of the prior and canons and the *cultura* of the prior of Marton [described]. For this Hugh will receive the benefits of the prayers of the church of St Oswald's. f82r/p. 185

[mid-12th century x 4 June 1203]

Rubric: Carta Hugonis Gernun de Brameham.

Universis Cristi fidelibus has literas visuris vel audituris Hugo Gernun de Brameham salutem. Noveritis me caritatis intuitu et pro salute anime mee dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie beati Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus dimidiam acram terre mee in liberam et puram et perpetuam elemosinam sicut aliqua elemosina liberius ac melius dari potest, illam scilicet que iacet in campo australi apud Ling inter culturam domini prioris sancti Osuualdi et culturam domini prioris de Martun et incipit ab illo loco qui dicitur Spen de Gunecroft et protendit se nos ad viam regalem; tenend' et habend' dictis canonicis libere, quiete et pacifice nunc et imperpetuum. Ut ego particeps fiam in orationibus et in omnibus beneficiis que fiunt et fient in ecclesia beati Osuualdi de Nostl'. Et ut hec mea donatio, concessio et presentis carte mee confirmatio robur firmitatis et securitatis et securitatis [*sic*] optineant, presentem cartam sigilli mei impressione corroboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William de Stuteville's mention of this land. This may be the toft which Hugh (I) Gernon and the canons of Nostell Priory granted to William de Stuteville to extend his court mid-12th century x 4 June 1203 [no. 558]. Marton was an Augustinian double house founded by Bertram de Bulmer in North Yorkshire, becoming a house of canons only by 1161 [KH, p. 166]. See note preceding no. 1129 concerning Gernon family.

570. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Robert Gernon son of Hugh (I) Gernon of Bramham, in augmentation of the prebend of Bramham, of all his land of Ketilcroft [Bramham], as he swore at the high altar of York [Minster]. ff82r-v/pp. 185-86

York [Minster], [late 12th century x 22 January 1238]

Rubric: Carta Roberti Gernun.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Robertus Gernun filius Hugonis Gernun de Brameham salutem. Noverit universitas vestra me caritatis intuitu et pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti mea carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis regularibus ibidem Deo servientibus in augmentum prebende eorum de Brameham quam habent in ecclesia beati Petri Ebor' totam terram [*f82v*] meam de Ketilcroft cum omnibus pertinentiis suis sine aliquo retenemento in puram et perpetuam elemosinam liberam, solutam et quietam de omni servitio et seculari exactione imperpetuum. Ego vero Robertus et heredes mei warantizabimus, manutenebimus et defendemus ubique et in omnibus totam predictam elemosinam meam cum omnibus pertinentiis suis predictis canonicis contra omnes homines et fideliter iuravi hoc pro me et pro heredibus meis super altare beati Petri Ebor'. Ut autem hec mea donatio cunctis temporibus rata maneat et inconcussa presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrence of Robert Gernon and confirmation by Peter (I) de Mauley. Robert Gernon occurred with his father Hugh (I) as early as 1180 x 1200 [*EYC* III, no. 1613]. The grant here made by Robert Gernon was confirmed later by Peter (I) de Mauley and his wife Isabel who had inherited the Fossard fee. Their confirmation suggests a sub-tenurial relationship by the Gernon family [no. 592]. Peter (I) de Mauley was married to Isabel by 1214 and Peter (I) died before 22 December 1241; Isabel was dead before 22 January 1238 [*Comp. Peerage* 8, pp. 555-8]. Isabel's death provides the latest date of this grant. Hugh (II) Gernon confirmed this grant made by his father and after Robert's death his wife Hawise quitclaimed her right [nos. 639-40]. See note preceding no. 1129 concerning Gernon family.

571. Grant with warranty by William Frankelayn son of Reginald of Bramham to Robert Cote son of Ralph of Bramham of part of his toft in Bramham, 4 perches of land near the cemetery, $3^{1/2}$ perches near the king's highway, and 4 perches of land [all in Bramham] to hold from William, rendering annually to William 3*d* of silver. For this Robert gave to William half a mark. f82v/p. 186

[last half 12th century]

Rubric: Carta Willelmi Frankelayn.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus Frankelayn filius Reginaldi de Brameham salutem in Domino. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Roberto Cote filio Rad[ulfi] de Brameham quamdam partem tofti mei in Brameham ex aquilonari parte eiusdem, ex alia videlicet parte qua vicinior est tofto meo quatuor percatas terre, ex alia vero parte videlicet ex opposita versus cimiterium tres percatas et dimidiam, ex tertia vero parte videlicet ex illa que extendit se iuxta regiam stratam que ducit ab aquilone ad austrum quatuor percatas prout divise inter me et ipsum facte portendunt; tenend' et habend' predicto Roberto et heredibus suis vel assignatis in feodo et hereditate de me et heredibus meis libere et quiete cum libero introitu et exitu, et cum omnibus pertinentiis suis et asiamentis sine retenemento sive impedimento mei vel heredum meorum, reddendo inde per annum mihi et heredibus meis tres denarios argenti, medietatem ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini in yeme pro omni servitio, consuetudine et demanda. Pro hac vero donatione, concessione et confirmatione dedit mihi predictus Robertus dimidiam marcam premanibus. Ego vero predictus W. et heredes mei warantizabimus et defendemus totam predictam terram cum pertinentiis predicto Roberto et heredibus suis contra omnes homines imperpetuum. Et si domini mei de quibus teneo aliquam molestiam fecerint predicto Roberto causa

ingressus sui in hoc tenementum ego illam ad sumptus meos pacificabo. Et ut hec omnia predicta firmitatis robur optineant presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William Frankelyn. Nothing is known of William Frankelyn son of Reginald of Bramham but the witnesses to one of his transactions suggests he was active in the last half of the 12th century [no. 573]. Subsequent to this transaction William quitclaimed to Nostell Priory the 3*d* mentioned here [no. 574]. He made at least two grants and a sale of land to Nostell Priory but there is insufficient information to associate the land in question [nos. 571-75, 650].

572. Agreement in the form of a chirograph between Prior Ambrose and the convent and William Tison whereby the prior and canon are held to William for the annual rent of 16*d* which is held back from the annual rent of 3*m* which William was accustom to receive from the prior and is the same rent which Robert Lupus granted to William. f82v/p. 186

[27 September 1237 x 18 November 1246]

Rubric: Carta Ambrosii prioris concessa Willelmo Teissun.

Omnibus has literas visuris vel audituris Ambrosius prior et conventus [sal salutem *dotted for deletion*] sancti Osuualdi de Nostl' salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos tenemur Willelmo Teissun in solutione annui redditus sexdecim denariorum solvendorum annuatim ei et heredibus suis vel cui assignare voluerit ad Pentec' apud sanctum Osuualdum, quos sibi retinuit de annuo redditu trium marcarum quas de nobis annuatim percipere consuevit quas habuit de dono domini Roberti Lupi. Et ad maiorem huius rei securitatem presenti scripto in modum cirographi confecto tam nos quas dictus Willelmus Teissun sigilla nostra hinc inde apposuimus. Teste capitulo nostro et eodem Willelmo.

Note: Date based on rule of Ambrose as prior of Nostell Priory. The predecessor of Ambrose died 27 September 1237 and Ambrose died 18 November 1246 [Smith, *Heads* II, p. 438]. See note preceding no. 562 regarding this grant and William Tison. This is the same rent which William Tison incrementally remitted (less the 16*d* mentioned here) to the priory between 13 February 1235 and this charter.

573. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by William Frankelayn of Bramham of an acre of land in Bramham [described], a half a rood at Ling [Bramham] and 1 1/2 roods of land at Black Fen [Bramham, described]. f82v/p. 186

[last half 12th century]

Rubric: Carta Willelmi Frankelain.

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus Frankelain de Brameham salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Marie et sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam unam acram terre in territorio de Brameham, videlicet dimidiam acram que iacet in Gunnecroft' versus austrum et est propinquior culture ipsorum canonicorum et unam dimidiam rodam ad Lyng et unam rodam et dimidiam ad Blakefen propinquiores culturis eorundem canonicorum in utroque loco versus austrum; tenend' et habend' predictis canonicis imperpetuum cum omnibus pertinentiis suis et asiamentis libere, quiete et honorifice. Ego vero predictus Willelmus et heredes mei predictam terram predictis canonicis contra omnes homines warantizabimus et defendemus. Ad maiorem autem huius rei securitatem presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Printed: *EYC II* no. 1032 dated c. 1160-1175; copied from the 'original in the possession of Col. Gascoigne' and an abstract in *Yorks. Deeds*, i, n. 84 where the following witnesses are included:

Herberto de Morevill, Simone de Sigillo, Henrico de Occlestorp, Roberto de Langethwayd, Willelmo filio Alexandri, Hugone Gernun, Radulfo Belleword et aliis.

Note: Date based on witness list. Nothing is known of William Frankelayn other than his transactions in the Cartulary. This witness list suggests his active life to have been the last half of the 12th century. The witnesses include: Herbert de Moreville who occurred 1155 x 1165 [*EYC I*, no. 332]; Simon de Sigillo [de Seel] who occurred c.1150 x 1185 [no. 1099]; Hugh (I) Gernon who occurred mid-12th century x 4 June 1203 [nos. 558, 569 and note preceding no. 1129]; William son of Alexander [nos. 578-82, 591, 624, 625, 674, 1156, 1158, 1159]; Robert Langthwaite who occurred first half 13th century [nos. 583-85, and elsewhere]. See note no. 571 for further information.

574. Quitclaim with warranty by William Frankelayn of the rent of 3*d* which the canons used to render to him for the land which Robert Cote once held of William in Bramham. f82v/p. 186

[last half 12th century]

Rubric: Carta Willelmi Frankelain.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Willelmus Frankelayn dedi et concessi et quietum clamavi Deo et beato Osuualdo et canonicis de sancto Osuualdo redditum trium denariorum quem iidem canonici mihi reddere consueverunt pro terra quam Robertus Cote quondam de me tenuit in villa de Brameham. Hunc redditum prenominatum eis concessi et quietum clamavi de me et heredibus meis imperpetuum. Et ego Willelmus et heredes mei iam dictum redditum predictis canonicis contra omnes homines imperpetuum warantizabimus Hiis [testibus] et cetera.

Note: Date based on William Frankelayn. See note no. 573 for dating. This rent of 3*d* is for the land William Frankelayn granted to Robert Cote in Bramham [no. 571]. For further information regarding this benefactor see note to no. 571.

575. Grant with warranty in pure and perpetual alms by William Frankelayn son of Reginald of Bramham of 1$^{1/2}$ acres of land in Bramham [described]. ff82v-83r/pp. 186-87

[last half 12th century]

Rubric: Carta Willelmi Frankelain.

Omnibus has literas visuris vel audituris Willelmus Frankelayn filius Reginaldi de Brameham salutem. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse dominis meis priori et conventui de sancto Osuualdo unam acram terre et dimidiam in territorio de Brameham in puram et perpetuam elemosinam, videlicet unam rodam et dimidiam apud Langescmale et dimidiam rodam apud Foxepittes et duas rodas et dimidiam apud Rodes et unam rodam et dimidiam inter rivulum qui dicitur Bla[*f83r*]kefensyk et boscum de Blakefen; tenend' et habend sibi libere et quiete et honorifice cum omnibus pertinentiis imperpetuum. Et ego et heredes mei warantizabimus et defendemus predictas tres dimidias acras contra omnes homines imperpetuum. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William Frankelayn. See nos. 571, 573 for dating and this benefactor.

576. Grant with warranty by Prior J[ohn] and the convent to William the forester son of Ralph of a messuage in Bramham [described], rendering annually to the canons 6*d*. f83r/p. 187

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta I. prioris concessa W. Forestari.

Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego I. prior et conventus sancti Osuualdi de Nostle dedimus et concessimus et hac nostra presenti carta confirmavimus Willelmo forestario filio Rad[ulfi] et heredibus suis

unum mesuagium in Brameham cum omnibus libertatibus et asiamentis ad illud pertinentibus, illud scilicet mesuagium quod iacet inter mesuagium Willelmi filii Rad[dulfi] filii Siwardi et mesuagium quod fuit Petri clerici, habens quatuor percatas terre in latitudine et in longitudine sicut se extendit inter duas vias; habend' et tenend' de nobis sibi et heredibus suis iure hereditario libere et quiete et honorifice imperpetuum, reddendo nobis inde singulis annis sex denarios ad duos terminos pro omni servitio, tres scilicet denarios ad Pentec' et tres denarios ad festum sancti Martini. Nos vero warantizabimus predicto Willelmo et heredibus suis predictum mesuagium quam diu se legaliter erga nos habuerit. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rule of Prior John. Prior John was probably elected c. 24 July 1208 and died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. This was probably the same messuage which William the forester later granted to Serlo, the servant [forester] of St Oswald [nos. 577, 626-28].

577. Quitclaim by William the forester son of Ralph to the prior and convent of all right and claim in a messuage in Bramham which he once held of them, saving the rights which Serlo and William have in the messuage as explained in William's charter. f83r/p. 187


[c. 24 July 1208 x 1244]

Rubric: Carta Willelmi filii Rad[ulfi] forestarii.

Omnibus has literas visuris vel audituris Willelmus forestarius filius Rad[ulfi] salutem in Domino. Noverit universitas vestra me vendidisse et quietum clamasse imperpetuum de me et heredibus meis priori et conventui sancti Osuualdi de Nostl' totum ius et clamium quod habui in quodam mesuagio de Brameham quod de eisdem aliquando tenui pro quadam summa pecunie, salvo iure Serlonis et Willelmi quod habent in eodem mesuagio per cartam meam. Et ut hec mea venditio et quieta clamatio rata et inconcussa perpetuis perseveret temporibus presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on grant to William the forester and Prior Stephen. This was probably the same messuage which the Priory granted to William during the rule of Prior John which provides the earliest date [no. 576]. During the rule of Prior Stephen Serlo granted this land to the Priory as part of a lease which provides the latest date possible for this grant [no. 770]. The charter of William referenced here was probably one of the series of transactions William and Serlo concluded together [nos. 626-28]. Serlo was also described as the forester of St Oswald [no. 660].

Note to nos. 578-82. The only occurrence of Alexander of Bramham in this Cartulary was his agreement in July 1186 x July 1187 with Prior Ansketil of Nostell Priory regarding the care of his daughter Matilda and his son Simon [no. 557]. In the charters which follow William son of Alexander and his brother Walter were benefactors of Nostell Priory. The only datable event for this generation was the mention of William son of Alexander in a sales agreement between the convent of St Andrew's, York, and Nostell Priory which can be dated to c. May 1226 x 4 May 1251 [no. 591]. This agreement states that the land of William son of Alexander had been granted to St Andrew's, York, by Nicholas de Stuteville, suggesting a sub-tenancy arrangement by William son of Alexander of Bramham with the Stuteville fee in Bramham. This document also suggests that the active adult lives of William and Walter sons of Alexander were between July 1186 and the mid-13th century. The transactions in the Cartulary suggest that William was the eldest son, granting to Nostell Priory the rents his brother Walter owed to William [no. 579]. William was married to the daughter of Simon de Sigillo [de Seel] [no. 582] and had at least two sons, Hugh and Richard and a daughter Mariote [nos. 1137, 1156, 1158-59, 1161].



578. Grant with warranty by William son of Alexander of Bramham to Peter Fauvel of 3 roods of land in Bramham [described], rendering annually to William 6*d.* f83r/p. 187

[late 12th x mid-13th centuries]

Rubric: Carta Willelmi filii Alexandri.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Willelmus filius Alexandri de Brameham dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Petro Fauvel tres rodas terre in territorio de Brameham, scilicet in campo versus aquilonem unam rodam apud Wranglandes et in campo versus australem apud Bondcastel unam rodam et in campo versus occidentem unam rodam apud Wildehafrfolt illi et heredibus suis; tenend' et habend de me et heredibus meis libere et quiete, pacifice in omnibus libertatibus, asiamentis infra villam et extra ad predictam terram pertinentibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis sex denarios, scilicet tres denarios ad Pentec' et tres denarios ad festum sancti Martini in yeme. Ego vero predictus Willelmus et heredes mei warantizabimus predictas rodas terre predicto Petro Fauvel et heredibus suis contra omnes homines imperpetuum. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding for dating. This land was granted by William son of Alexander to Nostell Priory [no. 579]. William son of Alexander also granted a half acre of land and a quarter of a rood to Peter Fauvel [no. 654].

579. Grant with warranty in free and perpetual alms by William son of Alexander of Bramham, for the lights of the infirmary of the canons, of the rent of 2*d* which William's brother Walter rendered for a toft in Bramham, namely that which Walter granted to John Tylli for his service [described] and 3 roods of land in Bramham which Peter Fauvel once held of William [described]. f83r/p. 187

[late 12th x mid-13th centuries]

Rubric: Carta Willelmi filii Alexandri.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Willelmus filius Alexandri de Brameham dedi et concessi et hac presenti carta confirmavi Deo et beate Marie et ecclesie sancti Oswaldi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum in liberam et perpetuam elemosinam ad lumen domus infirmorum suorum redditum duorum denariorum in villa de Brameham, quos Walterus frater meus mihi annuatim reddere consuevit pro uno tofto in eadem villa quod idem Walterus dedit Iohanni Tilli pro servitio suo; quod videlicet toftum iacet inter toftum Rogeri Bercarii et toftum meum et tres rodas terre in territorio eiusdem ville quas Petrus Fauvel aliquando tenuit de me, videlicet unam rodam in campo aquilonari apud Wranggelandes et unam rodam in campo australi apud Bondecastel et unam rodam in campo occidentali apud Wildehasertflat; tenend' et habend' Deo et canonicis predictis as sustentationem luminis predicti imperpetuum libere et quiete et integre et solute cum omnibus libertatibus et asiamentis que pertinent ad tantum tenementum infra villam supradictam et extra. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliqui ex parte nostra aliquid iuris vel clamii in predictis terra et redditu nobis unquam inposterum vendicare poterimus. Et ego et heredes mei totam predictam elemosinam cum pertinentiis suis solutam et quietam contra omnes homines, dotes et impignorationes predictis canonicis warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding no. 578 for dating. The land of Peter Fauvel was the same land described in no. 578. The toft of John Tylli was the same which John Tylli, son of Walter of Aberford, granted for maintenance of lights in Nostell Priory infirmary [no. 638].

580. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by William son of Alexander of Bramham of an acre in Bramham [described in 2 locations]. f83r/p. 187

[late 12th x mid-13th centuries]

Rubric: Carta Willelmi filii Alexandri.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Willelmus filius Alexandri de Brameham dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus unam acram terre in territorio de Brameham in campo occidentali, scilicet dimidiam acram que abuttat super terram predictorum canonicorum ad Sudinuhes et aliam dimidiam acram terre que iacet ad Rodes iuxtam terram eorumdem canonicorum; tenend' et habend' sibi in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Et volo et precipio ut hec mea elemosina sit libera et quieta ab omni seculari servitio imperpetuum sicut aliqua elemosina liberior et quietior esse solet vel potest. Et ego prenominatus Willelmus et heredes mei warantizabimus et defendemus antedictam elemosinam nostram contra omnes homines imperpetuum dotes et impignorationes. Hiis testibus et cetera. [*f83r*]

Note: See note preceding no. 578 for dating.

581. Quitclaim with warranty by William son of Alexander of Bramham of the 6*d* annual rent which the canons pay for the toft in Bramham which Peter of Overton once held of William. William also grants the portion of land which abuts the toft [described]. f83v/p. 188

[late 12th x mid-13th centuries]

Rubric: Carta Willelmi filii Alexandri.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Willelmus filius Alexandri de Brameham eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me concessisse et hac mea presenti carta quietum clamasse de me et heredibus meis imperpetuum dominis meis priori et conventui sancti Osuualdi de Nostl' annuum redditum sex denariorum quos ipsi mihi reddere solebant pro tofto quod Petrus de Ov[er]tona quondam de me tenuit in villa de Brameham. Insuper concedo eis et confirmo quandam portionem terre buttantem super dictum toftum cuius [latitudo *dotted for deletion*] continet longitudo quadraginta pedes latitudo vero tres perticatas. Ego vero et heredes mei omnia predicta prefatis priori et conventui contra omnes homines, dotes et impignorationes warantizabimus, adquietabimus et defendemus. Et ad maiorem huius rei securitatem presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding no. 578 for dating.

582. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by William son of Alexander of Bramham at the insistance of his father-in-law Simon de Sigillo [de Seel] of 8 acres of land in Bramham [various locations described]. f83v/p. 188

[late 12th x mid-13th centuries]

Rubric: Carta Willelmi filii Alexandri.


Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Willelmus filius Alexandri de Brameham salutem in Domino. Noverit universitas vestra me divine pietatis intuitu ad instanciam et petitionem [de *dotted for deletion*] Simonis de Sigillo soceri mei pro salute anime sue et antecessorum et successorum suorum et pro


excambio mihi pro voluntate mea in Huphusum facto ab eodem Simone dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et ecclesie sancti Oswaldi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam octo acras terre in territorio de Brameham, videlicet in campo occidentali duas acras apud Stubbing' versus Wdehusum, unam rodam apud Colemandale, unam rodam apud Caluhil, unam rodam et dimidiam apud Birkeheued, apud Wildehauerflat dimidiam rodam; item in campo aquilonali unam acram apud Cressewelle, unam rodam super Gobthil, dimidiam rodam apud Wdewelle, dimidiam rodam apud Wranglandes, dimidiam acram apud Kirkerowes; item in campo meridionali apud Langesmale et Heselbusk' et Henrowes, unam acram apud Walkerdale et Heselwdegate, dimidiam acram apud Benelangdes et Wellethornes, unam acram apud Crosfurlanges et Surlandes dimidiam acram, cum omnibus pertinentiis suis libertatibus, asiamentis et communis infra villam de Brameham et extra ad predictam terram pertinentibus; tenend' et habend' sibi imperpetuum libere, quiete et solute ab omni seculari servitio et demanda. Et ego Willelmus et heredes mei totam predictam terram cum omnibus pertinentiis suis dictis canonicis contra omnes homines, dotes et impignorationes warantizabimus et defendemus imperpetuum. Ut etiam hec mea donatio, concessio et confirmatio ratum optineat presens scriptum sigilli mei munimine corroboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding **no. 578** for dating. The exchange between Simon de Sigillo [de Seel] and Nostell Priory mentioned here may relate to the agreement regarding a mill pond called Wulgalre in Bramham [**no. 1099**]. Simon de Sigillo [de Seel] occurred **c.1150 x 1185** [see note to **no. 1099** for dating].

Note for **nos. 583-87**. Note pedigree which follows. Members of the Langthwaite family were involved in numerous transactions with Nostell Priory. The oldest generation were active in the late 12th century: Hugh, William (I) and Ellis. Hugh held half a knight's fee of William (I) Fossard in 1166 [*EYC* II, no. 1003]; Hugh received land in Baldby [Durham] in marriage with Alice from her father William de Aton [*EYC* II, p. 321]. It is not clear whether Hugh was a father or a brother to William (I) and Ellis. William (I) of Langthwaite occurred **c.1175 x 1195** [*EYC* II, **nos. 1116, 1121**]; he inherited land from Peter the clerk of Bramham which he subsequently granted to his brother Ellis [**nos. 1189-90**]. Ellis of Langthwaite married Alice daughter of William son of Hugh of Oglethorpe who brought with her as marriage dower land in Oglethorpe, Newton Kyme, Bramham and perhaps near Hazelwood/Tadcaster [**nos. 1100, 1200**]. Ellis held of William (I) Fossard and perhaps William Paynel [**nos. 1095, 1097** and see note to **no. 158**]. These relationships suggest that Ellis of Langthwaite was probably active in the last half of the 12th century.

Ellis and Alice had at least three children: Robert, Richard Bretun [**no. 1187**] and Matilda [**no. 1073**]. Richard le Bretun or Richard of Langthwaite occurred **c.1148 x 1183** and in **1180 x 1199** [*EYC* II, nos. 1060, 1116; *EYC IX*, no. 30]; in **4 June 1203 x 30 March 1218** he held of Nicholas (I) de Stuteville [**no. 1203**]. Robert of Langthwaite occurred as early as **1190 x c.1210** [*EYC I*, no. 533]. He entered into two separate agreements with Priors John and Stephen of Nostell Priory which suggests his active adult life was as late as **1244** [**nos. 585, 643**]. Robert of Langthwaite had at least six children: Hugh, William, Ivo, Henry, Emma and Eudo. Robert granted land to his sons or confirmed their grants to Nostell Priory: Hugh [**no. 1101**], Henry [**nos. 584, 662**], Ivo [**no. 1104**] and Eudo [**nos. 406, 407, 586, 647, 648, 1073**] which suggests that the sons, as adults, held estates of their father Robert during his lifetime. Hugh of Langthwaite was the heir of Robert [**no. 1121**] and occurred as early as 1226 and as late as 1279 when he held a quarter of a knight's fee of Peter de Mauley [*EYC* III, p. 279; *Yorks Inq.* 1, pp. 196, 200]. Eudo occurred 26 July 1269 with his wife Alice regarding land in Clifford which explains the sometime toponymic of 'Eudo of Clifford' [*Yorks F. 1246-1272*, p. 174]. For more information concerning this family see note preceding **no. 1100**.





583. Grant by Robert of Langthwaite of the house in Bramham which William, once the chaplain of Bramham, built in Robert's tenement. f83v/p. 188

[first half 13th century]

Rubric: Carta Roberti de Langewayt.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus de Langethwayt concessi pro me et heredibus meis priori et conventui de sancto Osuualdo domum quam Willelmus quondam capellanus de Brameham edificavit que partim sita est in tenemento meo in eadem villa quietam et pacificam imperpetuum sicut sita est permanere. Et ad maiorem securitatem huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Note: Date based on occurrence of Robert of Langthwaite. Robert of Langthwaite occurred as early as 1190 x c.1210 [*EYC I*, no. 533]. He entered into two agreements with Priors John and Stephen of Nostell Priory which suggests his active adult life was as late as 1244 [nos. 585, 643].

584. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Robert of Langthwaite of 2 1/2 acres of land in his *cultura* called Floderflat [described] in Bramham. Robert also confirms the grant made by his son Henry of 1 1/2 acres of land in Bramham [three locations described]. f83v/p. 188

[first half 13th century]

Rubric: Carta Roberti de Langewayt.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Robertus de Langethwait salutem in Domino. Noveritis me dedisse, concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus duas acras terre de cultura mea que vocatur Floderflat ex parte australi et dimidiam acram terre que iacet iuxta Suthrowes et abuttat super novam grangiam dictorum canonicorum et spatium viginti quatuor pedum terre extra rivulum in latitudine et prout iacet in longitudine in capite culture mee que iacet iuxta novum molendinum predictorum canonicorum cum omnibus pertinentiis suis in Brameham. Concessi etiam et hac carta confirmavi predictis canonicis unam acram et dimidiam terre quas habent ex dono Henrici filii mei cum pertinentiis suis in Brameham, scilicet, dimidiam acram ad Suthrowes et dimidiam acram supra Welleyornes et dimidiam acram in campo boreali; tenend' et habend' omnes predictas terras cum omnibus pertinentiis suis in liberam, puram et perpetuam elemosinam absque omni servitio seculari. Ego vero Robertus et heredes mei vel assignati omnes predictas terras cum pertinentiis suis predictis canonicis contra omnes homines, dotes et impignorationes warantizabimus, aquietabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrence of Robert of Langthwaite, see note preceding no. 583 for dating. The grant mentioned here made by Henry son of Robert of Langthwaite maybe that mentioned in a later section [no. 662]. See note preceding no. 583.

585. An agreement with warranties between Prior John and the convent on the one part and Robert of Langthwaite son of Ellis on the other, whereby the prior and convent grant to Robert 2 acres of

land in Stainriding [Bramham, described] and in exchange Robert grants to the prior and convent 2 acres of land near the river in Bramham [described]. ff83v-84r/pp. 188-89

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Conventio inter priorem et Robertum de Langewayt.

Hec est conventio facta inter Iohannem priorem et conventum de sancto Osuualdo de Nostl' ex una parte et Robertum de Langethwait filium Helie ex altera; scilicet quod predicti prior et conventus dederunt et concesserunt predicto Roberto et heredibus suis duas acras terre que iacent in Stainriding in australi parte eiusdem in escambium pro duabus acris terre quas idem Robertus dedit et concessit similiter in escambium predictis [*f84r*] priori et conventui in territorio de Brameham que protendunt se de Lindricwylus versus orientem iuxta rivulum ex aquilonari parte eiusdem rivuli. Predicti autem prior et conventus tenebunt predictam terram cum suis pertinentiis de predicto Roberto et heredibus suis libere, quiete, pure et pacifice, sine omni exactione vel demanda imperpetuum et predictus Robertus et heredes sui eodem modo tenebunt predictas duas acras terre cum suis pertinentiis de predictis priore et conventu imperpetuum et idem prior et conventus warantizabunt et defendent in omnibus sepedicto Roberto et heredibus suis supradictum escambium et idem Robertus et heredes sui eodem modo warantizabunt et defendent in omnibus sepedictis priori et conventui escambium supradictum. Ut autem hec omnia suprascripta ex utraque parte perpetuam teneant firmitatem predicti prior et conventus ex utraque parte et predictus Robertus pro se et pro heredibus suis ex alia parte presens scriptum sigillis suis hinc inde appositis roboraverint. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Prior John. John was probably elected prior of Nostell Priory c. 24 July 1208 and he died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. See note preceding **no. 583**

586. Confirmation by Robert of Langthwaite of the grant with warranty in free, pure and perpetual alms made by his son Eudo to the prior and canons of all the land in Bramham the canons hold from Eudo. f84r/p. 189

[first half 13th century]

Rubric: Carta Roberti de Langewayt.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Robertus de Langewayt salutem in Domino. Noveritis me concessisse et presenti carta mea confirmasse priori et conventui sancti Osuualdi de Nostle totam terram quam habent de dono Eudonis filii mei in territorio de Bramham cum omnibus libertatibus et pertinentiis suis infra villam et extra in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Et ego Robertus et heredes mei totam predictam terram in omnibus et contra omnes homines warantizabimus, [warantizabimus *repeated and dotted in black for deletion and lined through in red*] adquietabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrence of Robert of Langthwaite, see note preceding **no. 583**. Eudo son of Robert of Langthwaite made a series of grants to Nostell Priory and it is not clear to which grant this confirmation may refer.

587. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Robert of Langthwaite of half an acre of his land in Bramham [described]. For this Robert, his wife and their parents shall benefit from the prayers of St Oswald's and the canons. f84r/p. 189

[first half 13th century]

Rubric: Carta Roberti de Langwyat.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Robertus de Langewayt salutem. Noveritis me caritatis intuitu et pro salute anime mee ac parentum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie beati Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus dimidiam acram terre mee in territorio de Brameham, illam scilicet que iacet apud Ling in campo australi propinquior nemori et incipit a via regali extendens se usque ad Spen de Gunnecroft; tenendam et habendam dictis canonicis libere, quiete et honorifice in liberam et puram ac perpetuam elemosinam sicut aliqua elemosina liberius ac melius dari et concedi potest. Ut ego et uxor mea cum parentibus nostris in orationibus et in omnibus beneficiis que fiunt et fient in ecclesia prenominata particeps fiamus. Ego vero Robertus et heredes mei dictis canonicis predictam dimidiam acram terre contra omnes homines et feminas imperpetuum warantizabimus et defendemus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrence of Robert of Langthwaite, see note preceding no. 583. Nothing is known of Robert of Langthwaite's wife, see note preceding no. 583.

588. Quitclaim by William son of Hugh of Bramham of the grant made by his father of 10 acres of land in the fields of Bramham near Homesdale. f84r/p. 189

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Willelmi filii Hugonis.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Willelmus filius Hugonis de Brameham concessi et presenti carta confirmavi Deo et sancto Osuualdo et canonicis ibidem Deo servientibus decem acras terre in campis de Brameham iuxta Homesdale in puram et perpetuam elemosinam quas pater meus eis in vita sua dedit et concessit pro Dei amore et salute anime sue et omnium parentum suorum. Hiis [testibus] et cetera.

Note: Date for this charter is problematic because of lack of information on the grantor. His father may have been Hugh son of William of Oglethorpe who confirmed the grants by his ancestors in the fields of Bramham including a field called Homes or Holmes in the late 12th x early 13th centuries [no. 566] and also occurred in 1197 x 1198 [Clay & Greenway, *EYFamilies*, p. 114]. Whilst no dates which can be associated with this donor, William son of Hugh, if the relationship was as described, this document must occur after his father's gift. Also see no. 566 concerning information about possible family connections.

589. Notification by Bertram de Bulmer to Henry [Murdac], archbishop of York, that he confirms the grant in alms made by his father Ansketil to the prior and canons of Nostell by the hand of Thurstan, namely 12 bovates of land in Bramham. f84r/p. 189

[7 December 1147 x 14 October 1153]

Rubric: Bertram de Bulemer.

Henrico Dei gratia Ebor' archiepiscopo cunctisque sancte matris nostre ecclesie filiis propriisque heredibus et successoribus Bertram de Bulemer salutem. Notum sit caritati vestre me concessisse et presentis cartule scripto imperpetuum confirmasse elemosinam quam pater meus Anschetillus fecit et concessit ecclesie sancti Osuualdi de Nostlad et canonicis regularibus in eadem ecclesia Deo servientibus, per manum Turstini archiepiscopi, scilicet, xii. bovatas terre de Brameham. Et volo et precipio firmiter pro salute anime mee et omnium heredum meorum ut illa elemosina sit libera et quieta ab omni servitio seculari. Valete.

Printed: *EYC II*, no. 1017 dated 1147-1153.

Note: Date based on Archbishop of York Henry Murdac who was consecrated on 7 December 1147 and died 14 October 1153. Bertram de Bulmer was sheriff of Yorkshire during the reigns of Kings Henry I and Henry II in 1128/9-30, 1154-63 [Ormrod, *Yorks Sheriffs*, p. 49]. The original grant by Ansketil de Bulmer did not survive

although it was confirmed on 7 January 1122 by King Henry I [B004]. This land had been unjustly seized by either Bertram or Robert Fossard after the death of Ansketil in 1129 [Ormrod, *Yorks Sheriffs*, p. 49]. King Henry I ordered its return to Nostell Priory in 1129 x 1133 [no. 32]. This charter, would suggest that the land in question was not returned into the hands of Nostell Priory for almost 20 years. Also see note no. 534.

590. Confirmation by William Paynel of all the land which the prior and the canons hold of his fee in Bramham, namely the church of the Bramham as part of the prebend in York [Minster], the mill in Bramham, 2 carucates of land in Bramham which his mother gave to augment the prebend [described], and 20 acres of land which his parents gave for a debt owed to the prior and canons for the corn taken at Wharram [le Street]. f84r/p. 189

[10 October 1154 x 22 November 1181]

Rubric: Carta Willelmi Painel.

Rogero Dei gratia Ebor' archiepiscopo totique capitulo sancti Petri et omnibus heredibus suis et successoribus et fidelibus et amicis Willelmus Painel salutem. Noverit universitas vestra me concessisse et presenti scripto confirmasse, in puram elemosinam et liberam, Deo et sancto Oswaldo de N. [*sic*] et canonicis ibidem Deo servientibus quicquid habent in Brameham de feodo meo, scilicet ecclesiam in eadem villa cum omnibus pertinentiis suis, que est de prebenda quam habent in ecclesia sancti Petri de Ebor', et molendinum in eadem villa cum omnibus pertinentiis suis et duas carucatas terre quas dedit eis mater mea in augmentum prebende sicut carta matris mee testatur, videlicet unam de proprio dominio, dimidiam alteram Petri clerici, et alteram dimidiam Osberti Bustard. Concedo etiam et confirmo eis omnes donationes quas fecerunt eis predecessores mei, de quibus cartas habent, cum omni communitate et libertate in eadem villa in bosco, in plano, in aquis, in pascuis, sicut mei predecessores habuerunt et eis dederunt. Concedo etiam et confirmo predictis canonicis, pro salute anime mee, nominatim illas viginti acras terre quas pater meus et mater mea dederunt eis pro debito quod debebant eis de blado quod sumpserunt apud Warram. Volo igitur ut ista mea elemosina et patris mei et matris mee et predecessorum meorum sit tam libera et quieta de omni seculari servitio de me et de omnibus hominibus uti aliqua elemosina est liberior et quietior. Huius concessionis testes [salutem *underlined in red and lined through in red*] <et cetera>[a]. [*f84v*]

[a] ms in red ink

Printed: *EYC II*, no. 1022 dated 1154-1181.

Note: Date based on rule of Archbishop of York Roger de Pont L' Évêque. Agnes Fossard, mother of William Paynel, made her portions of this grant during the rule of Henry Murdac, archbishop of York [nos. 548, 549]. William son of Alexander Paynel of Hooton Pagnell and Agnes Fossard had inherited his father's estates by 1153 and he was dead by Michaelmas 1202 [*EYC VI*, pp. 41, 43]; see note no. 158 concerning the donor. Robert Fossard, maternal grandfather of William Paynel, granted the church of Bramham although the effective date of his grant is uncertain [no. 534]. No record of the debt incurred by Agnes Fossard and her husband Alexander Paynel survived in the Cartulary.

591. Grant with warranty by Robert [of Stainby], master of the order of Sempringham, and Prior William and the convent of St Andrew's, York, to the prior and convent of St Oswald of a carucate of land in Oglesthorpe which Hugh son of Henry of Oglesthorpe held of them, rendering annually to St Andrew York 11*s*, and half an acre of land in Bramham which William son of Alexander of Bramham held of them, rendering annually to St Andrew, York 1*m*. These lands had been granted in free, pure and perpetual alms by Nicholas de Stuteville to St Andrew's York. For this the prior and canons of St Oswald gave the order of Sempringham and the convent of St Andrew's York 30*m* of silver. f84v/p. 190

[c. May 1226 x 4 May 1251]

Rubric: R. Magister de Semplingeham.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Robertus magister ordinis de Semplingeham' et Willelmus prior et conventus sancti Andree Ebor' salutem. Noverit universitas vestra nos vendidisse et hac carta nostra confirmasse priori et conventui de sancto Osuualdo de Nostl' pro triginta marcis sterlingorum quas nobis dederunt homagium Hugonis filii Henrici de Oclestorp' et heredum suorum et servitium eorundem de una carucata terre quam de nobis tenuit in villa de Oclestorp, reddendo undecim solidos annuos, medietatem ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini, et homagium Willelmi filii Alexandri de Bram[e]ham et heredum suorum et servitium eorundem de dimidia carucata terre quam de nobis tenuit in villa de Bram[e]ham, reddendo unam marcam annuam ad eosdem terminos; habend' et tenend' predictis canonicis de sancto Osuualdo cum releviis, wardis, et eschaetis et cum omnibus aliis bonis et comodis a predictis hominibus et heredibus suis et de predictis tenementis de iure proveniendis. Et nos warantizabimus dictis canonicis de sancto Osuualdo omnia predicta cum pertinentiis per prenominata pecunia contra omnes homines imperpetuum et de omnibus servitiis et demandis, adquietabimus et defendemus quam diu heredes Nicholai de Stutevill' qui nobis dicta homagia et servitia dedit in liberam, puram et perpetuam elemosinam nobis warantizaverint et si nobis non warantizaverint nos dictis canonicis de sancto Osuualdo dictas triginta marcas quas nobis dederunt refundemus infra primum dimidium annum postquam eis in warantizatione et defensione defecerimus, sub pena quinque marcarum eisdem canonicis conferendar'. Omnia autem que dicti canonici ratione dictorum tenementorum receperint eis caritative relaxamus. Et in huius rei testimonium huic scripto in modum cirographi confecto sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Robert of Stainby. The Priory of St Andrew of York was a House of Gilbertine Canons founded *c.* 1200 by Hugh Murdac, Archdeacon of Cleveland [KH, p. 199]. William, Prior of St Andrew's, first occurred 13 July 1222 and his successor occurred in 1258 [Smith, *Heads* II, p. 531]. Robert of Stainby was the fifth Master of the Order of Sempringham and occurred as early as 10 May 1226 and he died 4 May 1251 [Smith, *Heads* II, p. 527]. The date of this charter was thus as early as c. May 1226 and no later than 4 May 1251. This gift could be from either Nicholas (I) or Nicholas (II) de Stuteville. Nicholas (I) died by 30 March 1218 and his youngest son and heir, Nicholas (II), died at the Priory of St Andrews York before 19 October 1233 [*EYC IX*, pp. 13-20]. Hugh son of Henry of Oglethorpe occurs as early as June 1234 [no. 871] and as a juror in October 1260 [*Yorks Inq.* 1, p. 85].

592. Confirmation by Peter (I) de Mauley and Isabel his wife of the place where the canons' grange and buildings are sited with the adjacent meadow in Ketelcroft in Bramham and of the grant made by Robert Gernon of the land in Ketelcroft. f84v/p. 190

[1214 x 22 January 1238]

Rubric: Carta Petri de Malo Lacu.

Universis sancti matris ecclesie filiis ad quos litere presentes pervenerint Petrus de Malo Lacu et Ysabella uxor eius eternam salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos pro salute animarum nostrarum antecessorum et successorum nostrorum concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus locum illum in territorio de Brameham in quo habent sita grangiam suam et edificia, scilicet Ketelcroft cum prato adiacente et terram quam habent de dono Roberti Gernun in eodem Keteltorp' cum omnibus pertinentiis suis [s *dotted for deletion*] et asiamentis sine impedimento de nobis et heredibus nostris. Hac autem omnia concessimus et confirmavimus predictis ecclesie et canonicis; tenenda et habenda et claudenda libera et quieta ab omni servitio et seculari exactione in puram et perpetuam elemosinam de nobis et heredibus nostris imperpetuum. In huius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposuimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Peter (I) de Mauley and Isabel his wife. Peter (I) de Mauley married Isabel in 1214 and she was dead by 22 January 1238 [*Comp. Peerage* 8, pp. 554, 557]. Robert Gernon granted the land of Ketilcroft to augment the prebend of Bramham in late 12th century x 22 January 1238 [no. 570].

593. Grant with warranty by Hugh son of William of Clifford to Walter son of Alexander of Bramham, clerk of a toft in Bramham with buildings and 7 roods of land in Bramham [described], rendering annually to Hugh 12*d.* f84v/p. 190

[late 12th x mid-13th centuries]

Rubric: Carta Hugonis filii Willelmi de Clifford.

Sciant presentes et futuri quod ego Hugo filius Willelmi de Clifford' dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Waltero filio Alexandri de Brameham clerico pro homagio et servitio suo unum toftum in Bram[e]ham cum edificiis et septem rodas terre in territorio eiusdem et iacet illud toftum inter toftum Walteri Blund' ex una parte et Willelmi Frankelain ex altera parte, et de memoratis septem rodis una acra iacet in campo versus occidentem et extendit se super viam que vocatur Staingate ex parte boriali et tres rode iacent in campo versus australem apud Walkendal'; tenendas et habendas memoratum toftum cum edificiis et septem memoratis rodis memorato Waltero et heredibus suis et assignatis de me et de heredibus meis libere, quiete, integre, plenarie, bene, pacifice, iure hereditario et imperpetuum, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis dictus Walterus et heredes sui vel eius assignati xij. denarios ad duos terminos anni, scilicet sex denarios ad Pentec' et sex denarios ad festum sancti Martini pro omni servitio et exactione et demanda. Et autem Hugo et heredes mei supradicto Waltero et heredibus suis et eius assignatis supradictum toftum cum edificiis et dictis septem rodis contra omnes homines et feminas plenarie warantizabimus et imperpetuum. Ut autem hec mea donatio et confirmatio imposterum perseverentur presentem cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrence of William son of Alexander of Bramham, see note preceding no. 578. Walter son of Alexander of Bramham granted this land to Nostell Priory for a pittance for the canons [no. 636]. William of Clifford occurred in 1255 [Baildon, *Yorks Monastic Notes*, p. 153].

594. Grant by Prior Ralph and the convent to Guy son of Guy of a toft of their land in Bramham namely that which Thurstan the parmenter held from them, rendering annually to the canons 14*d.* Additionally Guy and his heirs may grind all that they need for sustenance of their house at the priory's mills in Bramham. ff84v-85r/pp. 190-91

[1244 x 18 May 1246]

Rubric: Carta Rad[ulfi] prioris concessa Wydoni filio Wydonis.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris Rad[ulfus] prior et conventus sancti Osuualdi de Nostl' salutem in Domino. Notum universitati vestre nos dedisse [ij *dotted for deletion*] et concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Wydoni filio Wydonis et heredibus suis unum toftum terre nostre in Brameham, illud scilicet toftum quod Turstinus parmentarius de nobis tenuit unde iam dictus Wydo fecit nobis homagium in capitulo nostro de sancto Oswaldo; tenend' de nobis [*corrected from* deinobis] in feodo et hereditate illi et heredibus suis libere et quiete, reddendo [*f85r*] inde annuatim nobis quatuordecim denarios, septem scilicet denarios ad Pentec' et septem alios denarios ad festum sancti Martini pro omni servitio. Ita tamen quod predictus Wydo et heredes sui manebunt in predicto tofto et molent totum victum suum et domus sue ad molendina nostra de Brameham imperpetuum, unde multuram accipiemus. Sepedictus autem

Wido tactis sacrosanctis iuravit pro se et heredibus suis se erga nos et domum nostram super predicto tenemento [fideliter si *dotted for deletion*] habiturus et iam dictam firmam bene et integre ad terminos prenominatos soluturos et quod ipsi in prefato tofto manebunt et ad molendina nostra molent sicut scriptum est sine omni dolo et malo ingenio. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rule of Prior Ralph of Nostell Priory. The predecessor of Ralph ceded office in 1244 and Ralph died 18 May 1246 [Smith, *Heads* II, p. 438]. Guy of Bramham had at least four children: Guy mentioned here, Eudo of Bramham, chaplain [nos. 595, 1191], Thomas [nos. 1192, 1196] and Ymania [no. 595].

595. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Eudo of Bramham chaplain son of Guy of Bramham of a bovate of land in Oglethorpe [described], except for the toft and croft and 3 roods of land in the fields of Oglethorpe which he had personally given to his sister Ymania. f85r/p.191

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Eudonis de Brameham.

Omnibus Cristi fidelibus presentem paginam visuris vel audituris Eudo de Brameham capellanus filius Widonis de Brameham salutem in Domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee dedisse, concessisse et hac presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus unam bovatam terre in territorio de Oclestorpe, illam scilicet quam Ricardus filius Alicie aliquando tenuit et iacet versus solem; tenend' et habend' Deo et predicte ecclesie et predictis canonicis in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus communis, pasturis et asiamentis infra villam ex extra, exceptis tofto et crofto et tribus rodis terre in campo que ego antea dederam Ymanie sorori mee. Hanc autem elemosinam ita libere, pure et quiete Deo et predictis dedi canonicis sicut aliqua elemosina liberius, purius et quietius dari potest. Ego vero predictus Eudo capellanus et heredes mei totam predictam elemosinam cum omnibus suis pertinentiis Deo et predictis ecclesie et canonicis contra omnes homines imperpetuum warantizabimus et defendemus. Et ad maiorem huius rei securitatem presentem cartam sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrence of Guy son of Guy of Bramham and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Guy son of Guy of Bramham entered an agreement with Prior Ralph in 1244 x 1246 which suggests that his brother Eudo, mentioned here, may have been active in the same time [no. 594]. Eudo occurred with Robert Gernon who made a grant to Nostell Priory 12th century x 22 January 1238 [nos. 570, 1191]. Ymania of Bramham held land of Nicholas of Oglethorpe [nos. 622, 1178].

596. Quitclaim by Hugh son of Robert the clerk of Bramham of all right and claim in 2 bovates of land with 2 tofts in the vill of Bramham [described], namely those which Robert his father once held. f85r/p. 191

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Hugonis filii Roberti clerici.

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris Hugo filius Roberti clerici de Bram[e]ham salutem in Domino. Noveritis me concessisse, remisisse et hac presenti carta mea quietum clamasse de me et heredibus meis imperpetuum priori et conventui de sancto Osuualdo totum ius et clamium quod unquam habui vel habere potui in duabus bovatis terre cum duobus toftis in villa de Brameham, scilicet unum toftum inter terram Ricardi de Kesewik' iacet et toftum Willelmi Bercarii et aliud toftum iacet inter toftum Ricardi de Langwait' et toftum Willelmi clerici et se extendit a cimiterio ecclesie de Brameham usque ad Huvergate, quas bovatas et que tofta Robertus pater meus aliquando tenuit in eadem villa; tenend' et habend' dictis priori et conventui

libere, quiete, integre et pacifice cum omnibus pertinentiis, libertatibus et asiamentis infra villam et extra in omnibus locis ad predictum tenementum pertinentibus absque omni calumpnia, contradictione, reclamatione, impedimento et retenemento mei et heredum meorum imperpetuum. Et ut hec concessio, remissio et quietamclamatio rate et stabiles imperpetuum permaneant presens scriptum munimine et impressione sigilli mei corroboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrence of Richard of Langthwaite. Nothing is known of the benefactor. The description of the land in question includes the toft of Richard of Langthwaite and the toft of William the clerk. Richard of Langthwaite was the brother of Robert of Langthwaite and occurred c. 1148 x 1183 holding in the Fossard fee [*EYC* II, nos. 1060, 1116]; he occurred as Richard Bretun holding 2 bovates and a toft and croft in Oglethorpe between 4 June 1203 and 30 March 1218 [no. 1187]. Robert of Langthwaite granted to Nostell Priory the dwelling of William the chaplain of Bramham in first half 13th century [no. 583].

597. Quitclaim by William son of Alan of Oglethorpe of all right and claim in his toft in Bramham [described]. For this the canons gave William 20*s* of silver. f85r/p. 191

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Willelmi filii Alani de Oclestorp'.

Universis Cristi fidelibus has literas inspecturis vel audituris Willelmus filius Alani de Oclestorp' salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et quietum clamasse de me et heredibus meis imperpetuum Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus totum ius et clamium quod habui vel habere potui in tofto meo in villa de Brameham quod iacet inter toftum Willelmi dicti clerici et toftum Willelmi Parvi; tenend' et habend' sibi imperpetuum ita quod nec ego Willelmus antedictus vel heredes mei aliquod ius vel clamium in predicto tofto decetero vendicare poterimus. Pro hac vero donatione, concessione et quietaclamatione dederunt mihi iam dicti canonici in mea magna necessitate viginti solidos argenti. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrences of William son of Alan of Oglethorpe. In 1175 the services of William of Oglethrope was transferred from William (II) Fossard to William de Stuteville [*EYC* II, pp. 338-9]. This transfer was confirmed by King John 22 April 1200 [*EYC IX*, no. 36]. This toft was the same which William son of Ralph granted his moiety to William son of Alan [no. 653].

598. Quitclaim by Colin de Quatremars of all right and claim to [his man] William the merchant with his wife and issue. f85r/p. 191

[first half 13th century]

Rubric: Carta Colini de Quadremars.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Colinus de Quadremars salutem in Domino. Noveritis me dedisse et quiet[am] clamasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus Willelmum mercatorem cum uxore et omni sequela que ex ipsis provenit vel aliquibus temporibus provenire poterit liberos, solutos et quietos de me et heredibus meis imperpetuum. Ita quod ego nichil iuris vel clamii nec aliquis successor vel heres meus in ipsis ratione nativitatis vel alio modo nobis possumus v<e>ndicare vel ipsos quos dicte ecclesie et canonicis pure et [fir *dotted for deletion*] perpetue contuli et quietos clamui vexare vel molestiam aliquam inferre. Et in huius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrence of Colin de Quatremars. Huelin, daughter of Agnes de Reinville and John de Longvilers, married secondly Colin de Quatremars [*EYC* III, pp. 253, 304]. On 7 November 1227 Huelin and

Colin occurred in a fine regarding half an acre in Badsworth [no. 1009] and in the same year concerning 16 1/2 acres of land in Badsworth [*Yorks F. 1218-1231*, pp. 90-91].

599. Grant by Ralph son of Siward of Bramham to his wife Annota as her dowry right of 1 1/2 bovates of land with the croft of Ewid [described] and a messuage [described] and 4 acres of land consisting of two acres at Wray Woods [Bramham] and 2 acres at Rhodes Hill [Bramham]. ff85r-v/pp. 191-92

[last half 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Rad[ulf]i filii Siwardi.

Sciant omnes videntes et audientes has literas quod ego Rad[ulfus] filius Siwardi de Brameham dedi Annote uxori mee in duarium unam bovatam terre et dimidiam cum crofto Ewidi, que sunt iuxta terram Willelmi prepositi. Preterea dedi ei unum masuagium [*sic*] inter meum mesuagium iuxta cimiterium de villa [*f85v*] seu iuxta viam cimiterii versus australem ad cerasium iuxta boveriam; et quatuor acras terre, duas ad Wragate versus occidentem, duas apud Rodas versus occidentem. Hiis testibus, et cetera.

Printed: EYC II, no. 1033 dated 1160-1180.

Note: Date based on occurrences of Ralph son of Siward. Ralph son of Siward occurred as a witness to a grant by William de Stuteville in mid-12th century x 4 June 1203 [no. 558]. He also occurred as early as 1159 x 1170 [*EYC* III, nos. 1528, 1539, 1598]. He granted land to Nostell Priory which was confirmed by his son William (I) which suggests this grant of his wife's dowry rights may have been documented to separate this land from that in his general grant [nos. 644, 645]. Ralph son of Siward had sons William (I) and Moses and a grandson William (II) son of Moses [see note preceding no. 644 for further information on this family].

600. Confirmation by Thomas de Arderne that he had given Brian de Lisle his kinsman the rents of 6*m* of land in Bramham which the prior and canons were accustomed to render to Thomas annually for his lands. The prior and canons are to pay this amount to Brian at the same time and place as they did to Thomas. f85v/p. 192

[c. 24 July 1208 x 10 July 1231]

Rubric: Thomas de Arderne.

Thomas de Arderne dilectis sibi in Cristo priori et conventui de sancto Osuualdo salutem. Sciatis me contulisse per cartam meam caro cognato meo domino Briano de Insul' pro manutenemento ex auxilio suo et pecunia quam dedit mihi sex marcatas redditus quas mihi debetis persolvere annuatim pro terra mea de Brameham percipiendas de vobis, sibi et heredibus suis annuatim ad eosdem terminos et eodem modo ut ego percipere debui. Et ideo vobis mando quatinus eidem Briano tamquam advocato vestro terre illius in omnibus sitis intendentes et ei predictas sex marcatas redditus quas mihi annuatim persolvere debuistis pro terra mea de Bram[e]ham singulis annis persolvatis ad eodem terminos ad quos mihi persolvere debuistis. Et in huius rei testimonium literas meas patentes vobis mitto. Valete.

Note: See note preceding no. 559 for dating and further information concerning Thomas de Arderne and Brian de Lisle. This is the money owed for the land granted in nos. 559-61.

601. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Robert son of Geoffrey of Barnby of all his portion of the meadow above Brockerig' [Bramham] which pertains to 6 bovates of cultivated land, and all the land in the fields near Lythe [NRY] which lord Ralph granted to Robert son of Geoffrey. f85v/p. 192

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Roberti filii Godefridi de Barnebi de terre de Lid.

Notum sit tam presentibus quam futuris quod Robertus filius Godef[ridi] de Barnebi et heredes sui dederunt et concesserunt et hac presenti carta confirmaverunt Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostla et canonicis

ibidem Deo servientibus totam suam dailiam super Brockerig' que pertinet ad vj. bovatas terre tam de prato quam de terra culta usque ad campum de Golburc et totam illam terram quam dominus Rad[ulfus] dedit predicto Roberto filio Godef[ridi] pro impletione terre sue iuxta campum de Lid aput Gildehus liberam et quietam et ab omnibus terrenis serviciis solutam in puram et perpetuam elemosinam. Et si contigerit quod sepedictus Robertus vel heredes sui hoc pratum et hanc terram cultam warantizare non poterunt aliquo casu interveniente tantumdem prati et terre culte dabunt ad valenciam infra campum de Barnebi predicte ecclesie adeo libere et quiete ut supradictum est. Hanc itaque donationem faciunt concessu Rad[ulfi] domini sui pro anima patris et matris sue et antecessorum suorum et pro salute anime sue. Coram hiis testibus et cetera.

Note:. Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. William (I) Fossard held 5[1/2] knights' fees in demesne in Lythe in 1166 and this grant maybe part of the land which his father Robert Fossard granted to support the church of Lythe [no. 534]. None of the individuals mentioned here reoccur in the Cartulary.

602. Notification by Gerard son of Uctred Ruffus of Mickleby to the archbishop of York and the chapter of York [Minster] of his grant with warranty in pure and perpetual alms of a toft and croft in Mickleby [NRY, described]. f85v/p. 192

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Gerardi filii Uctredi.

Eborac' archiepiscopo totique capitulo sancti Petri et omnibus Cristi fidelibus Gerardus filius Uctredi Ruffi de Miclebi salutem. Sciatis me concessisse et hac presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostla et canonicis ibidem Deo servientibus, unum toftum et croftum in Miclebi, iuxta domum Roberti filii Tive delest, liberum et quietum ab omnibus servitiis et ab omnibus exactionibus, in puram et perpetuam elemosinam, pro anima patris et matris et antecessorum meorum et pro anima mea. Ego vero et heredes mei hanc donationem manutenebimus et warantizabimus contra omnes homines imperpetuum. T[estibus] et cetera.

Printed: EYC II, no. 1046 dated c. 1185-1190.

Note:. Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. This land was held in demesne by William (II) Fossard in 1166 [*EYC* II, p. 359] and was probably part of the grant for the prebend of Bramham [no. 534] although nothing is known of the donor. Farrer gave no explanation of his dating limits [*EYC* II, no. 1046].

603. Prior Ralph and the convent accept the presentation by Robert de Turneham and his wife Joan of Eustace de Fauconberg to the church of Lythe [NRY]. Eustace swore in the chapter that he will render annually the pension of 36*m* to the prior and canons. f85v/p. 192

[4 January 1199 x 19 July 1208, probably after 1202]

Rubric: Carta Rad[ulfi] prioris.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Rad[ulfus] prior et totus conventus de sancto Osuualdo salutem. Noveritis nos gratam habentes donationem quam Robertus de Turnham et Iohanna uxor eius fecerunt Eustachio de Faukennberge de ecclesia de Lith accepisse fidelitatem ipsius E. in capitulo nostro sacramento prestito de triginta et sex marcis solvendis nobis annuatim de predicta ecclesia de Lith quam idem E. tenet de dono predictorum Roberti de Turneham et Iohanne uxoris et quod nos decetero nichil amplius in illa ecclesia exigemus nisi predictas xxxvj. marcas nobis solvendas apud sanctum Osuualdum ad duos terminos anni, scilicet xviij. marcas ad Pascha et xviij. marcas ad festum sancti Osuualdi. Et in huius

rei testimonium huic scripto apposita sunt alternatim sigilla predictorum prioris et conventus et ipsius Eustachii.

Note: Date based on Prior Ralph of Bedford of Nostell Priory. The predecessor of Prior Ralph of Bedford died 4 January 1199 and Ralph died 19 July 1208 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. After Hilary term 1202 Robert de Turneham and Nostell Priory were scheduled to resolve a plea touching the advowson of Lythe, this document indicates the plea had been settled [*Select Pleas: Crown*, vol. 3 p. 53]. Robert de Turneham married the heiress Joan Fossard by 1197 and Robert was dead by 19 September 1213 [*EYC* II, pp. 329-30]. This document was probably issued near time-coincident with the oath Eustace de Fauconberg swore to render to Nostell Priory the annual pension [no. 604]. Eustace is most probably to be identified as Eustace de Fauconberg who became bishop of London 1221-1228 [*EEA* 26, p. xxxix]. See Chapter IV for further information on the church of Lythe.

604. Acknowledgement in the chapter by Eustace de Fauconberg that he will render annually the pension of 36*m* to the prior and canons from the church of Lythe [NRY] which he holds from Robert de Turneham and his wife Joan. f85v/p. 192

[4 January 1199 x 19 July 1208, probably after 1202]

Rubric: Carta Eustachii de Faukenberge.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Eustachius de Faukenberge salutem. Noveritis me fidelitatem fecisse priori et conventui de sancto Osuualdo in capitulo de triginta et sex marcis eis annuatim solvendis de ecclesia de Lith quam teneo de dono Roberti de Turneham et Iohanne uxoris sue ad duos terminos anni, scilicet xviij. marcas ad Pascha et xviij. marcas ad festum sancti Osuualdi, et predicti prior et conventus nichil amplius poterunt exigere in illa ecclesia nisi predictas xxxvj marcas. Et ad maiorem huius rei securitatem huic scripto sigillum meum apposui.

Note: Date based on no. 603.

605. Notification by master Mathew, archdeacon of Cleveland, that on the resignation of master N. Martel, W[alter de Gray], archbishop of York, had admitted B., archdeacon of Winchester, to the church of Lythe [NRY] on the presentation of P[eter (I)] de Mauley, saving the ancient pension of 36*m* to the prior and convent of St Oswald. The archdeacon orders the induction of B. in the person of master R. de Arenis, his proctor. ff85v-86v/pp. 192-93

[1 July 1225 x 13 November 1230, probably before September 1228]

Rubric: Carta de ecclesia de Lid.

Magister Matheus archidiaconus Clivelande dilectis suis officiali, decan[o], personis, vicariis Clivelande salutem. Literas domini archiepiscopi Ebor' recepimus in hec verba: W. Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas dilecto in Cristo filio magistro M. archidiacono Cliveland' salutem, gratiam et benedictionem. Sciatis nos resignante magistro N. Martel ecclesiam de Lith dilectum filium B. archidiaconum Wintoniens' ad eandem ecclesiam admisisse ad presentationem P. de Mauley, salva priori et canonicis de sancto Osuualdo antiqua et debita pensione triginta sex marcarum. Ideoque nobis mandamus quatinus eundem B. in corporalem eiusdem ecclesie possessionem cum pertinentiis suis ut predictum est induci faciatis. Quo circa nobis mandamus quatinus magistrum R. de Arenis canonicum Ebor' latorem presentium qui procurator est eiusdem B. archidiaconi coram nobis constitutus in corporalem possessionem eiusdem ecclesie cum [*86r*] pertinentiis sine difficultate faciatis induci. Scientes quod magister N. Martel confessus est coram nobis sepedictam ecclesiam ut predictum est se sponte et liberaliter regnasse[a]. Valete. Magister H. officialis Cliveland' literas istas sigillo suo signavit.

[a] Probably for *resignasse*

Note: Date based on Matthew Scott as archdeacon of Cleveland. The predecessor of M. Matthew Scott as archdeacon of Cleveland probably died c. 16 March 1223, Matthew first occurred as archdeacon of Cleveland 1 July 1225 and last occurred 5 February 1229: his successor occurred as early as 13 November 1230 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: York*, p. 39]. M. Bartholomew des Roches first occurred as archdeacon of Winchester 28 May 1213 and lastly June 1229 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: Monastic Cathedrals*, p. 93]. On 15 September 1228 Archbishop Gray ordered that the officials of Winchester pay the pension of 36*m* owed to Nostell Priory which suggests that the archdeacon was instituted by that time. Peter (I) de Mauley acquired in the right of his wife Isabel, the daughter and heiress of Robert de Turneham and Joan Fossard, the advowson of the church of Lythe, saving the pension of 36*m*. Peter (I) de Mauley married Isabel in 1214 and Peter (I) de Mauley was dead before 22 December 1241; Isabel had died before 22 January 1237/8 [*Comp. Peerage* 8, pp. 557-8]. Robert de Arenis occurred as a canon as early as 13 September 1215 and as late as October 1227 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: York*, p. 127]. See Chapter IV concerning the church of Lythe.

606. Grant with warranty in pure and perpetual alms for the augmentation of the [Bramham] prebend by Emery Aguillon to the church of St Mary of Wharram [le Street] and the canons of St Oswald of Nostell of the moiety of his toft in Wharram [le Street, described]. f86r/p. 193

[1171 x 1206]

Rubric: Carta Amauri Aguillun.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris Amaurus Aguilun[a] salutem. Sciatis me dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie beate Marie de Warrum et canonicis sancti Osuualdi de Nostle ad augmentum prebende sue quam habent in ecclesia beati Petri Ebor' pro amore Dei et salute anime mee et patris mei et matris mee et antecessorum meorum medietatem tofti mei in Warrum quod adiacet tofto eorum propinquius versus aquilonem, illam scilicet medietatem que propinquior est predicto tofto eorum; tenend' in puram et perpetuam elemosinam libere et quiete ab omni seculari servitio et terrena exactione. Et ego et heredes mei adquietabimus et warantizabimus eis hanc elemosinam inperpetuum versus omnes homines. Hiis testibus et cetera.

[a] ms corrected from *Aguillun*.

Printed: *EYC II*, no. 1092 dated c. 1185-1205.

Note: William (I) Aguillon held half a knight's fee of William (I) Fossard in 1166 [*EYC* II, no. 1003]. William (II) was dead by Michaelmas 1171 when his son Ingram inherited his estates [*EYC* II, pp. 382-3]. Emery Aguillon was probably a younger son or brother of Ingram Aguillon: thus the inheritance of Ingram provides the earliest date of this grant. Emery was dead by 1206 [*EYC* II, pp. 383, 391]. This land may constitute part of the 4 bovates of land which Robert Fossard granted with the church of Wharram le Street [no. 534].

607. Notification by Prior Ansketil and the convent that Brian of Helmsley having quitclaimed half a carucate of land in Wharram [le Street] which he held of the prior, the land is granted to William son of Richard of Wharram [le Street], rendering annually to the canons 16*s*. f86r/p. 193

[1175 x 1196]

Rubric: Carta Ansketilli prioris terra de Warrum.

Ansketillus prior et conventus ecclesie sancti Osuualdi omnibus ecclesie sancte filiis salutem. Noverit universitas vestra quod Briennus de Helmeslac dimidiam carucatam terre quam de nobis clamavit tenere in Warrum quietam de se et de omnibus heredibus suis imperpetuum nobis clamavit. Nos autem hanc eandem terram dedimus et concessimus Willelmo filio Ricardi de Warrum et heredibus suis, de nobis imperpetuum hereditario iure tenendam libere et quiete ab omni servitio preter xvj. solidos quos reddet nobis annuatim, videlicet viij. solidos ad Pentec' et viij. ad festum sancti Martini. Huius rei testes sunt et cetera.

Printed: *EYC II*, no. 1093 dated 1175-1196.

Note: The exact dates of Prior Ansketil's rule is problematic but the accepted rule is from 1175 x 1196 which provides the dates for this grant [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. This land may constitute part of the 4 bovates of land which Robert Fossard granted with the church of Wharram le Street [no. 534]. This could be the William

of Wharram who was the heir of Thomas son of Richard of Wharram and occurred as early as 1153 and as late as 1180 x 1190 [*EYC* II, nos. 843, 952]. His son Adam was a benefactor of Nostell Priory [nos. 678-81].

608. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms for the increase of the prebend of Bramham by Thomas son of William to St Peter and the church of Bramham of an acre of land in the fields of Bramham [described]. f86r/p. 193

[mid-12th century, before 1196]

Rubric: Carta Thome filii Willelmi est sine sigillo.

Thomas filius Willelmi dedit Deo et sancto Petro et ecclesie de Brameham ad incrementum prebende de Brameham et nominatim ad vinum et oblatas inveniendas in predicta ecclesia unam acram terre in campo de Brameham, scilicet unam dimidiam ad Wdeuelle, scilicet totam suam dalam et aliam dimidiam ad Henneraue que cadit super viam, in liberam et quietam et perpetuam elemosinam ab omni servitio terreno. Et super aram sancti Petri eam optulit incripta versus meridiem cum cultello curvato et iuravit se warantizaturum hanc terram contra omnes. Hiis testibus: Geraldo, Nicholao cantore, Hamundo, Adam de Tornouere canonic[is] ecclesie sancti Petri et cetera.

Note: Date based on witnesses. Adam of Thorner first occurred as a canon of York 28 September 1177 x 22 November 1181 and as archdeacon of York beginning in 1196 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: York*, p. 110]. Hamo or Hamund occurred as a canon of York of the prebend of Husthwaite 1161 x 1167 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: York*, p. 81]. Hugh brother of Thomas confirmed this gift [no. 566].

609. Grant with warranty by Hugh (II) Gernon son of Robert Gernon of Bramham of the homage of Ivo le Sale with the annual rendering of 9*d* for the land of the prebend [of Bramham] which Hugh and his ancestors held. f86r/p. 193

[mid-13th century, before 1264]

Rubric: Carta Hugonis Gernun.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Hugo Gernun filius Roberti Gernun de Brameham salutem. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi et dilectis dominis meis canonicis ibidem Deo servientibus homagium Yvonis le Sale cum servitio quod mihi annuatim reddere consuevit pro terra quadam de prebenda quam de antecessoribus meis et de me tenuit, videlicet novem denarios per annum ad festum sancti Martini cum releviis, custodis, excaetis et omnimodis proventibus, exitibus, asiamentis et pertinentiis suis universis sine retenemento. Ego vero predictus Hugo Gernun et heredes mei omnia predicta Deo et predicte ecclesie et predictis dominis meis canonicis contra omnes homines warantizabimus et in omnibus defendemus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrences of Hugh (II) Gernon and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Hugh (II) son of Robert occurred as a juror from at least as early as 27 May 1244 and as late as 18 September 1268 [*Yorks Inq.* 1, pp. 66, 265]. His father, Robert son of Hugh (I), occurred as late as 1206 which suggests that Hugh (II) had an active adult life in the mid to late 13th century [*EYC* II, p. 349]. Hugh (II)'s ancestors were also benefactors of Nostell Priory: his father Robert and grandfather Hugh (I) were particularly benefactors to the prebend of Bramham [nos. 569, 570]. Ivo le Sale does not reoccur in the Cartulary.

610. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Robert of Langthwaite son of Ellis of Langthwaite, to augment the prebend of Bramham, of the end of his land that abuts the stream near Ketelcroft [Bramham] where the canons made their ditch which extends through part of the land which Robert Gernon gave them for their ditch. f86r/p. 193

[1190 x 1244]

Rubric: Carta Roberti de Langewayt.

Omnibus has literas visuris vel audituris Robertus de Langethwait filius Helie de Langethwait eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum meorum dedisse et concessisse et hac presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus in aumentum prebende eorum in Bram[e]ham illam extremitatem terre mee que abbuttat super rivulum decurrentem iuxta Ketelcroft super quam extremitatem ipsi canonici fecerunt fossam suam, sicut illa fossa se extendit per illam partem terre quam Robertus Gernun eisdem dedit ad producendam eandem fossam suam in qua fossa predictus rivulus decurrerit; habendam et tenendam in liberam, puram et perpetuam elemosinam solutam et quietam ab omni servitio et exactione de me et de heredibus meis et de omnibus hominibus imperpetuum. Ita quod ego et heredes mei warantizabimus et defendemus predictam terram predictis canonicis sicut puram et liberam elemosinam nostram ubique et omnibus et contra omnes homines. Et ut hoc ratum habeatur presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Robert Langthwaite. Robert of Langthwaite occurred as early as 1190 x c.1210 [*EYC I*, no. 533]. He entered into two separate agreements with Priors John and Stephen of Nostell Priory which suggests his active adult life was as late as 1244 [nos. 585, 643]. Robert Gernon granted the land in Ketilcroft in late 12th century x 22 January 1238 and the grant was also confirmed by his widow Hawiase, his son Hugh (I) Gernon, Peter (I) de Mauley and Isabel his wife [nos. 639, 659, 570, 592].

611. Confirmation by Robert de Turneham, with the assent of his wife Joan, that he grants an annual pension of 36*m* from the church of Lythe [NRY] to the prior and canons to be paid by his clerk. For this the prior and canons have quitclaimed in the king's court the patronage of the church to Robert and Joan, saving the 36*m* pension. ff86r-v/pp. 193-94

[*c.* 1202]

Rubric: Carta Roberti de Turneham de xxxvi marcis in ecclesia de Lid.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens carta pervenerit Robertus de Turneham salutem. Noverit universitas universitas [*sic*] vestra me divine caritatis intuitu assensu et voluntate Iohanne uxoris mee dedisse et concessisse et confirmasse priori de sancto Osuualdo et canonicis ibidem Deo servientibus pro salute anime mee et antecessorum meorum triginta et sex marcas argenti annuatim percipiendis de ecclesia de Lith per manum clerici mei ad eandem ecclesiam per me et Iohannam [*86v*] uxorem meam vel per heredes ipsius Iohanne admissi, ad Pascha scilicet xviij. marcas et ad festum sancti Osuualdi sequens xviij. Marcas, cuius ecclesie advocationem predicti prior et canonici recognoverunt in curia domini regis esse ius meum et Iohanne uxoris mee et totum ius quod habuerunt in illa advocatione mihi et Iohanne uxori mee et heredibus ipsius Iohanne quietum clamaverunt. Et clericus qui eandem ecclesiam habuerint solvet eis predictas xxxvj. marcas apud sanctum Osuualdum ad predictos terminos vel faciet eis ibidem solvi et fidelitatem eis faciet de predictis xxxvj. marcis ad terminos predictos solvendis. Et predicti prior et canonicis nichil amplius poterunt vendicare in illa advocatione vel in ecclesia nisi prenominatas xxxvj. marcas. Et ut hec mea donatio et confirmatio perpetuum robur optineat huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Robert de Turneham married the heiress Joan Fossard by 1197 and Robert was dead by 19 September 1213 [*EYC* II, pp. 329-30]. The plea between Robert Turneham and Nostell Priory at the *Curia Regis* was to be resolved during Hilary term [3-8 February] 1202; the attorneys for Robert de Turneham claimed that the charter of Robert Fossard appeared to be recently made [*Select Pleas: Crown*, p. 53]. This document probably followed that plea. Part

of the resolution of this plea must have been the assignment of 36*m* pension to Nostell Priory; it was not part of Robert Fossard's original gift, nor the confirmation by William (I) his son.

612. Confirmation by Walter [de Gray], archbishop of York, of the annual pension of 36*m* from the church of Lythe [NRY], as contained in the charter of Robert de Turneham. f86v/p. 194

[Cawood, 6 August 1225]

Rubric: Carta Walteri Ebor' archiepiscopi.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Walterus Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas salutem in Domino. Paupertati et depressioni domus sancti Osuualdi de Nostl' et canonicorum ibidem Deo servientium piis visceribus [p *dotted for deletion*] compacientes et eorum utilitati et securitati prospicere volentes redditum triginta sex marcarum quem habent in ecclesia de Lith eisdem concedimus et auctoritate pontificali confirmamus, sicut in carta Roberti de Turneham eis super hoc confecta plenius continetur. Quod ut ratum et stabile perseveret presenti scripto sigillum nostrum apposuimus. Hiis testibus et cetera.

Calendared: *Reg. Walter Gray*, p. 4 dated 6 August 1225.

Note: The charter of Robert of Turneham was probably issued c. 1202 and certainly before his death in 1213: thus this confirmation must have served to document Nostell Priory's right rather than establish the pension.

613. Proposal by S. the dean and chapter of York [Minster] to the king's justices that because the church of Lythe [NRY] was [part of] a prebend of York and held by the prior and canons of St Oswald, the plea which the prior and canons had taken to the king's court should be handled in the [ecclesiastical] court of York so that the dean and chapter may assure that nothing is done to damage the ancient rights and liberties which the king's ancestors had granted [to the Minster]. f86v/p. 194

[May 1194 x 5 October 1214, probably c. 1202]

Rubric: Carta S. decani Ebor'.

Dilectissimis dominis et amicis suis iusticiariis domini regi S. decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Ebor' salutem in Domino. Noveritis quod ecclesia de Lith prebenda est beati Petri et fuit a prima fundatione ecclesie quam dilectis frater et canonicus noster prior de sancto Osuualdo tenet et quia idem prior et canonici sui de predicta prebenda in placitum trahuntur in curia domini regis rogamus dilectionem vestram quatinus curiam beati Petri nos habere permittatis quia ibi faciemus quod facere debebimus. Nos enim de nullo placito nisi ad hostium sancti Petri trahi debemus in causam secundum antiquas libertates et consuetudines nostras nobis a domino rege et predecessoribus suis concessas. Valete.

Note: Date based on M. Simon of Apulia as dean of York. Simon of Apulia was elected dean before the end of 1193 but was his investiture was not effective until a papal act 17 May 1194; he was consecrated bishop of Exeter 5 October 1214 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 9]. This document may be in response to the plea between Robert of Turneham and Nostell Priory in Hilary term 1202 [no. 611].

614. Mandate by Walter [de Gray], archbishop of York, to the official and dean of Cleveland to warn the proctors of the archdeacon of Winchester they must satisfy the pension owed to the prior and canons of St Oswald's for the church of Lythe [NRY] or suffer ecclesiastical censure. f86v/p. 194

Cawood, 15 September 1228

Rubric: Carta Walteri Ebor' archiepiscopi.

Walterus Dei gratia Ebor archiepiscopus Anglie primas dilectis in Cristo filio officiali et decano Cliveland' salutem, gratiam et benedictionem. Mandamus vobis quatinus procuratores archidiaconi Winton' de ecclesia de Lith moneatis et efficaciter inducatis ut dilectis filiis priori et conventui de sancto Osuualdo de pensione eisdem debita sine difficultate satisfaciant. Quod si monitis vestris parere contempserint ipsos ad hoc per

censuram ecclesiasticam quotienscumque necesse fuerit non expectato alio mandato nostro compellatis. Dat' apud Cawod' xvij kalendas Octobris pontificatus nostri anno tertiodecimo.

Note: Peter (I) de Mauley presented Bartholomew de Roches, archdeacon of Winchester, to Archbishop Gray for installation to the church of Lythe in 1 July 1225 x 13 November 1230, presumably before this document [no. 605]. The pension of 36*m* was acknowledged by Robert Turneham c. 1202 [no. 611] and confirmed by Archbishop Gray on 6 August 1225 [no. 612].

615. Mandate by master M. the archdeacon of Cleveland to master H. de Foston' his official of Cleveland that the prior and canons have complained that the parson of the church of Lythe [NRY] has detained the pension and caused them injury. Therefore M. orders that the church and chapels be suspended until the canons receive the pension owed. f86v/p. 194

[c. 16 March 1223 x 13 November 1230, probably c. September 1228]

Rubric: [*none*].

Magister M. archidiaconus Cliveland' dilecto et fideli suo magistro H. de Foston' officiali Clivel' salutem. Conquesti sunt nobis dilecti nostri prior et conventus de sancto Osuualdo quod persona de Lith super detentione pensionis sue iniuriatur eisdem. Quare vobis mandamus in virtute obediencie firmiter iniungentes quatinus dictam ecclesiam cum capellis suis suspendatis, non relaxentes donec eisdem canonicis de predicta pensione tam de Pasca proximo futuro quam de termino sancti Michaelis preterito satisfaciat quod autem videmur arduum mandare propter terminum Pasce non dum elapsum facimus propter eius dilectum de termino sancti Michaelis. Valete.

Note: Date based on master Matthew archdeacon of Cleveland. The predecessor of Matthew Scot died c. 16 March 1223 and Matthew's successor occurred as early as 13 November 1230 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: York*, p. 39]. This document was probably in response to the mandate issued by Archbishop Gray on 15 September 1228 [see notes nos. 605, 614].

616. Confirmation by Hugh the rector of the church of Lythe [NRY] that he promises to render annually 36*m* for the annual pension to the prior or the cellarer of St Oswald of Nostell on a penalty of 10*m* sterling for not observing the terms of payment. f86v/p. 194

[12 December 1230 x 1254]

Rubric: Carta Hugonis rectoris ecclesie de Lid'.

Universis Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Hugo rector ecclesie de Lid salutem in Domino. Noveritis quod ego iuramento corporaliter prestito promisi priori et conventui sancti Osuualdi de Nostl' me soluturum eis singulis annis apud sanctum Osuualdum xviij. marcas infra octabas Pasche et xviij. marcas infra octabas sancti Osuualdi sub pena x. marcarum pro singulis terminis non observatis solvenda nisi prior vel celer[arius] fecerint mihi gratam quod sub eadem pena apud Ebor' solvere possim et pena soluta prius in futurum et presens in sua nichilominus remaneant firmitate. Et si contingat quod absit quod terminos predictos non observem concessi similiter quod salva sit eis petitio sua in x. libris sterlingorum pro dampnis expensis et interesse preteritis et nichilominus teneor eis reficere omne dampnum et expensas si quas fecerint propter culpam meam occasione dicti redditus recuperandi. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on installation of Bartholomew as rector of Lythe and Hugh des Roches. As Hugh was described as the rector of the church of Lythe it is possible he followed Bartholomew de Roches, archdeacon of Winchester, in that position. Bartholomew was instituted on 1 July 1225 x 13 November 1230, probably before September 1228 [see no. 605]; Bartholomew died 12 December 1230 [Greenway, *Le New 1066-1300: Monastic*

Cathedrals, p. 93]. If the Hugh in question was also an archdeacon this may be Hugh des Roches who occurred as such February 1237 and died 1253/54 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: Monastic Cathedrals*, p. 93]. This could however be another Hugh whose identity can not be resolved. The pension was acknowledged by Robert de Turneham [no. 611] and confirmed by Archbishop Gray on 6 August 1225 [no. 612].

617 - 620. Notification by Robert Ford, canon of York, vicar general of W[illiam Greenfield], archbishop of York, that he had received a letter from Peter (III) de Mauley (sealed at this manor of Cruce dated 22 January 1307 and recited] presenting William of Melton, clerk, for institution into the church of Lythe [NRY] saving an annual pension of 36*m* to the prior and canons of St Oswald. Upon the mandate [recited] of Robert Ford (dated 24 February 1308) the official of the archdeacon of Cleveland conducted an inquiry concerning the vacancy of the church and report as follows: the official determined firstly the church is indeed vacant upon the death of master Simon de Claris Vallibus (as of 22 January 1308), second that lord Peter (III) de Mauley had presented the previous incumbent, thirdly that lord Peter (III) de Mauley is still in possession of the church, fourth that the prior and canons ought to receive an annual pension of 36*m* from the church, and fifth that William de Melton the clerk, presented by Peter (III) de Mauley is ordained a priest and is fit and should thus receive the benefice (Easington, 11 March 1308). Robert Ford, based on this report, first institutes William de Melton priest in the person of Nicholas de Hugat' clerk, his proctor, into the vacant church of Lythe and then directs John de Leysingby, the rector of the church of Lofthouse to induct William de Melton priest, in the person of his proctor Nicholas de Hugat', as parson into corporal possession of the church of Lythe, saving an annual pension of 36*m* to the prior and convent of St Oswald of Nostell. ff86v-88r/pp. 194-197

York, 13 March 1308

Rubric: [*none*].

Noverint universi quod nos Robertus de Ford' canonicus Ebor' venerabilis patris W. Dei gratia Ebor' archiepiscopi Anglie primatis ipso extra dyocesim suam agente vicarius generalis literas presentatorias nobilis viri domini Petri de Malolacu militis recepimus in hec verba: Reverendo in Cristo patri domino Willelmo Dei gratia archiepiscopo Ebor' Anglie primati suos humilis et devotus Petrus de Malolacu miles salutem cum reverentia et honore. Ad ecclesiam de [*f87r*]^{a} Lith' vestre dyocesis vacantem ad meam presentationem spectantem dilectum mihi in Cristo dominum Willelmum de Melton clericum paternitati vestre presento humiliter supplicans quatinus eundem Willelmum ad ecclesiam predictam caritatis intuitu admittere et instituere velitis in eadem, salva annua pensione triginta sex marcarum viris religiosis ..priori et conventui sancti Oswaldi in eadem ecclesia debita et consueta. Valeat vestra paternitas reverenda semper in Domino. Dat' apud manerium de Cruce xxij^{o} die Ianuarii anno domini millesimo ccc^{imo} septimo. Et inquisitionem de mandato nostro factam super vacatione ecclesie memorate recepimus et inspeximus sub forma continencie infra scripte.

618. [see no. 617 above] Reverende discretionis viro magistro Roberto de Forda canonico Ebor' venerabilis patris domini W. Dei gratia Ebor' archiepiscopi Anglie primatis ipso extra dyocesim suam agente vicario generali domini archidiaconi Clyveland officialis salutem, obedientiam, reverenciam et honorem. Mandatum vestrum reverendum nuper in hec verba recepi: Robertus de Forda canonicus Ebor' venerabilis patris domini W. Dei gratia Ebor' archiepiscopi Anglie primatis ipso extra dyocesim suam agente vicarius generalis venerabili viro domino ..archidiacono Clyveland' vel discreto viro eius ..officiali salutem in auctore salutis. Presentavit nobis nobilis homo dominus Petrus de Malolacu miles, dominum Willelmum de Melton clericum ad ecclesiam de Lith' Ebor' diocesis vacantem et ad suam presentationem spectantem ut dicit. Quo circa devotioni vestre mandamus quatenus facta fideli inquisitione in pleno loci capitulo an vacet dicta ecclesia qualiter et a quo tempore quis ad eam debeat presentare, quis ultimo presentavit ad eandem, quis est etiam in

possessione presentandi an sit litigiosia pensionaria cui et in quantum et quantum valet annuatim, de meritis etiam presentati an sit legitimus ydoneus et honestus, an sit ligitime etatis cuius ordinis, an sit alibi beneficiatus, an aliquid obsit presentanti seu presentato ac de ceteris solitis circumstantiis nobis quicquid inveneritus sub vestro et contestificancium sigillis constare faciatis fideliter et distincte, ne possitis super aliqua desidia reprehendi. Dat' Ebor' vj^to^ kalendas Marcii anno gratie millesimo ccc^imo^ septimo. Facta igitur inquisitione in capitulo apud Esington' in Wytebystrand' celebrato inveni quod ecclesia de Lyth' vacat per mortem magistri Symonis de Claris Vallibus a die sabbati proxima ante festum conversionis sancti Pauli clerico preteritum. Dominus Petrus de Maulay miles debet presentare ad ecclesiam, ultimo presentavit et est etiam in possessione presentandi ad eandem. Non est litigiosa, est etiam pensionaria dominis ..priori et conventui monasterii sancti Oswaldi [*87v*] in triginta sex marcis annuis ad duos anni terminos, videlicet quinquaginta marcas annuatim. Presentatus vero est legitimus, ydoneus et honestus, est legitime etatis et in presbiterium ordinatus ac etiam alibi beneficiatus nichil aliud inveni quod presentati seu presentato quoquomodo debeat obviare. In cuius rei testimonium sigillum officialitatis Clyveland' una cum sigillis contestificancium, videlicet de Lofthouse et Sneton rectorum, de Mersk' vicarii, de Whyteby, de Lyth', de Hildrewell', de Esington', de Rouceby, de Eggeton', de Mikelby, de Neuton' et Baruky presbiterorum parochialium presentibus est appensum. Dat' apud Esington' v^to^ idus Marcii anno Domini m^o^ ccc^imo^ septimo. Ac etiam ratione presentationis et inquisitionis predictarum prefatum dominum Willelmum ad ecclesiam de Lyth' predictam auctoritate nobis in hac parte attributa admisimus et rectorem institutimus canonice in eadem ipsumque in corporalem possessionem ecclesie prelibate induci mandavimus sub tenoribus infrascriptis.

619. [see no. 617 above] Robertus de Forda canonicus Ebor' venerabilis patris domini W. Dei gratia Ebor' archiepiscopi Anglie primatis ipso extra dyocesim suam agente vicarius generalis discreto viro domino Willelmo de Melton' presbitero salutem in auctore salutis. Ad presentationem nobilis viri domini Petri de Malolacu militis te de cuius meritis et virtutibus scinceram et fiduciam optinemus ad ecclesiam de Lyth' Ebor' dyocesis vacantem in persona Nicholai de Hugat' clerici procuratoris tui et ipsum Nicholaum in tua persona caritatis intuitu admisimus et rectorem canonice institutimus in eadem, salvis religiosis viris ..priori et conventui de sancto Oswaldo Ebor' dyocesis triginta sex marcas de fructibus dicte ecclesie annis singulis percipiendas nomine annue pensionis. In cuius rei testimonium sigillum officii nostri presentibus est appensum. Dat' Ebor' iij^a^ idus Marcii anno gratie m^o^ cccc^o^ septimo.

620. [see no. 617 above] Robertus de Forda canonicus Ebor' venerabilis patris domini W. Dei gratia Ebor' archiepiscopi Anglie primatis ipso extra dyocesis suam agente vicarius generalis discreto viro domino Iohanni de Leysingby rectori ecclesie de Lofthuse salutem in auctore salutis. Quia ad presentationem nobilis viri domini Petri de Malo Lacu militis dominum Willelmum de Melton' presbiterum in persona Nicholai de Hugate clerici procuratoris sui et ipsum Nicholaum in sua persona caritatis intuitu admisimus et rectorem canonice instituimus in eadem devotioni vestre mandamus quatinus dominum Willelmum vel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem eiusdem ecclesie inducatis et defendatis inductum debite vice nostra, salvis religiosis viris ..priori et conventui de sancto Oswaldo Ebor' dyocesis triginta sex marcis de fructibus dicte ecclesie annis singulis percipiendis nomine annue pensionis. Dat' Ebor' iij^a^ idus Marcii anno

gratie m° ccc^imo^ septimo. In *[f88r]* quorum omnium testimonium sigillum officii nostri presentibus est appensum. Dat' Ebor iij. idus Marcii anno gratie millesimo trecentesimo septimo.

[a] ms catchword *Lyth'*.

Calendared [in part]*: Reg. Greenfield*, v, no. 2659.

Note: Peter (III) de Mauley died 6 September 1308 [*Comp. Peerage* 8, p. 562]. Robert Ford was dead by 15 July 1308 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: York*, p. 94]. William Melton may be the same who received an ineffective royal collation to the prebend of South Cave [York Minster] in June 1309 and by 23 March 1310 was involved in an exchange of the prebends of Driffield and Darlington [Greenway, *Le Neve 1066-1300: York*, pp. 66, 68]. He later became archbishop of York 1317-1340. See nos. 1205, 1206 for an earlier institution of Stephen de Mauley, brother of Peter (III) de Mauley as rector of Lythe. These documents were copied by other than Scribe A or B [see Chapter V].

621. Confirmation in the form of a chirograph by Peter (IV) de Mauley lord of Mulgrave that the prior and canons of St Oswald are to receive an annual pension of 36*m* from the church of Lythe [NRY] as indicated in the definitive sentence of the [ecclesiastical] court of York. For this Peter (IV) de Mauley and his heirs shall be beneficiaries of the prayers in the priory just as if Peter had been received as a brother in their house. f88r/p. 197

St Oswald, 1 June [13]12

Heading: Confirmatio domini Petri de Malolacu super annua pensione de ecclesia de Lyth'.

Universis Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Petrus de Malo Lacu dominus de Mulgreve salutem in Domino.—Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et pro animabus antecessorum et heredum meorum concessisse et pro me et heredibus meis confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel' et canonicis ibidem Deo servientibus et eorum successoribus annuam pensionem triginta et sex marcarum quam percipere consueverunt de ecclesia de Lyth' et eiusdem ecclesie rectoribus ad duos anni terminos, videlicet ad festa Pasche' et sancti Oswaldi per equales portiones prout in quadam sententia difinitiva in curia Ebor' pro eisdem religiosis contra predictam ecclesiam de Lyth' et eiusdem ecclesie rectores qui pro tempore fuerint sententialiter et diffinitive lata ac etiam sigillis officialitatis predicte curie, archiepiscopi et capituli beati Petri Ebor' roborata plenius continetur. Et quod dicti religiosi et eorum successores prefatam annuam pensionem triginta et sex marcarum de dicta ecclesia de Lyth' et eiusdem ecclesie rectoribus qui pro tempore fuerint pacifice et integraliter percipiant sine contradictione vel impedimento mei et heredum meorum seu etiam cuiuscumque alterius nomine nostro in perpetuum. Et pro hac concessione et confirmatione predicti religiosi mihi et heredibus meis in missis, psalmis, orationibus, ieiuniis, ac vigiliis nec non et in omnibus aliis spiritualibus suffragiis et beneficiis que per eosdem et suos successores Deo propitio fient seu fieri poterunt in perpetuum plenam et devotam concesserunt participationem ac meipsum in fratrem domus sue ad omnia predicta beneficia receperunt specialem. In cuius rei testimonium huic scripto cirographato sigillum meum apposui et alteri parti huius scripti predicti religiosi sigillum commune capituli sui apposuerunt. Hiis testibus dominis Willelmo le Vavasour, Roberto de Colvill', Adam de Everyngham, Willelmo de Beyston', Adam de Warnervill' militibus, Alano de Smetheton', Willelmo de Lamar', Ricardo Landemot' et aliis. Dat' apud sanctum Oswaldum primo die Iunii anno Domino et cetera xij^imo^. *[f88v]*

Note: The advowson of the church of Lythe had been the subject of a number of arguments with the descendants of Robert Fossard, the original benefactor [no. 534]. One occured c. 1202 at the King's Bench with Robert de Turneham [no. 611]. Another transpired in 1291-92 with Peter (I) de Mauley [see notes nos. 1205,1206]. It is not clear if the ecclesiastical decision mentioned here was associated with the arguments in 1202 or 1291 or was a more recent resolution. The mention of the officiality seal suggests that it was late 13th century. These documents were copied by other than Scribe A or B [see Chapter V].

622. Confirmation and quitclaim with warranty by Ralph of Ryther son of John of Tofton of all lands, tenements and rents in the vill and territory of Oglethorpe which he had as follows: from Hugh son of Henry of Oglethorpe of a toft and croft with 2 bovates of land for a rent of 3*s*; from Nicholas of Oglethorpe son of the said Hugh of a toft with a bovate which Ymania of Bramham once held from Nicholas for a rent of 4*d* of silver; from William (II) son of Robert of Langthwaite of 4 acres of arable land [Oglethorpe, described] rendering a rose; Robert of Langthwaite a toft for a rent of 1*d*; Christiana daughter of John le Paumer half an acre of land [Oglethorpe, described]; Adam of Barton 3 acres of arable land for a rent of 2*s* of silver, and one clove or gillyflower from he and his heirs.

f88v/p. 198

[1260 x 19 November 1280]

Rubric: [*none*].

[O]mnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Radulfus de Rither filius Iohannis de Toftona salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse de me et heredibus meis et successoribus imperpetuum quietum clamasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus omnes terras et tenementa que vel terras unquam habui vel habere potui tam in toftis, croftis et edificiis quam in terra arabili et pratis in villa et territorio de Oclestorp, videlicet de Hugone filio Henrici de Oclestorp unum toftum et croftum cum duabus bovatis terre et omnibus pertinentiis suis, reddendo inde per annum heredibus dicti Hugonis tres solidos argenti ad duos anni terminos, ad festum sancti Martini medietatem et aliam medietatem ad Penthecosten; de Nicholao de Oclestorp filio dicti Hugonis unum toftum cum una bovata terre in eadem que Ymania de Bramham quondam tenuit de Nicholao predicto, reddendo inde per annum dicto Nicholao et suis heredibus quatuor denarios argenti ad terminos prescriptos; de Willelmo filio Roberti de Langethwayth quatuor acras terre arabilis sicut iacent in Helfreike Hagtryngk' super le Suthsyke et super Schortbuttes in West Feyl et iuxta crucem per altam viam quod utit [*sic ?for ducit*] versus Ebor', reddendo inde per annum dicto Willelmo et heredibus suis unam rosam infra octabas sancti Iohannis Babtiste; de Roberto de Langethwayt unum toftum in villa predicta proprinquius le Merstall' cum suis asyamentis, reddendo inde per annum dicto Roberto et suis heredibus unum denarium tantum ad Natale domini; de Cristiana filia Iohannis le Paumer unam dimidiam acram terre in territorio predicto, sicut abbuttat super le Suthsyke et iacet inter terram meam et terram Nicholai de Oclestorp, quam dimidiam acram Iohannes le Paumer emit de Petro filio Thome de Oclestorp; de domino Adam de Bartona tres acras terre arabilis in territorio predicto cum suis pertinentiis, reddendo inde per annum dicto domino Ade et heredibus suis duos solidos argenti ad terminos prenominatos; michi autem et heredibus ac successoribus meis unum clavum garelofili' apud sanctum Oswaldum in festo sancti prescripti pro omnibus servitiis, consuetudinibus, exactionibus, curiarum sectis, wapentagiis et universis secularibus demandis que de dictis terris et tenementis debent dari aut poterint exigi; tenenda omnia supradicta et habenda dictis canonicis et eorum successoribus libere et quiete, integre et solute cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus et asyamentis, in pratis, pascuis et pasturis ac omnibus communis aliis infra villa de Oclestorp et extra pertinentibus in liberam et perpetuam elemosinam sine aliquo retenemento imperpetuum. Et ego Rad[ulfus] de Rie et heredes ac successores mei qualescumque totas terras predictas cum toftis, croftis et edificiis supra nominatis dictis canonicis et eorum successoribus pro predictis servitiis contra omnes homines Cristianos et Iudeos ac mulierum dotes warantizabimus, adquietabimus et imperpetuum defendemus[a]. In cuius rei testimonium et securitatem hanc cartam presentem sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus: dominis

Willelmo de Rie, Iohanne le Wavasur, Rad[ulfo] de Normanvile, Willelmo le Wavasur tunc constabulario Pontisfracti, militibus, Nicholao de Burtona tunc senescallo eiusdem, Roberto de Langethayth, Hugone Gernun, Roberto de Clifford', Radulfo de Ketliewrthe et aliis. [*f89r*] [*Two folios are missing, pp. 199-202*]

[a] ms *defenfendemus*

Note: Date based on Ralph of Ryther and the witnesses and confirmation by King Edward I. Ralph of Ryther occurred as early as June 1269 [*Yorks Inq.* 1, p. 110]. Nicholas of Burton, listed here as the steward of Pontefract, must have followed John of Hodroyd who was the steward of Pontefract as late as 1260 and provides the earliest limit of this document [*Ctl. Pontefract* 1, p. 317]. The general confirmation by King Edward I, in the 8th year of his reign, included the grant by Ralph son of John of Towton of all the land he held in Oglethorpe which provides the latest date [no. 71]. William of Ryther, witness, held the manor of Ryther of Henry (II) de Lacy, earl of Lincoln, for knight's service in November 1293 [*Yorks Inq.* 2, pp. 157-8]. Robert of Langthwaite occurred 1196 x 1240 [see notes preceding nos. 583, 1100 for dating]. Hugh (II) Gernon occurred at least as early as 27 May 1244 and probably had an active adult life through the late 13th century [*Yorks Inq.* 1, pp. 66, 265] also see note preceding no. 1129. Robert of Clifford occurred in June 1269 [*Yorks Inq.* 1, pp. 109-10]. John of Towton was also described as the rector of Sproatley [no. 1179, 1181]. The document recording the sale by Ralph of Ryther of this land to Nostell Priory was included in a later section of the Cartulary [no. 1177] with all of the documents recording the individual sales of the property [nos. 1178-83] with the exception of the property of Adam of Barton which must have been copied on a folio now missing. This charter was copied by Scribe B [see Chapter V].

623. In incomplete charter. f89r/p. 203

[*This beginning of this charter is missing.*] presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: The 15th-century index indicates that the four missing pages, pp. 199-202, contained documents relating to Bramham and Oglethorpe [no. 1].

624. Grant with warranty by Robert son of Roger of Catton to lord Ranulf son of Ranulf of a bovate of land with a toft and croft in Bramham, namely that which Robert had as a gift from Ranulf son of Ranulf who himself had inherited the land and as in the original charters between the lord son of Robert [*sic*] and Robert de Sigillo [de Seel], excepting three acres of land which Walter son of Alexander the clerk held, rendering annually to William son of Alexander of Bramham 2*s* 7*d* silver. f89r/p. 203

[first half 13th century]

Rubric: Carta Roberti filii Rogeri de Catton'.

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris Robertus filius Rogeri de Cattona salutem. Noveritis me concessisse, dedisse et presenti carta mea confirmasse domino Rannulfo filio Ranulfi et heredibus suis vel assignatis unam bovatam terre in territorio de Brameham cum tofto et crofto et avantagiis dicte bovate pertinentibus, quam scilicet terram quam habui de dono domini Radulfi filii Ranulfi que sibi accidebat vie hereditario; tenend' et habend' predictam terram predicto Ranulfo et heredibus suis vel assignatis de me et heredibus meis imperpetuum libere, quiete, bene et in pace cum omnibus pertinentiis, libertatibus et asiamentis infra villam et extra dicte terre pertinentibus sine aliquo retenemento sicut carta originales inter dominum [*sic*] filium Roberti et Robertum de Sigillo confecta plenius testatur, exceptis tribus acris terre de predicta terra quam Walterus filius Alexandri clerici tenuit per cartam, reddendo inde annuatim Willelmo filio Alexandri de Brameham duos solidos argenti et septem denarios ad duos anni terminos, scilicet medietatem ad Pentec' et medietatem ad festum sancti Martini in yeme pro omnibus servitiis et demandis que ex eadem terre exigi poterunt. Ego vero Robertus et heredes mei predictam terram cum omnibus pertinentiis sicut superius dictum est prefato Ranulfo et heredibus suis vel assignatis contra omnes homines sine dolo warantizabimus imperpetuum. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Ranulf son of Ranulf. Ranulf son of Ranulf was dead by 25 December 1252 [*Yorks Inq.* 1, p. 113n]. His son Ralph son of Ranulf granted $1^{1/2}$ carucate of land in Bramham to Nostell Priory although the charter does not survive in the Cartulary [*Yorks Quo Warranto*, p. 230]. Robert of Catton occurred 12 May 1270 owing rent to Ralph son of Ranulf son of Ranulf [*Yorks Inq.* 1, p. 115]. Robert de Sigillo [Seel] son of Simon occurred as early as 1172 x 1175 [*EYC* II, no. 1230]; Simon de Seel granted rights to Nostell Priory for a mill pond [no. 1099]. William son of Alexander of Bramham was married to the daughter of Simon de Sigillo [Seel] and this Robert would be the brother-in-law of William. The active adult lives of William and Walter sons of Alexander were between July 1186 and the mid-13th century [see note preceding no. 578 for further information concerning the descendants of Alexander Bramham]. This is the same rent which Robert de Swainby granted to Nostell Priory [no. 625]. A grant to Nostell Priory by Ranulf son of Ranulf was confirmed by King Edward I in 1279 x 1280 and may have been copied on a folio missing above [no. 71 and see Chapter V].

625. Grant with warranty by Robert of Swainby of a bovate of land in Bramham which he had as a gift from Ranulf son of Ranulf, rendering annually to William son of Alexander of Bramham 2*s* 7*d*. f89r/p. 203

[first half 13th century]

Rubric: Carta Roberti de Swinebi.

Omnibus Cristi fidelibus hoc presens scriptum visuris vel audituris Robertus de Swynebi salutem in Domino. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus unam bovatam terre, illam scilicet quam habui de dono Ranulfi filii Ranulfi in Brameham; tenendam et habendam dictam bovatam terre cum tofto et crofto et omnibus suis pertinentiis, libertatibus et asiamentis ad dictam terram pertinentibus, reddendo inde annuatim Willelmo filio Alexandri de Brameham duos solidos et septem denarios videlicet ad festum sancti Martini in yeme xv. denarios et obolum et ad Pentec' xv. denarios et obolum pro omni servitio seculari, exactione et demanda. Ego vero Robertus et heredes mei dictam bovatam terre cum omnibus suis pertinentiis [suis *repeated and dotted for deletion*] sicut predictum est contra omnes homines et feminas warantizabimus et defendemus imperpetuum. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Ranulf son of Ranulf; see no. 624. This was the same rent which Robert son of Roger of Catton granted to Ranulf son of Ranulf and must follow his grant [no. 624]. Ralph son and heir of Ranulf son of Ranulf held land in Swainby [NRY] in 1274 [*Yorks Quo Warranto*, p. 87].

626. Grant with warranty by William son of Ralph of Bramham to Serlo the servant of St Oswald of a full moiety of all the land in Bramham [described] which William held from the prior of St Oswald, rendering annually to William 2*d*. f89r/p. 203

[c. 24 July 1208 x 1244]

Rubric: Carta Willelmi filii Radulfi.

Omnibus Cristi fidelibus has literas inspecturis Willelmus filius Radulfi de Brameham salutem in Domino. Sciatis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Serloni servienti de sancto Osuualdo et heredibus vel assignatis suis pro homagio et servitio suo totam medietatem totius terre quam teneo de priore sancti Osuualdi in villa de Brameham, scilicet de terra que iacet inter terram Willelmi le Petitt' et terram Willelmi clerici et illam medietatem que iacet versus plagam meridionalem; tenend' et habend' de me et heredibus meis sibi et heredibus suis libere, solute et quiete et integre cum omnibus pertinentiis, libertatibus et asiamentis infra villam de Brameham et extra sine aliquo retenemento, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ipse et heredes sui duos denarios pro omni servitio, consuetudine et exactione, scilicet unum denarium ad Pentec' et alium denarium ad festum sancti Martini in yeme. Et ego predictus Willelmus et heredes mei warantizabimus predictam terram iam dicto Serloni et heredibus suis vel cui assignare voluerit pro

predicto servitio contra omnes homines, dotes et impignorationes defendemus et aquietabimus imperpetuum. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rules of Priors John and Stephen. This land was granted to William son of Ralph by Prior John [see no. 576 for dating]. The land was returned to Nostell Priory by Serlo, the servant [forester] of St Oswald during the rule of Prior Stephen [no. 770]. Probably later William quitclaimed to Serlo the 10*d* rents [no. 627] and resulted in an annual return to William of 12*d* [no. 628]. This may be the charter mentioned by William in his quitclaim to Nostell Priory of a messuage [no. 577]. Serlo is also described as the forester of St Oswald [no. 660].

627. Quitclaim by William son of Ralph of Bramham to Serlo the servant of St Oswald of all right and claim to the annual rent of 10*d* which William was accustomed to receive for the moiety of the land in Bramham [described] which William held from the prior and convent. For this Serlo gave to William 8*s*. f89r/p. 203

[c. 24 July 1208 x 1244]

Rubric: Carta Willelmi filii Radulfi de Brameham.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Willelmus filius Rad[ulfi] de Bram[e]ham dedi, concessi et quietumclamavi de me et heredibus meis Serloni servienti de sancto [s *dotted for deletion*] Osuualdo et heredibus suis vel cui assignare voluerit redditum decem denariorum que mihi solvere consuevit annuatim pro medietate illius terre quam teneo de priore sancti Osuualdi in villa de Brameham, de illa scilicet terra que iacet inter terram Willelmi le Petit' et terram Willelmi clerici et de alia terra que iacet versus meridionalem plagam; tenendam et habendam sibi et heredibus vel assignatis suis imperpetuum. Ita quod nec ego prenominatus Willelmus vel aliquis heredum meorum decetero aliquid ius vel clamium in predicto redditu decem denariorum vendicare poterimus. Pro hac vero donatione, concessione et quietaclamatione dedit mihi iam dictus Serlo octo solidos premanibus. Hanc autem donationem et quietamclamationem fideliter et sine malo ingenio observandam tam pro me quam pro heredibus meis tactis sacrosanctis iuravi. Ita quod si ego vel aliquis heredum meorum contra istam donationem et quietam clamationem in aliquo venire attemptaverimus nomine pene predicto Serloni et heredibus vel assignatis suis octo marcas prestabimus, renuntiato omni iuris remedio utriusque curie. In cuius rei testimonium sigillum meum huic scripto apposui. Hiis testibus et cetera. [*f89v*]

Note: See no. 626 for dating. This may be the charter mentioned by William in his quitclaim to Nostell Priory of a messuage [no. 577].

628. Grant with warranty by William son of Ralph of Bramham to Serlo the servant of St Oswald of a full moiety of all the land in Bramham [described] which William held of the prior of St Oswald, rendering annually to William 12*d*. f89v/p. 204

[c. 24 July 1208 x 1244]

Rubric: Carta Serlonis.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Willelmus filius Rad[ulfi] de Brameham concessi, dedi et hac presenti carta me[a] confirmavi Serlo servienti de sancto Osuualdo et heredibus suis vel cui assignare voluerit pro homagio et servitio suo totam medietatem totius terre quam teneo de priore de sancto Osuualdo in villa de Brameham, scilicet de terra que iacet inter terram Willelmi le Petit et terram Willelmi clerici et illam medietatem que iacet versus meridionalem plagam; tenendam et habendam de me et heredibus meis sibi et heredibus suis libere, quiete et integre cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus suis et asiamentis[b] infra villam et extra sine aliquo retenemento, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis pro se et heredibus suis xij. denarios pro omni servitio, consuetudine et exactione, scilicet sex denarios ad Pentec' et sex denarios

ad festum sancti Martini in yeme. Et ego Willelmus et heredes mei warantizabimus predictam terram predicto Serlo et heredibus suis vel cui assignare voluerit pro predicto servitio contra omnes homines imperpetuum. Hiis testibus et cetera.

[a] sic for *mea.* [b] corrected from *asiamentibus.*

Note. See no. 626 for dating. This may be the charter mentioned by William in his quitclaim to Nostell Priory of a messuage [no. 577].

629. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Robert of Langthwaite of part of his land in the south fields of Bramham [described]. f89v/p. 204

[first half 13th century]

Rubric: Carta Roberti de Langewait.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Robertus de Langethwait salutem eternam in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam quandam partem terre mee in territorio de Brameham in campo australi, illam totam scilicet que iacet iuxta rivulum cuius capud vocatur Haliwelle versus aquilonem et se extendit a cultura dictorum canonicorum que vocatur Pesepitflat usque ad Wellethornes; tenendam et habendam Deo et dictis canonicis libere, pure et perpetue cum omnibus libertatibus et asiamentis ad tantam terram pertinentibus infra villam de Brameham et extra. Ego vero Robertus et heredes mei dictam terram cum pertinentiis Deo et dictis canonicis contra omnes homines et feminas imperpetuum warantizabimus et defendemus. Et ad maiorem huius rei securitatem presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Robert of Langthwaite who occurred as early as 1190 x c.1210 [*EYC I*, no. 533] and as late as c.1240 x 1244 [no. 634]. See note preceding no. 583.

630. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Robert of Langthwaite of an acre of land in Bramham [three locations described]. f89v/p. 204

[first half 13th century]

Rubric: Carta Roberti de Langewait.

Omnibus has literas visuris vel audituris Robertus de Langethwait salutem. Noverit universitas vestra me dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus unam acram terre in territorio de Bram[e]ham cum omnibus pertinentiis suis infra villam de Brameham et extra in puram et perpetuam elemosinam, illam scilicet acram que iacet super Bulecliue, unde dimidia acra buttat super viam que dictur Potergate, et alia dimidia acra iacet iuxta communem pasturam in eodem [motlc *dotted for deletion*] monte; tenend' et habend' de me et heredibus meis imperpetuum libere, pacifice, quiete et integre. Ego vero Robertus et heredes mei dictam acram terre cum omnibus pertinentiis suis dicto priori et conventui warantizabimus et defendemus contra omnes homines imperpetuum. Et ad maiorem huius rei securitatem huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Robert of Langthwaite who occurred as early as 1190 x c.1210 [*EYC I*, no. 533] and as late as c.1240 x 1244 [no. 634]. See note preceding no. 583.

631. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Robert of Langthwaite of all his land in Braderau in the west fields of Bramham [described]. f89v/p. 204

[first half 13th century]

Rubric: Carta Roberti de Langewait.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Robertus de Langewait dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus pro salute anime mee et Iuliane uxoris mee et heredum meorum totam terram meam in Braderau in occidentali campo de Brameham, illam scilicet terram que iacet in eodem campo inter terram dictorum canonicorum et terram priorisse sancti Clementis in Munkehaid Spen; tenend' et habend' sibi inperpetuum in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Et volo et precipio ut hec mea elemosina sit libera et quieta ab omni seculari servitio sicut aliqua elemosina esse solet vel potest. Et ego prenominatus Robertus de Langethwait et heredes mei warantizabimus et defendemus antedictam elemosinam nostram contra omnes homines imperpetuum dotes et impignorationes. In cuius rei testimonium presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Robert of Langthwaite who occurred as early as 1190 x c.1210 [*EYC I*, no. 533] and as late as c.1240 x 1244 [no. 634]; see note preceding no. 583. The prioress mentioned here is to be identified with the prioress of Clementhorpe, York, a house of Benedictine nuns founded *c.* 1130 [KH, p. 269].

632. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Robert of Langthwaite son of Ellis of Langthwaite of all his land lying between the Black Fen and the Black Fen woods [Bramham], a *cultura* called Rodis, consisting of 9$^{3/4}$ acres of land, and 10 'falls' and 1$^{1/2}$ acres at Fulgatly. ff89v-90r/pp. 204-205

[first half 13th century]

Rubric: Carta Roberti de Langewayt.

Omnibus has literas visuris vel audituris Robertus de Langethwait filius Helie de Langethwait salutem in Domino. Noverit universitas vestra me caritatis intuitu dedisse, concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam totam terram quam habui inter Blakefensike et boscum qui dicitur Blakefen, videlicet culturam que dictur Rodis apud Cuntelarchayt continentem in se novem acras terre et tres partes unius acre et decem fallas et unam acram et dimidiam apud Fulgatly; tenend' et habend' dictis canonicis imperpetuum quietam et solutam ab omni servitio et seculari exactione et demanda libere, pacifice et integre cum omnibus pertinentiis, asiamentis, libertatibus infra villam de Brameham et extra ad predictam terram[a] pertinentibus. Et ego Robertus et heredes mei totam prenominatam terram cum [*f90r*] pertinentiis suis contra omnes homines et dotes warantizabimus et defendemus dictis canonicis imperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

[a] ms contains a patch of the parchment which the scribe accommodates.

Note: Date based on Robert of Langthwaite who occurred as early as 1190 x c.1210 [*EYC I*, no. 533] and as late as c.1240 x 1244 [no. 634]; see note preceding no. 583.

633. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Robert of Langthwaite of half an acre of land in Bramham [described]. f90r/p. 205

[first half 13th century]

Rubric: Robertus de Langewayt'.

Universis Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Robertus de Langethwait salutem in Domino. Noveritis me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse, concessisse et

hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam dimidiam acram terre in territorio de Brameham, illam videlicet dimidiam acram que iacet inter culturas eorumdem canonicorum ex orientali parte de Welletornesike; tenendam et habendam Deo et predictis canonicis imperpetuum libere, pure et quiete sicut ulla elemosina liberior et quietior esse solet. Ego Robertus et heredes mei dictam dimidiam acram terre cum pertinentiis Deo et supradictis canonicis contra omnes homines warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Robert of Langthwaite who occurred as early as 1190 x c.1210 [*EYC I*, no. 533] and as late as c.1240 x 1244 [no. 634]; see note preceding no. 583.

634. Lease with warranty by Prior S[tephen] and the convent to Robert of Langthwaite of a toft in Bramham [described] which William son of Alan of Oglethorpe once held, rendering annually to the canons 12*d*. f90r/p. 205

[c. 1240 x 1244]

Rubric: Carta S. prioris concessa Roberto de Langewayt.

Universis Cristi fidelibus has literas visuris vel audituris S. prior et conventus de sancto Osuualdo salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos dedisse, concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Roberto de Langewait et heredibus suis illud toftum in Brameham quod Willelmus filius Alani de Oclestorp' quondam tenuit in villa de Brameham et quod iacet inter toftum Willelmi dicti clerici et toftum Willelmi Parvi; tenend' et habend' sibi et heredibus suis in feodo et hereditate libere, solute et quiete, reddendo inde annuatim domui nostre duodecim denarios, videlicet sex denarios ad festum sancti Martini in yeme et sex denarios ad Pentecost' pro omni servitio, consuetudine et demanda et nos toftum antedictum prenominato Roberto et heredibus suis contra omnes homines imperpetuum warantizabimus. Teste capitulo nostro.

Note: Date based on Prior Stephen. The predecessor of Stephen died 18 November 1240 and Stephen ceded office in 1244 [Smith, *Heads* II, p. 438]. This land was quitclaimed to the priory by William son of Alan of Oglethorpe in the late 12th x early 13th centuries [no. 597]. Robert of Langthwaite occurred as early as 1190 x c1210 and this document provides the latest date associated with Robert [*EYC I*, no. 533]; see note preceding no. 583.

635. Grant with warranty for a pittance for the canons by Walter son of Alexander of Bramham, clerk of all the land with a toft and buildings in Bramham which Walter had bought from his brother William and an acre of land in Bramham which Walter had bought from Lecia of the same fee, rendering annually to William his brother 6*d* and also 2*d* for lights in front of the altar of St Nicholas on his feast day in the church of Bramham. f90r/p. 205

[late 12th x mid-13th centuries]

Rubric: Carta Walteri filii Alexandri.

Universis Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Walterus filius Alexandri de Brameham clericus salutem in Domino. Noveritis me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus ad pitanciam totam terram sine aliquo retenemento quam emi de Willelmo fratre meo in villa de Brameham cum tofto et edificiis ad ipsam terram pertinentibus et unam acram quam emi de Lecia de eodem videlicet feodo; tenend' et habend' Deo et canonicis predictis de me et heredibus meis imperpetuum libere, solute et integre cum omnibus pertinentiis et asiamentis suis infra villam

supradictam et extra ad tantum tenementum pertinentibus prout carte dictorum Willelmi et Lecie inde confecte melius et liberius testantur que resident penes memoratos canonicos, reddendo inde annuatim predicto Willelmo fratri meo et heredibus suis imperpetuum sex denarios argenti ad duos terminos, tres videlicet denarios ad Pentec' et tres denarios ad festum sancti Martini in yeme pro omni servitio et demanda seculari et duos denarios ad sustentationem luminis coram altari beati Nicholai die annue festivitatis ipsius in ecclesia videlicet de Bram[e]ham pro omni servitio seculari. Et ego prenominatus Walterus et heredes mei totam predictam terram cum omnimodis pertinentiis suis Deo et canonicis supradictis contra omnes homines warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis [testibus] et cetera.

Note: Date based on William and Walter sons of Alexander of Bramham. See note preceding no. 578 for dating. The 2*d* rent is mentioned in a document of William his brother and maybe the 2*d* Walter received for land [no. 579].

636. Grant for a pittance for the canons by Walter son of Alexander of Bramham, clerk of all land in the fee of the canons in Bramham which Walter bought from Hugh son of William of Clifford. f90r/p. 205

[late 12th x mid-13th centuries]

Rubric: Carta Walteri filii Alexandri.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Walterus filius Alexandri de Brameham clericus dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et beate Marie et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus ad pitanciam totam terram cum omnibus pertinentiis suis sine retenemento quam emi de Hugone filio Willelmi de Clifford in villa de Brameham de feodo ipsorum canonicorum; tenend' et habend' Deo et canonicis predictis imperpetuum libere, solute et integre cum omnibus pertinentiis et asiamentis suis infra villam supradictam et extra ad tantum tenementum pertinentibus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis [testibus] et cetera.

Note: Date based on William and Walter sons of Alexander of Bramham. See note preceding no. 578 for dating. Walter son of Hugh bought at least three parcels of land in Bramham from Hugh son of William of Clifford: a toft with 7 roods of land [no. 593], a rood of land in the southern part of Old Firth [no. 642] and a toft with 3 half acres and a rood [no. 675]. William of Clifford occurred as late as 1255 [Baildon, *Yorks Monastic Notes*, p. 153].

637. Grant with warranty by Walter de Tibeself to John son of Walter of Aberford of a toft in Bramham [described], rendering annually to Walter 2*d*. f90r/p. 205

[late 12th x mid 13th centuries]

Rubric: Carta Walteri de Tibeself.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Walterus de Tibeself dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Iohanni filio Walteri de Abberford unum toftum in villa de Brameham, illud scilicet toftum quod iacet inter toftum Rogeri et toftum Willelmi filii Alexandri in Brameham; habend' et tenend' sibi et heredibus suis de me et heredibus meis libere, solute et quiete cum omnibus asiamentis et libertatibus antedicto tofto pertinentibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ipse et heredes sui duos denarios, unum scilicet ad Pascha et alium ad festum Omnium Sanctorum pro omni servitio, consuetudine et demanda. Et ego antedictus Walterus et heredes mei warantizabimus toftum prenominatum iam dicto Iohanni et heredibus suis contra omnes homines imperpetuum. Hiis testibus et cetera. [*f90v*]

Note: Date based on William son of Alexander of Bramham, see note preceding no. 578 for dating and further information. The mention of William son of Alexander suggest he was still alive at the time of this charter. The 2*d* rent may be the same mentioned in Walter's grant to Nostell Priory for lights at the altar of St Nicholas in the church of Bramham [no. 635]. John son of Walter of Aberford was also known as John Tylli when he granted this toft to Nostell Priory [no. 638].

638. Grant with warranty in free and perpetual alms for the maintenance of lights in the priory infirmary by John Tylli son of Walter of Aberford of a toft in Bramham [described]. f90v/p. 206

[late 12th x mid 13th centuries]

Rubric: Carta Iohannis Tilli.

Universis Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis Iohannes Tylli filius Walteri de Abbreford' salutem in Domino. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam et perpetuam elemosinam ad sustentationem luminis infirmarie sue unum toftum in villa de Brameham, illud scilicet quod iacet inter toftum Rogeri Bercarii et toftum Willelmi filii Alexandri de eadem villa; tenend' et habend' Deo et canonicis predictis libere, solute, quiete et integre ab omni servitio terreno cum omnibus pertinentiis et asiamentis suis que pertinent ad tantum tenementum infra villam supradictam et extra. Et ego predictus Iohannes et heredes mei totum predictum toftum cum pertinentiis Deo et canonicis memoratis contra omnes homines, dotes et impignorationes warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on reference to William son of Alexander. See note preceding no. 578 concerning William son of Alexander. This toft was granted to John Tylli by Walter de Tibeself [no. 637] and mentioned by William son of Alexander in his grant to Nostell Priory [no. 579].

639. Confirmation with warranty by Hugh (II) Gernon son of Robert Gernon of Bramham of the grant made by his father of all the land of Ketelcroft [Bramham]. f90v/p. 206

All Saints Church Bramham, [mid-13th century, before 1264]

Rubric: Carta Hugonis Gernun.

Omnibus sancte matris ecclesie ad quos presens scriptum pervenerit Hugo Gernun filius Roberti Gernun de Brameham salutem. Noverit universitas vestra me caritatis intuitu et salute anime mee et antecessorum et successorum meorum concessisse et hac presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus totam terram de Ketelcroft cum omnibus pertinentiis suis sine aliquo retenemento quam habent de dono patris mei prout in carta ipsius plenius et melius continetur in liberam, puram et perpetuam elemosinam solutam et quietam de omni servitio seculari et exactione imperpetuum. Ego vero Hugo et heredes mei warantizabimus, manutenebimus et defendemus ubique et in omnibus totam predictam elemosinam cum omnibus pertinentiis suis predictis canonicis contra omnes homines. Et hoc fideliter observand' iuravi pro me et heredibus meis super altare Omnium Sanctorum in ecclesia de Bramham. Ut autem hec mea concessio et confirmatio cunctis temporibus rata maneat et inconcussa presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrences of Hugh (II) Gernon and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Hugh (II) Gernon son of Robert Gernon occurred as a juror from at least as early as 27 May 1244 and as late as 18 September 1268 [*Yorks Inq.* 1, pp. 66, 265]. His father Robert son of Hugh (I) occurred as late as 1206 which suggests that Hugh (II) had an active adult life in the mid to late 13th century [*EYC* II, p. 349]. Robert Gernon

granted the land of Ketelcroft in the late 12th or early 13th centuries [no. 570]. His wife Hawise quitclaimed her dower right to this land [no. 640]. Robert Gernon held of the Fossard fee as Peter (I) de Mauley and his wife Isabel [heiress of Fossard fee], they confirmed the grant on Robert Gernon between 1214 x 22 January 1238 [no. 592]. See note preceding no. 1129 concerning Gernon family.

640. Quitclaim with warranty by Hawise late the wife of Robert Gernon of Bramham of all her dower right and claim to the land of Ketelcroft [Bramham] which she had taken as a complaint to the king's court. For this the canons gave Hawise 3*m* of silver. f90v/p. 206

[mid-13th century, before 1264]

Rubric: Carta Hauwise uxoris R. [de *dotted for deletion*].

Omnibus has literas visuris vel audituris Hawisa uxor quondam Roberti Gernun de Brameham in Domino salutem. Noverit universitas vestra me concessisse et quietumclamasse Deo et sancto Osuualdo de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus omne ius et clamium quod habui vel habere potui de terra de Ketelcroft tanquam de dote mea unde conquesta sum in curia domini regis pro tribus marcis argenti quas mihi dederunt predicti canonici et promitto in veritate et salute mea pro me et pro meis quod nunquam movebo querelam nec placitum de terra predicta versus predictos canonicos. Ut autem hec mea concessio et quieta clamatio perpetuis temporibus rata maneat et inconcussa presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Robert and Hugh (II) Gernon. See note no. 639 for dating and further information concerning this land.

641. Confirmation in free, pure and perpetual alms by Nicholas (II) de Stuteville of the grant made by Elias the chaplain son of William of Oglethorpe of all right and claim to 2 parts of all the meadow of Oglethorpe, namely those which William de Stuteville and Nicholas' father Nicholas (I) and Nicholas (II) himself once held in demesne. f90v/p. 206

[30 March 1218 x 19 October 1233]

Rubric: Carta Nicholai de Stutevilla.

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Nicholaus de Stutevilla eternam salutem in Domino. Noverit universitas vestra me caritatis intuitu et pro salute anime mee, antecessorum et successorum meorum concessisse et hac presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam donationem et confirmationem quam Helias filius Willelmi de Oclestorp capellanus fecit eisdem canonicis super duabus partibus totius prati de Oclestorp quas idem Helias predictis canonicis caritative pure contulit et perpetue, illas scilicet duas partes quas Willelmus de Stutevilla et Nicholaus pater meus aliquando in dominio tenuerunt. Et ego Nicholaus filius predicti Nicholai similiter aliquando tenui in dominio et eidem Elie tanquam ius hereditarium suum reddidi et quietumclamavi. Ut autem hec mea concessio et confirmatio omni tempore permaneat et inconcussa presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Nicholas (I) and Nicholas (II) de Stuteville see no. 568 for details. William de Stuteville, was the eldest son and heir of Robert (III) de Stuteville; he was born c. 1140 and died shortly before 4 June 1203 [*EYC IX*, pp. 9-12]. His brother Nicholas (I), second son of Robert (III) de Stuteville and heir of his brother William de Stuteville, was himself dead by 30 March 1218 [*EYC IX*, pp. 13-15]. Nicholas (II) son of Nicholas (I), although the youngest son, inherited from his father and himself died before 19 October 1233 [*EYC IX*, p. 20]; thus limiting this grant to between the deaths of Nicholas (I) and Nicholas (II) [no. 641]. The grant by Elias, chaplain, son of William Oglethorpe was dated by this charter [nos. 566-68].

642. Quitclaim by Hugh son of William son of Arnold of Clifford of all right and claim to a rood of land in the southern part of Old Firth [Bramham]. f90v/p. 206

[late 12th x mid-13th centuries]

Rubric: Carta [Willelmi *dotted for deletion*] Hugonis filii Willelmi.

Omnibus has literas visuris vel audituris Hugo filius Willelmi filii Arnaldi de Clifford salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, remisisse et sursum reddidisse imperpetuum dilectis dominis meis priori et conventui de sancto Osuualdo unam rodam terre in territorio de Brameham in Aldeford in australi parte; tenend' et habend' sibi imperpetuum solutam et quietam de me et heredibus meis. Ita quod nec ego nec aliquis heres vel successor meus aliquid iuris vel clamii in predicta terra unquam possimus vendicare. In cuius rei testimonium presentem cartam sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on association with Walter son of Alexander of Bramham, see no. 636 for further information and dating.

643. Grant by Prior R. and the convent to John the deacon son of Richard of York of a toft in Bramham, namely that which William son of Nigel held from the convent, rendering annually to the canons 16*d*. ff90v-91r/pp. 206-207

[2 April 1196 x 27 September 1237 or c. 1244 x 4 January 1255]

Rubric: Carta R. prioris et conventus de sancto Osuualdo.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis R. prior et conventus de sancto Osuualdo salutem. Noverit universitas vestra nos concessisse et presenti carta confirmasse Iohanni diacono filio Ricardi de Ebor' et heredibus suis unum toftum in Brameham cum pertinentiis [*f91r*] suis, illud videlicet quod Willelmus filius Nigelin tenuit de nobis; tenend' et habend' sibi et heredibus suis libere et quiete in fe[o]do et hereditate, reddendo inde nobis annuatim xvj. denarios ad duos terminos, scilicet octo denarios ad festum sancti Martini et octo denarios ad Pentec' pro omni servitio et seculari exactione. Hanc autem concessionem ei fecimus quam diu ipse et sui <se> erga nos legitime habuerint et predictam firmam terminis statutis integre nobis persolverint. Hiis testibus et cetera.


Note: Date based on the latest entry made by Scribe A which limits the selection of priors of Nostell Priory [see Chapter V]. Before 1264 there were five priors whose names start with R: Robert of Woodkirk who ruled 2 April 1196-5 January 1199], Ralph of Bedford who ruled 5 January 1199-19 July 1208, Robert who ruled from c. 24 July 1208-27 September 1237, Ralph [junior] who ruled from 1244-18 May 1246 and Robert de Behall who ruled from 18 May 1246-4 January 1255 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283; Smith, *Heads* II, p. 438]. Nothing is known of the individuals mentioned in this document.

Note to **nos. 644, 645, 655, 674, 706, 864.** See pedigree that follows. Ralph son of Siward held land in Bramham and acted as witness to William de Stuteville [no. 558], Jordan (I) Foliot and William (I) Foliot and William de Preston thus establishing an active adult life from as early as 1159 and at least as late as 4 June 1203 [*EYC* III, nos. 1528, 1539, 1598]. He was married to Annotta and granted her dower rights in Bramham [no. 599]. They had at least three sons who figure in this Cartulary: William (I), Henry and Moses.

Ralph son of Siward granted land to Nostell Priory which was confirmed by his son William (I), suggesting that William (I) was his heir [nos. 644, 645]. William (I)'s seniority is further suggested by William (I)'s grant of land in Bramham to his brother Moses which provides the property which Moses' descendants grant to Nostell Priory [no. 864]. William (I), also known as William, the clerk, granted land to William son of Alexander, the later who was active from 1186 x mid-13th century suggesting a similar adult life for William (I) son of Ralph son of Siward [see nos. 558, 674]. William (I) had a daughter Matilda who as a widow quitclaimed her right to land granted by her father [no. 658].

Henry son of Ralph of Siward occurred in 1240 and 1253 and granted/quitclaimed to Nostell Priory his man Baldwin son of Robert de la Grena [see note no. 423].

Moses son of Ralph son of Siward had two daughters Mabel and Alice and a son William (II) [no. 865]. William (II) granted land to Nostell Priory which his uncle William (I) confirmed but it is not clear if the confirmation was before or after the death of William (II) [nos. 864-68]. William (II) gave land in Bramham to William son of Moses of Alverton with his sister Mabel in marriage by 11 June 1234 [nos. 865, 871]; the fact that the grant was from William (II) also suggests that Moses son of Siward was dead by this date. William (II) occurred with contemporaries of his uncle and with his uncle William (I) thus the active life of William (II) may extend to as early as the late 12th century. On 17 June 1240 Alice daughter of Moses settled a writ of *mort d'ancestor* in an agreement with Prior Stephen of Nostell Priory quitclaiming her right to the land her brother William (II) had granted to Nostell Priory, suggesting that William (II) was dead by this date [no. 869]; also suggesting that Mabel and Alice may have been the co-heiresses of their brother William (II) or had some claim to the property of William (II).



644. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Ralph son of Siward of Bramham of a bovate of land in Bramham, namely that lying near the demesne of the canons, and 2 acres of land in Old Firth [Bramham] lying to the south of the *cultura* of the canons, and 3[1/2] roods [described] and the third acre of land adjoining the road to York and lying to the east of the canons' *cultura*. Ralph quitclaims the toft in Old Firth [Bramham] which he had accepted in exchange from the canons.

f91r/p. 207

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Rad[ulfi] filii Siward[i].

Omnibus sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris Rad[ulfus] filius Siwardi de Brameham salutem in Cristo. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et uxoris mee et patris mei et matris mee heredum et omnium antecessorum et successorum meorum in liberam et puram et perpetuam elemosinam dedisse, concessisse et hac mea presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus unam bovatam terre in Brameham cum omnibus pertinentiis suis et asiamentis ad predictam bovatam terre pertinentibus in villa et extra villam predictam, illam scilicet que propinquior adiacet dominio predictorum canonicorum in eadem villa et duas acras terre in Aldeford' propinquiores culture predictorum canonicorum versus austrum, et tres rodas et dimidiam in latitudine ad capud predictarum acrarum versus orientem, et tertiam acram terre que tangit viam que ducit versus Ebor' et iuxta culturam predictorum canonicorum versus orientem et quiete clamavi predictis canonicis pro me et heredibus meis totum toftum pro quo ego Radulfus accepi [e]scambium a prefatis canonicis in Aldeford. Ego vero Rad[ulfus] et heredes mei warantizabimus predictis canonicis hanc predictam elemosinam in omnibus et contra omnes homines liberam et quietam ab omni seculari servitio. Ut autem hec donatio mea rata imperpetuum et firma habeatur eam sigilli mei impressione corroboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Ralph son of Siward, see note preceding for date and information. William (I) son of Ralph son of Siward confirmed this grant [no. 645].

645. Confirmation and quitclaim with warranty by William (I) son of Ralph son of Siward of Bramham of the grant made by his father Ralph to the canons of a bovate of land in Bramham, namely that lying near the demesne of the canons, and 2 acres in Old Firth [Bramham] lying to the south of the *cultura* of the canons, and 3$^{1/2}$ roods and the third acre of land adjoining the road to York and lying to the east of the *cultura* of the canons [described]. William (I) quitclaims to the canons all the land his father accepted in exchange from the canons in Old Firth [Bramham]. f91r/p. 207

[late 12th x mid-13th centuries]

Rubric: Carta Willelmi filii Rad[ulfi] filii Siwardi.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris Willelmus filius Rad[ulfi] filii Siwardi de Brameham salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum in liberam et puram et perpetuam elemosinam concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostlat et canonicis ibidem Deo servientibus unam bovatam terre in Brameham cum pertinentiis suis quam pater meus Rad[ulfus] eis dedit in elemosinam, illam scilicet que propinquior adiacet dominio predictorum canonicorum in eadem villa, et duas acras terre in Aldeford propinquiores culture predictorum canonicorum versus austrum, et tres rodas et dimidiam in latitudine ad capud predictarum acrarum versus orientem, et tertiam acram terre que tangit viam que ducit versus Ebor' et iuxta culturam predictorum canonicorum versus orientem. Preterea ego Willelmus dedi et hac mea carta confirmavi de augmento in puram et perpetuam elemosinam predictis canonicis totam illam terram quam pater meus de eis tenuit in eodem loco ubi eis illam acram terre dedit in elemosinam que tangit viam que ducit apud Ebor' et iuxta culturam ipsorum canonicorum versus orientem et quiete clamavi prefatis canonicis pro me et heredibus meis totum toftum pro quo Rad[ulfus] pater meus accepit [e]scambium a premissis canonicis in Aldefort. Et ego et heredes mei warantizabimus predictis canonicis totam supradictam elemosinam ubique et erga omnes homines liberam et quietam ab omni seculari servitio. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William (I) son of Ralph son of Siward, see note preceding no. 644 for further information. This confirms his father's grant of the land [no. 644].

Note to nos. 646-49. Eudo of Langthwaite was a younger son of Robert of Langthwaite [see note preceding no. 583]. He is also called Eudo of Clifford and Eudo of Bramham, although there was also a Eudo of Bramham who was the son of Guy of Bramham [see note to no. 594]. Eudo of Langthwaite occurred with his father Robert in a series of grants and confirmations where the land was described as a gift from Robert of Langthwaite to Eudo his son which suggest that Eudo held estates of his father during his father's lifetime. The land which Eudo granted to Nostell Priory were in the fields of Bramham. Robert of Langthwaite occurred as early as 1196 x c. 1210 [*EYC I*, no. 533] and entered two agreements with Nostell Priory, one as late as 1244 and thus had an active adult lifetime of at least the first half of the 13th century [nos. 585, 643]. Robert confirmed the grants to Nostell Priory of land in Bramham by his son Eudo which may include some of the grants which follow here and elsewhere [nos. 586, 1122-26]. Eudo occurred 26 July 1269 with his wife Alice regarding land in Clifford which explains the sometime toponymic of 'Eudo of Clifford' [*Yorks F. 1246-1272*, p. 174]. He also occurred with his brother William (II) of Langthwaite who occurred as late as 1260 x 19 November 1281 [nos. 622, 1124] all of which suggests that Eudo of Langthwaite had an active adult life in the first three-quarters of the 13th century.

646. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Eudo of Langthwaite of 1$^{1/2}$ acres of arable land in Bramham [three locations described]. f91r/p. 207

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Eudoni de Lagwayt.

Sciant presentes et futuri quod ego Eudo de Langethwait dedi, concessi et hac mea carta carta [*sic*] confirmavi Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus unam acram et dimidiam terre arabilis in territorio de Bram[e]ham quarum dimidia acra iacet ad Foxpittes iuxta terram dictorum

canonicorum, et alia dimidia acra iuxta Le Floder propinquior terre quam habent de me, et tertia dimidia acra ad Pittes iuxta viam que se extendit ad villam de Oclestorp' propinquior terre dictorum canonicorum cum omnibus libertatibus suis communis et asiamentis aliis in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Et ego Eudo et successores mei totam predictam terram cum pertinentiis suis predictis canonicis contra omnes homines warantizabimus, adquietabimus et defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Eudo of Langthwaite and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. See note preceding for dating. Eudo held additional land in Le Flodder and at Foxpittes which he later also granted to Nostell Priory [no. 649]. This grant was probably part of the gift confirmed by his father Robert of Langthwaite described as in the 'north field' of Bramham [nos. 647, 648].

647. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Eudo of Bramham son of Robert of Langthwaite of 1$^{1/2}$ acres of land in Romaypittes [Bramham], namely that which Robert had granted to Eudo. ff91r-v/pp. 207-208

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Eudonis de Brameham.

Omnibus Cristi fidelibus ad quorum notitiam hoc presens scriptum pervenerit Eudo de Bram[e]ham filius Roberti de Langethwait salutem in Domino. Noveritis me pro salute anime mee et antecessorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus unam acram terre et dimidiam in territorio de Brameham in Romaypittes ex parte occidentali cum pertinentiis suis quas habui ex dono patris mei super quas acram et dimidiam Aldeford abbuttat; tenend' et habend' dictis canonicis in liberam, puram et perpetuam elemosinam, solutam et quietam ab omni seculari servitio consuetudine, exactione quacumque et demanda. [*f91v*] Ego vero Eudo de Brameham et heredes mei dictam acram terre et dimidiam sicut predictum est contra omnes homines et feminas warantizabimus, acquietabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Eudo Langthwaite and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. See note preceding no. 646 for dating. Eudo held additional land here which he later granted to Nostell Priory [no. 649]. This grant was probably part of the gift confirmed by his father Robert of Langthwaite described as in the 'north field' of Bramham [nos. 646, 648].

648. Confirmation with warranty by Robert of Langthwaite of the grant made by his son Eudo of all the land in the north fields of Bramham, namely that which Robert had granted to Eudo. f91v/p. 208

[13th century, before 1264]

Rubric: [Carta] Roberti de Langewayt.

Noverint universi hoc presens scriptum visuri quod ego Robertus de Langethwait concessi et presenti carta mea confirmavi dominis meis priori et conventui de sancto Osuualdo de Nostl' donum quod eis fecit Eudo filius meus de tota terra quam habuit ex dono meo in campo boriali de Brameham; tenend' et habend' dictis priori et conventui in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Ego vero Robertus et heredes mei dictum donum dictis priori et conventui contra omnes homines et feminas warantizabimus, acquietabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Robert and Eudo of Langthwaite and the latest entry copied by Scribe A [see Chapter V]. See notes preceding nos. 583, 646 concerning dating and this family. This document, copied with three grants by Eudo suggest that the land granted in nos. 646, 647 and 649 were in the north fields of Bramham. This confirmation was probably time coincident with no. 649 which may have augmented the land granted in nos. 646, 647.

649. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Eudo of Bramham son of Robert of Langthwaite of all his land which he held at le Floder [Bramham] and all his land in Romaypittes [Bramham] and all his land at Le Foxepittes [Bramham]. f91v/p. 208

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Eudonis de Brameham.

Omnibus Cristi fidelibus ad quorum notitiam hoc presens scriptum pervenerit Eudo de Brameham filius Roberti de Langethwait salutem in Domino. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus totam terram meam quam habui ex dono dicti Roberti patris mei in territorio de Brameham, scilicet totam terram meam quam habui apud Le Floder et totam terram meam quam habui in Romaypittes et totam terram meam quam habui apud Le Foxepittes sicuti iacent in longitudine et latitudine sine aliquo retenemento; tenend' et habend' dictis canonicis in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Ego vero Eudo et heredes mei dictam terram cum omnibus suis pertinentiis dictis canonicis contra omnes homines et feminas warantizabimus, acquietabimus in omnibus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Eudo of Langthwaite and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. See note preceding no. 646 for further information concerning dating and Eudo of Langthwaite. This grant probably augmented the land he had earlier granted in the same locations [nos. 646, 647]. His father Robert confirmed this grant [no. 648].

650. Sale and quitclaim by William Frankelayn of Bramham of all right and claim to an acre and half a rood of his land in Bramham [described]. For this the canons gave William 10*s* of silver. f91v/p. 208

[last half 12th century]

Rubric: Carta Willelmi Frankelayn.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenit Willelmus Frankelayn de Brameham salutem in Domino. Noverit universitas vestra me vendidisse dilectis dominis meis priori et conventui de sancto Osuualdo unam acram et dimidiam rodam terre mee in territorio de Bram[e]ham, unde dimidia acra iacet super Crosfurlanges et abbuttat super Ruzgate[a] et una roda ad Blakfen propinquior fosse et roda et dimidia ad Wlthwayt; tenend' dictis dominis meis libere, pure et perpetue sicut ulla terra vel elemosina liberius habetur vel possidetur. Ita quod nec ego nec aliquis heres meus vel successor aliquid iuris vel clamii in predicta terra sive in aliquibus eiusdem pertinentiis nobis unquam ratione aliqua possimus vendicare. Pro hac autem terra cum pertinentiis dederunt mihi predicti domini mei decem solidos argenti premanibus. Ego vero predictus Willelmus et heredes mei predictam terram cum pertinentiis predictis priori et conventui contra omnes homines warantizabimus imperpetuum et defendemus. In cuius rei testimonium presentem cartam sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

[a] Possibly *Suzgate*.

Note: Date based on William Frankelayn. See nos. 571-75 for further information concerning dating. William Frankelayn of Bramham was the son of Reginald of Bramham and a benefactor of Nostell Priory. There is insufficient information to determine if the land sold here was involved in other transactions by William.

651. Quitclaim by Peter son of Richard of Clifford of 1[1/2] acres of land in Bramham, namely half an acre above Old Firth [described], 1[1/2] roods above Bowcliffe Farm [described] and half a rood above Benelandes [described]. f91v/p. 208

[last half 12th entury]

Rubric: Carta Petri filii Ricardi de Clifford'.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Petrus filius Ricardi de Clifford' salutem in Domino. Noverit vestra me dedisse, concessisse, quietum clamasse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus unam acram et dimidiam terre in Brameham, scilicet dimidiam acram super Aldeforde inter terram eorundem canonicorum et terram prioris de Martona, et unam rodam et dimidiam super Bulclif inter terram eorumdem canonicorum et terram Willelmi le Frankelayn, et dimidiam rodam super Benelandes inter terram eorumdem canonicorum et terram prioris de Marton' in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Ego vero Petrus et heredes mei totam predictam terram predictis canonicis contra omnes homines et dotes mulierum warantizabimus, aquietabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on reference to William Frankelayn. William Frankelayn son of Reginald of Bramham and mentioned in this document occurred in the last half of the 12th century as a benefactor of Nostell Priory [nos. 571, 572-75]. Nothing is known of Peter son of Richard of Clifford and he does not reoccur in the Cartulary. The house of Augustinian Canons in Marton, North Yorkshire was founded during the reign of King Stephen as a double monastery of canons and nuns [*EYC I*, no. 420; KH, p. 166].

652. Grant and quitclaim with warranty in free, pure and perpetual alms by Robert of Langthwaite of 2 acres of land in Bramham, namely those acres north of other land above Floldderflat [Bramham] which he previously had granted and quitclaimed. ff91v-92r/pp. 208-209

[first half 13th century]

Rubric: Carta Roberti de Langewayt.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Robertus de Langethwait salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse, quietumclamasse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et dominis meis canonicis ibidem Deo servientibus duas acras terre in territorio de Bram[e]ham, illas scilicet que iacent iuxta alias acras duas ex parte boreali quas pri [*sic*] eisdem canonicis prius dedi et quietum clamavi super Floldderflat iuxta terram eorumdem canonicorum ex parte boreali; tenend' et habend' predictas duas acras terre predictis canonicis in liberam, puram et perpetuam elemosinam imperpetuum. Ego vero Robertus et heredes mei totam predictam terram prenominatis canonicis contra omnes homines warantizabimus, aquietabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium [*f92r*] presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Robert of Langthwaite, see note preceding no. 583 for dating and further information on this family. Robert granted two acres of land which included a grant of his son Henry [no. 584]. Henry of Langthwaite's grant was 1[1/2] of the two acres mentioned here [no. 662].

653. Grant with warranty by William son of Ralph to William son of Alan of Oglethorpe of all his moiety of the toft in Bramham [described] in the fee of the canons, rendering annually to William son of Ralph 12*d* sterling. For this William son of Alan gave to William son of Ralph 28*s*. f92*r*/p. 209

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Willelmi filii Radulfi.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Willelmus filius Rad[ulfi] dedi, concessi et hac carta sigillo meo roborata confirmavi Willelmo filio Alani de Oclestorp' pro servitio suo quod mihi fecit et pro viginti et octo solidis quos mihi dedit totam medietatem illius tofti cum pertinentiis in Bram[e]ham de feodo canonicorum sancti Osuualdi de Nostle qui iacet inter toftum Willelmi dicti clerici et toftum Willelmi Parvi, videlicet illam medietatem que iacet versus aquilonem; habend' et tenend' dicto Willelmo filio Alani et heredibus sive assignatis suis de me et heredibus meis in feodo et hereditate libere, quiete, pacifice et integre cum omnibus pertinentiis et asiamentis suis infra villam ex extra sine retenemento, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis apud Brameham xij. denarios sterlingorum medietatem ad Pentec' et medietatem ad festum sancti Martini in yeme pro omni consuetudine et demanda. Et ego et heredes mei debemus warantizare et defendere prefato Willelmo filio Alani et heredibus et assignatis suis predictam medietatem prenominati tofti cum pertinentiis per predictum servitium contra omnes homines imperpetuum. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrences of William son of Alan in 1175 x 1200 [see no. 597]. William son of Alan quitclaimed his right to this land to the priory [no. 597].

654. Grant with warranty by William of Bramham, clerk, to Peter Fauvel of half an acre of land and a quarter part of a rood in Bramham [three locations described], rendering annually to William a half-penny. For this Peter gave William a sum of money. f92*r*/p. 209

[late 12th x mid-13th centuries]

Rubric: Carta Willelmi clerici[a].

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Willelmus de Brameham clericus dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Petro Fauvel pro homagio et servitio suo et pro quadam summa pecunie quam mihi premanibus dedit unam dimidiam acram terre et quartam partem unius rode in territorio de Brameham, cuius terre iacet una portio ad Caluhill' et altera portio iacet ad Foxpittes et tertia portio iacet ad Ling; habend' et tenend' predicto Petro et heredibus suis vel assignatis suis de me et heredibus meis libere, quiete, integre cum omnibus libertatibus et asiamentis ad predictam terram pertinentibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unum obolum ad Pentec' pro omni servitio et exactione et consuetudine. Et ego Willelmus et heredes mei warantizabimus predicto Petro et heredibus vel assignatis suis predictam terram pro predicto servitio contra omnes homines imperpetuum. Et ut hec carta robur perpetue firmitatis optineat illam impressione sigilli mei corroboravi. Hiis testibus et cetera.

[a] ms corrected from *clericis*.

Note: Date based on William son of Alexander. William (I) son of Ralph son of Siward, here called William, clerk of Bramham was a contemporary of William son of Alexander of Bramham whose active life was late 12th x mid-13th centuries [see note preceding no. 578]. Peter Fauvel also occurred in this timeframe with William son of Alexander of Bramham [nos. 578, 579]. See note preceding no. 644 concerning the family of Ralph son of Siward.

655. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by William (I) the clerk son of Ralph son of Siward of Bramham of the part of his toft in Bramham that lies between his house and the toft which William the forester once held. f92r/p. 209

[late 12th x mid-13th centuries]

Rubric: Carta Willelmi clerici.

Universis Cristi fidelibus hanc cartam visuris vel audituris Willelmus clericus filius Rad[ulfi] filii Siwardi de Brameham salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus quandam partem tofti mei in villa de Brameham iacentem inter domum meam et toftum quod Willelmus Forestarius aliquando tenuit et habentem in latitudine quadraginta pedes versus cimiterium et septem perticas in longitudine versus austrum; tenend' et habend' sibi in liberam et puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et patris et matris mee et antecessorum et successorum meorum. Et ego prenominatus Willelmus clericus et heredes mei predictam terram cum omnibus pertinentiis suis Deo et ecclesie sancti Osuualdi et eiusdem loci canonicis imperpetuum warantizabimus. Et ut hec mea donatio et concessio rata <et> inconcussa permaneat presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William (I) son of Ralph son of Siward, see note preceding **no. 644** for dating. William the forester occurred c. 24 July 1208 x 1244 [**nos. 576, 770**].

656. Quitclaim with warranty by Robert of Langthwaite of all right and claim to the piece of land in Bramham between the new ditch and the brook descending from the mill near his garden. f92r/p. 209

[first half 13th century]

Rubric: Carta Roberti de Langewayt'.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Robertus de Langethwait dedi et concessi et quietum clamavi de me et heredibus meis Deo et beato Osuualdo et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam et puram et perpetuam elemosinam totum ius et clamium quod habui vel habere potui in illa particula terre que iacet inter novam fossatam et rivulum descendentem de molendino suo iuxta ortum suum in Brameham; tenend' et habend' sibi imperpetuum. Ita quod nec ego predictus Robertus vel aliquis heredum meorum decetero aliquid ius vel clamium in predicta terra vendicare poterimus. Hanc donationem, concessionem et quietamclamationem prefate terre per iam dictas divisas circumambulatas in territorio de Bram[e]ham Deo et prenominatis canonicis de sancto Osuualdo contra omnes homines ego antedictus Robertus de Langethwait et heredes mei imperpetuum warantizabimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Robert of Langthwaite, see note preceding **no. 583** for dating.

657. Lease in the form of a chirograph between the prior and convent and Hugh son of Henry of Oglethorpe whereby the prior and convent demise at perpetual farm to Hugh a bovate of land in Oglethorpe, namely that which Eudo the late chaplain of Bramham granted to the canons, saving the toft and 3 roods which Eudo had given his sister Ymania, rendering annually to the convent 8*s* of silver. ff92r-v/pp. 209-210

[13th century, before 1264]

Rubric: Quedam conventio inter priorem et conventum et Hugonem filium Henrici de Oclestorp'.

Hec est conventio facta inter priorem et conventum de sancto Osuualdo ex una parte et Hugonem filium Henrici de Oclestorp' ex altera videlicet quod predicti prior et conventus dimiserunt dicto Hugoni et

heredibus suis ad perpetuam firmam unam bovatam terre in territorio de Oclestorp, illam scilicet quam Eudo quondam capellanus de Brameham illis dedit exceptis tofto et tribus rodis terre quas idem Eudo ante dederat Ymanie sorori sue, prout continetur in carta eiusdem Eudonis quam penes se habent dicti prior et conventus; tenend' et habend' dicto Hugoni et heredibus suis de prefatis priore et conventu libere, quiete, pacifice et honorifice cum omnibus libertatibus et asiamentis ad tantum tenementum pertinentibus infra dictam villam de Oclestorp et extra exceptis que ante excipiuntur, reddendo inde annuatim dictis priori et conventui octo solidos argenti quatuor videlicet solidos ad festum sancti Martini in yeme et quatu[*f92v*]or solidos ad Pentec' pro omni servitio seculari, exactione et demanda. Dicti vero prior et conventus dictam terram dicto Hugoni et heredibus suis quamdiu ipsam sibimet ipsis warantizare poterunt, warantizabunt et defendent. In cuius rei testimonium partes huic scripto cirographato hinc inde signa sua apposuerunt. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Hugh son of Henry of Oglethorpe and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Hugh occurred as early as 11 June 1234 [no. 871] and perhaps as early as c. May 1226 [no. 591] and as late as 13 October 1260 [*Yorks Inq.* 1, p. 85]. He occurred frequently in the Cartulary holding land in Bramham [nos. 591, 622, 871, 1177, 1183]. Eudo of Bramham, also known as Eudo the chaplain, granted land to his sister Ymania and he was active in the early x mid-13th century [no. 595]. By 1260 x November 1280 Nicholas of Oglethorpe, son of the Hugh mentioned here, was seised of the land of Ymania [no. 1178]. See note no. 594 for further information on Eudo and Ymania.

658. Quitclaim in her widowhood by Matilda daughter of William the clerk of Bramham to the grant made by her father, namely a toft in Bramham where Hugh the chaplain once lived. She also grants in pure and perpetual alms land to augment the toft [Bramham, described]. f92v/p. 210

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Matildis filie Willelmi clerici.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Matilda filia Willelmi clerici de Brameham salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et animarum antecessorum et successorum meorum in mea viduitate et in mea ligia potestate confirmasse donum patris mei sicut continetur in carta sua Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus, scilicet unum toftum ubi Hugo capellanus quondam habitabat. Preterea concessi eisdem in augmento illius tofti unum pedem in latitudine a capite illius usi ad communem viam apud cimiterium et in longitudine unam percatam apud australem partem cuius decem et octo pedes faciunt percatam; tenend' et habend' Deo et predicte ecclesie et predictis canonicis de me et heredibus meis imperpetuum in puram et perpetuam elemosinam. Et ut hec mea donatio et concessio perpetue firmitatis robur optineant presenti scripto sigillum meum apposui in testimonium. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William the clerk of Bramham [also known as William son of Ralph son of Siward] and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. See note preceding no. 644 for dating and information concerning this family.

659. Grant with warranty by Robert Gernon of 14*s* from St Mary's pennies to repair the chapel of St Mary of Bramham, namely that which Agnes his daughter and her heirs owe him for a bovate of land in Bramham, rendering annually 12*d.* f92v/p. 210

[late 12th x first half 13th centuries]

Rubric: Carta Roberti Gernun.

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit ego Robertus Gernun salutem. Noverit universitas vestra me dedisse et hac presenti carta mea confirmasse pro salute anime mee et pro

quatuordecim solidis de denariis beate Marie ad reparationem capelle sancte Marie de Brameham duodecim denarios illos scilicet xij. denarios quos Agnes filia mea et heredes sui mihi debent pro una bovata terre in Bramham solucturos annuatim ad duos terminos, scilicet medietatem ad Pentec' et medietatem ad festum sancti Martini. Et ego Robertus Gernun et heredes mei warantizabimus istos predictos denarios operi beate Marie contra omnes homines imperpetuum. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrences of Robert son of Hugh (I) Gernon. Robert occurred with his father as early as 1180 x 1200 and 1206 [*EYC* II, p. 349; *EYC* III, no. 1613]. He granted land in Ketilcroft, Bramham to Nostell Priory late 12th century x 22 January 1238 [no. 570]. He was married to Hawise [no. 640] and held of the Fossard fee 1214 x 22 January 1238 [no. 592]. See note preceding no. 1129 for Gernon family. The pennies of St Mary may represent a parish tithe for maintenance of the chapel.

660. Grant with warranty from Alexander son of William Petit of Bramham to Serlo late the forester of the prior of St Oswald of a parcel of land in Bramham at the head of Alexander's garden to augment the garden, rendering annually to Alexander 1*d.* f92v/p. 210

[c. 14 July 1208 x 1244]

Rubric: Carta Alexandri filii Willelmi Petit.

Omnibus has literas visuris vel audituris Alexander filius Willelmi Petit de Bram[e]ham salutem. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta confirmasse Serloni quondam forestario prioris de sancto Osuualdo quandam particulam terre ad capud orti mei in augmentum orti sui in Bram[e]ham sicut arbores quas ipse Serlo plantavit inter nos dividunt; tenend' et habend' eidem Serloni et heredibus suis vel assignatis cum omnibus pertinentiis suis et asiamentis libere, quiete, pacifice et honorifice, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unum denarium ad Nathale Domini pro omni servitio et demanda. Ego autem predictus Alexander et heredes mei predictam particulam terre predicto Serloni et heredibus suis contra omnes homines warantizabimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rules of Priors John and Stephen see nos. 576, 770 for dating . During the rule of Prior John of Nostell Priory William the forester was granted land which was described as next to land held by William Petit of Bramham and which William the forester subsequently granted to Serlo the servant of St Oswald [nos. 576, 577, 626-28]. Serlo granted this land back to Nostell Priory during the rule of Prior Stephen [no. 770]. This grant by Alexander must follow the grant to Serlo but occur before Serlo returned the land to Nostell Priory and thus after the beginning of the rule of Prior John and before the resignation of Prior Stephen.

661. Quitclaim by Marmeduke of Dishforth of any right or claim to [his man] Robert Westerig' and his issue. For this the prior and convent gave Marmeduke a sum of money. f92v/p. 210

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Marmeduci de Disceford'.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Marmeducus de Desceford' salutem in Domino. Noverit universitas vestra me concessisse et quietum clamasse de me et heredibus meis priori et conventui de sancto Osuualdo de Nostl' totum ius et clamium quod unquam habui vel habere potui in Roberto West<e>rig' et tota sequela eius ratione nativitatis sine alicuius conditionis servilis pro quadam summa pecunie quam mihi dederunt. Et ut hec mea concessio et quieta clamatio rata permaneat imperpetuum presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Nothing is known of Marmaduke of Dishforth and the date is based on the latest entry copied by Scribe A [see Chapter V]. A Thomas Marmeduke of Dishforth occurred in June 1276 and October 1282 [*Yorks Inq.* 1, pp. 172, 231].

662. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Henry son of Robert of Langthwaite of 1$^{1/2}$ acres of land in the fields of Bramham [three locations described]. f92v/p. 210

[first half 13th century]

Rubric: Carta Henrici filii Roberti de Langewayt.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Henricus filius Roberti de Langethwait salutem in Domino. Noverit universitas vestra me divine pietatis intuitu et pro salute anime mee concessisse, dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et sancto Osuualdo et canonicis eiusdem unam acram terre et dimidiam in campo et in territorio de Brameham cum omnibus pertinentiis suis, scilicet illam dimidiam acram terre que iacet in campo occidentali et percutit super grangiam de Novo Loco, et illam dimidiam acram terre ultra Wellethornes, et illam dimidiam acram que iacet in campo aquilonis iuxta Bradchay; tenend' et habend' dictis canonicis dictam terram cum pertinentiis in liberam, puram et perpetuam elemosinam imperpetuum, adeo liberam, solutam et quietam quam aliqua elemosina conferri possit aliquibus viris religiosis. Et sciendum est quod ego Henricus et heredes mei warantizabimus, defendemus et aquietabimus predictam terram cum omnibus pertinentiis dictis canonicis contra omnes homines imperpetuum. Ut hec autem mea donatio, concessio rata et stabilis et inconcussa permaneat presens scriptum sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on confirmation by Robert of Langthwaite, father of Henry, see note preceding no. 583 for dating information. Robert confirmed this grant and issued a separate quitclaim [nos. 584, 652].

663. Bond by Thomas Barri son of William Barri of York that he and his heirs pay 6*s* annually to the prior and canons, for their infirmary, for the land of St Andrewskirk [Leicestershire] which Thomas holds of the prior and canons, rendering annually a pound of cumin to their cell in Breedon [Leicestershire] beginning in Easter 1220 and for 5 years following. For this period of five years the prior and canons may collect the *8s* rents which Thomas collected in Coney Street, York, namely a rent of 4*s* from Henry le Hoser and a rent of 4*s* from Robert son of Edric. ff92v-93r/pp. 210-11

c. Easter 1220

Rubric: Carta T. Barri de Ebor'.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Thomas Barri filius Willelmi Barri de Ebor' et heredes mei persolvemus Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis eiusdem loci ad eorum infirmariam sex solidos per annum ad duos terminos percipiendos, medietatem scilicet ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini in yeme pro terra *[f93r]* de Andreskirke quam ego Thomas habeo de predictis canonicis, reddendo unam libram cumini per annum celle eorum de Bredon'. Terminis illius solutionis incepit anno incarnationis domini m° c°c° xx° ad Pascha et durabit per quinque annos integros subsequentes et eo amplius scilicet quousque predicti canonici sancti Osuualdi sine impediemento alicuius plenarie percipiant, redditum octo solidorum in Ebor' in vico de Cunighgestrete, scilicet Henrico le Hoser quatuor solidos, et de Roberto filio Edric quatuor solidos annuatim percipiendos, quos ego Thomas Barri eisdem canonicis contuli et carta mea confirmavi et si predicti canonici sancti Osuualdi infra predictos quinque annos vel post quinque annos predictos elapsos aliquo casu contingente pro defectu mei vel heredum meorum dampnum aut amissionem vel minutionem predicte terre aut redditus prenominatorum octo solidorum in Ebor' in vico de Cunighgestrete quod Deus avertat incurrant. Ego Thomas Barri filius Willelmi Barri et heredes mei prenominatis canonicis sancti Osuualdi de predicta terra de Andreskirke quam teneo de ipsis canonicis tam amissionis et dampni

quam predictarum terre et redditus minutionis plenariam faciemus recompensationem. Hec autem omnia supradicta ego Thomas Barri filius Willelmi Barri pro me et pro heredibus meis tactis sacrosanctis Ewangelii[s] in capitulo sancti Osuualdi legittime et sine omni dolo et fraude iuravi observanda. Teste capitulo sancti Osuualdi et Simone de Bedeford' et cetera.

Note: Thomas son of William Barri of York quitclaimed these rents to Nostell Priory in exchange for this toft and croft in Andrewskirk [Leicestershire] [no. 688]. This is one of a series of documents regarding the land and rents in York [nos. 684-86, 700].

664. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Eudo of Clifford son of Robert of Langthwaite of 8 selions of arable land called Sortbuttes [Bramham, described]. f93r/p. 211

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Eudonis Clifford'.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Eudo de Clifford filius Roberti de Langethwait salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus octo seliones terre arabilis que vocantur Sort Buttes sicut iacent in territorio de Bram[e]ham iuxta terram predicti Roberti ex parte boreali in loco qui dictur Floder; tenend' et habend' predictis canonicis in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Ego vero Eudo et heredes mei totam predictam terram dictis canonicis contra omnes homines warantizabimus, adquietabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Eudo of Langthwaite, son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. See note preceding no. 646 for further information concerning Eudo of Langthwaite.

665. Grant with warranty by Robert Lupus to William Tison of 40*s* annual rent which the prior and convent of St Oswald pay to Robert, namely the rent which Brian de Lisle gave to Robert, rendering annually to Robert a pair of gilt spurs or 6*d*. f93r/p. 211

[c. 24 July 1208 x 13 February 1235]

Rubric: Carta Roberti Lupi.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Robertus Lupus concessi et dedi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo Teissun et heredibus suis vel cuicumque assignare voluerit pro homagio et servitio suo quadraginta solidatas redditus annuatim de priore et conventu sancti Osuualdi de Nostle percipiendas, scilicet xx. solidos ad festum sancti Martini et xx. solidos ad Pentec', illas scilicet quas dominus Brianus de Insula mihi dedit, reddendo inde mihi et heredibus meis annuatim quedam calcaria deaurata vel sex denarios ad Pentec' pro omni servitio et exactione seculari. Ego vero Robertus Lupus et heredes mei prefato Willelmo et heredibus suis vel cuicumque assignaverit prenominatas xl^{a} solidatas redditus per predictum servitium contra omnes homines warantizabimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on the rule of Prior John and William Tison. Prior John entered a bond to pay to Thomas Arderne a rent of 6*m* for land in Bramham of which this rent was a part [no. 561 and note preceding no. 562]. The date that Thomas de Arderne granted this to Robert Lupus was after the election of John as prior and before the date when William Tison remitted a portion of the rent to the Priory. John was probably elected c. 24 July 1208 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. William Tison remitted part of this rent on 13 February 1235 by which time this transaction must have been complete [no. 562]. This rent, the equivalent of 3*m*, was for land granted to Nostell Priory by Thomas de Arderne [no. 559].

666. Bond by Prior John and the convent that they ought to pay to Robert de Stokes the rent of 3*m* of silver, namely the 3*m* of rent which Brian de Lisle gave to Robert, and from the 6*m* which the canons owe for all the land in Bramham which the canons hold in fee farm from Brian. f93r/p. 211

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237, probably before 10 July 1235]

Rubric: Carta Iohannis prioris.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Iohannes prior sancti Osuualdi de Nostle et successores mei et conventus eiusdem loci debemus annuatim solvere Roberto de Stokes vel heredibus suis vel cuicumque ipse vel heredes sui voluerint tres marcas argenti quas Brianus de Insula ei dedit pro homagio et servitio suo de illis sex marcis quas eidem Briano et heredibus suis solvere tenebamur annuatim pro tota terra quam tenemus de ipso Briano et heredibus suis per feudam firmam in villa de Bram[e]ham et extra cum suis pertinentiis. Persolvemus itaque predictas tres marcas redditus annuatim predicto Roberto et heredibus suis vel cui assignare voluerint ad duos terminos anni aput Bramham, medietatem ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini pro omni servitio et exactione seculari. Si autem predictas tres marcas ad predictos terminos predictis Roberto et heredibus suis vel assignatis suis non solverimus, licebit predicto Roberto vel heredibus suis vel assignatis suis nos per predictum feodum ad solvendam predictam firmam distringere. Ut autem predicta fideliter sine dolo et contradictione teneamus et faciamus predicto Roberto et heredibus suis vel assignatis suis presens scriptum sigillis nostris roboravimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rule of Prior John. Prior John of Nostell Priory was probably elected c. 24 July 1208 and died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. The 6*m* rent was owed to Thomas de Ardeme for land he granted in Bramham [nos. 560-61]. Thomas de Ardeme granted the rent to Brian de Lisle in the same time frame as this charter but certainly before 10 July 1235 [nos. 562, 600]. An abbreviated bond was also issued by the convent [no. 673]. See note preceding no. 559 for Thomas de Ardeme and no. 562 for Brian de Lisle.

667. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Robert de Stokes, with the consent of Stephen his heir, of the rent of 2*m* of silver from the 3*m* which the canons rendered annually to Robert in the name of Brian de Lisle. f93r/p. 211

[c. 24 July 1208 x 1264]

Rubric: Carta Roberti de Stokes.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis Robertus de Stokes salutem in Domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum dedisse, concessi et hac mea presenti carta confirmasse consensu Stephani heredis[a] mei Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus redditum duarum marcarum argenti de illis scilicet tribus marcis quas mihi solebant annuatim nomine domini Briani de Insula persolvere; habend' sibi et tenend' in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Et ego et heredes mei warantizabimus eis predictum redditum duarum marcarum ubique et in omnibus et contra omnes homines. Et ut hec perpetuis temporibus perpetue firmitatis robur optineat presentem cartam sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera. [*f93v*]

[a] corrected from *heredeis*.

Note: Date based on bond by Prior John to Robert de Stokes and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. This document was either time coincident or followed the bond made by Prior John [no. 666].

668. Confirmation with warranty in free, pure and perpetual alms by Stephen son of Robert de Stokes of the grant made by his father of the rent of 2*m* of silver of the 3*m* which the canons used to pay to Robert in the name of Brian de Lisle. f93v/p. 211

[c. 24 July 1208 x 1264]

Rubric: Carta Stephani filii R. de Stokes.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis Stephanus filius Roberti de Stokes salutem in Domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et patris mei et matris mee et antecessorum et successorum meorum concessisse et hac mea presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam redditum duarum marcarum argenti quem pater meus eis dedit et carta sua confirmavit, de illis scilicet tribus marcis quas ipsi solebant annuatim predicto patri meo nomine domini Briani de Insula persolvere. Et ego et heredes mei warantizabimus eis predictum annuum redditum duarum marcarum ubique et in omnibus et contra omnes homines. Et ut hec perpetuis temporibus ratum sit et stabile presentem cartam sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on bond by Prior John and latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. This document confirms the grant of Robert de Stokes [no. 667]. The bond by Prior John sets the earliest limit [no. 666]. Margery, wife of Robert de Stokes ratified this grant [no. 672]. Another son of Robert de Stokes must have inherited 1*m* of the 3*m* rent [no. 669].

669. Quitclaim by John de Stokes son of Robert de Stokes, knight, of 1*m* annual rent which he received annually from the canons of St Oswald. f93v/p. 212

[c. 24 July 1208 x 27September 1237]

Rubric: Carta Iohannis de Stokes filii Roberti.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Iohannes de Stokes filius Roberti de Stokes militis salutem in Domino. Ad universitatis vestre notitiam volo pervenire me pro salute anime mee quietam clamasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi et canonicis ibidem Deo servientibus marcam unam annuam quam de camera eorumdem canonicorum annuatim percipere consuevi. Ita quod nec ego nec aliquis ex parte mea ratione illius marce aliquid de predictis canonicis umquam possimus exigere. Et in huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Teste capitulo eorundem et aliis.

Note: Date based on bond made by Prior John. Prior John signed a bond to pay Robert de Stokes 3*m* [no. 666] and subsequently granted 1*m* to the nuns of Sinningthwaite [no. 671]. John de Stokes must have been a younger son of Robert de Stokes, whose son and heir Stephen confirmed other grants to Nostell Priory [see no. 666]. It is possible that this quitclaim by John was for the same 1*m* which his father and brother granted to the nuns of Sinningthwaite by the hand of Nostell Priory [no. 670].

670. Grant by Robert de Stokes, with the consent of Stephen his heir, to the nuns of Sinningthwaite of 1*m* of the 3*m* which the canons used to pay to Robert in the name of Brian de Lisle. The canons are to render the 1*m* to the nuns. f93v/p. 212

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta Roberti de Stokes.

Robertus de Stokes priori et conventui sancti Osuualdi de Nostl' salutem. Sciatis me pro salute anime mee consensu Stephani heredis mei dedisse sanctimonialibus de Sinigtwait unam marcam argenti de illis tribus marcis quas mihi solebatis annuatim persolvere nomine domini Briani de Insula quam supplico ut solvatis eis annuatim sine aliqua difficultate, medietatem ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini et ne de me vel de heredibus meis aliquam decetero super solutione illius marce nobis facienda molestiam habeatis. Tam ego quam Stephanus heres meus sigilla nostra huic scripto apposuimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on grant by Prior John to pay this rent see no. 671. The rent of 3*m* was that which Prior John had earlier made a bond to pay [no. 666] and was for land granted by Thomas de Arderne [see notes preceding nos. 559, 562]. This grant to the nuns was made by Robert Stokes with the assent of his heir [no. 670] and may be the same 1*m* which his son John confirmed [no. 669]. The house of Cistercian nuns at Sinningthwaite [WRY] founded *c.* 1160 by Bertram Haget [KH, p. 276].

671. Grant with warranty by Prior J[ohn] and the convent of St Oswald to the convent of Sinningthwaite, at the request of Robert de Stokes and his heir Stephen, of 1*m* of the 3*m* annual rent which St Oswald's rendered to Robert in the name of Brian de Lisle. f93v/p. 212

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta I. prioris de sancto Osuualdo.

Omnibus Cristi fidelibus I. prior et conventus sancti Osuualdi de Nostl' salutem. Noverit universitas vestra quod nos tenemur ex precepto et voluntate domini Roberti de Stokes et Stephani heredis eius [Deo *dotted for deletion*] sanctimonialibus Deo apud Sinigtwait servientibus in solutione unius marce annue quam persolvemus eis annuatim vel certo nuncio earum apud Brameham, medietatem ad festum sancti Martini et aliam medietatem ad Pentec' de illis scilicet tribus marcis argenti quas predicto domino Roberto solebamus annuatim persolvere nomine domini Briani de Insula et illam marcam predictis sanctimonialibus ad predictos terminos sine aliqua difficultate annuatim persolvemus quamdiu predicti R. et heredes sui predictas tres marcas nobis warantizaverint. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rule of Prior John. John was probably elected c. 24 July 1208 and died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. See note to no. 670.

672. Notification by Robert de Stokes that his wife Margery ratified his charter which granted the convent of St Oswald the 2*m* annual rent which the canons paid to Robert in the name of Brian de Lisle. f93v/p. 212

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta Roberti de Stokes.

Omnibus ad quos presentes littere pervenerint Robertus de Stokes salutem in Domino. Noveritis me ratam et gratam habere cartam quam Margeria uxor mea conventui de sancto Osuualdo per preceptum meum fecit et sigillo meo signavit super annuo redditu duarum marcarum quas mihi nomine Briani de Insula annuatim solebant predicti canonici persolvere. Et ne super hoc predictis canonicis fieri possit impedimentum presenti scripto sigillum meum propria manu apposui. Valete in Domino.

Note: Date based on bond by Prior John to pay 3*m* to Robert de Stokes [nos. 666, 673]. The grant by Robert de Stokes was also confirmed by his heir Stephen [nos. 667, 678].

673. Bond by Prior John of St Oswald that the convent shall render annually the 3*m* owed to Robert de Stokes by the hand of the bearer of this note at Bramham. f93v/p. 212

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta Iohannis prioris.

Sciant tam presentes quam futuri ad quos presentes litere pervenerint quod ego Iohannes prior sancti Oswaldi de Nostle et successores mei et conventus eiusdem loci debemus annuatim solvere Roberto de Stokes et heredibus suis vel assignatis suis per manum presentium latoris apud Brameham tres marcas quas eis debemus, medietatem ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini et ne hoc alicui in dubium veniat et ne

nuntius suus cum illuc propter hoc velit super hoc possit impediri presentem scriptum contrasigillo nostro roboravimus. Valete.

Note: Date based on bond by Prior John for this rent [no. 666]. This document does not duplicate no. 666 but apparently served as an additional bond.

674. Sale and quitclaim by William (I) son of Ralph son of Siward of Bramham to William son of Alexander of the rent which William son of Alexander rendered annually for a toft in Bramham which his uncle Richard once held of William (I) son of Ralph. For this William son of Alexander gave William son of Ralph 2*s*. f93v/p. 212

[late 12th x mid-13th centuries]

Rubric: Carta Willelmi filii Rad[ulfi] filii Siwardi.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Rad[ulfi] filii Siwardi de Brameham vendidi, concessi et quietum clamavi ex assensu et consensu heredum meorum Willelmo filio Alexandri redditum quem mihi solebat reddere pro uno tofto que Ricardus avunculus suus quondam tenuit de me in villa de Brameham pro ij. solidis quos predictus Willelmus michi dedit premanibus. Et ut hec venditio, concessio et quieta clamatio illi et heredibus suis vel assignatis rata et inconcussa imperpetuum permaneat. In huius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William (I) son of Ralph son of Siward of Bramham, see note preceding no. 644 for dating information. William son of Alexander was also a benefactor of Nostell Priory [see note preceding no. 578].

675. An incomplete charter. Grant by Hugh son of William of Clifford, with the assent and consent of Agnes his wife and of his heirs to Walter son of Alexander of Bramham of a toft with buildings in Bramham [described] and 3 half acres and a rood of land. f93v/p. 212

[late 12th x mid 13th centuries]

Rubric: Carta Hugonis filii Willelmi de Clifford'.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Hugo filius Willelmi de Clifford dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi ex assensu et consensu Agnetis uxoris mee et heredum meorum Waltero filio Alexandri de Brameham unum toftum cum edificiis in villa de Bram[e]ham, illud scilicet quod iacet inter toftum Willelmi Blundi et toftum Willelmi filii Reginaldi et tres dimidias acras et unam rodam terre in territorio [*f94r*] [*The remainder of this charter is unavailable as the next four folios, pp. 213-220, are missing from the manuscript.*]

Note: Date based on association with Walter son of Alexander of Bramham, see note preceding no. 578 for further information. Hugh son of William of Clifford granted at least two additional parcels of land to Walter of Alexander [nos. 593, 642]. Some portions of the land which Walter purchased from Hugh was granted by Walter for a pittance for the canons [no. 636].

Note for nos. 676-83. The land in the marsh [Hungate] and Havergate in York were the subject of a series of land transactions. There were two parcels held from the hospital of St Peter [St Leonard], York, by Adam of Wharram and subsequently by Jeremy, archdeacon of Cleveland, but later one had been sold to Rievaulx Abbey and the other to St Mary Abbey, York. The land of Hungate, with houses, was granted to Nostell Priory; it is not clear that the land in Havergate was part of Nostell Priory's endowment although the presence of no. 681 which records the grant by the Abbey of St Mary, York, to Jeremy of the land of Havergate would suggest that the land was of interest to the Priory. Two interpretations are possible: the land of 'the marsh' of the earliest charters may have been absorbed into the land called Havergate [Haver Lane] or the land of Havergate was granted to Nostell Priory and the documents were copied onto pages 227-232 now missing from the Cartulary (between the modern folios 96 and 97 see Chapter V). In the late 12th century the area between St Saviourgate and the River Foss was known as 'the Marsh' and the principal street was Hungate; Havergate [Haver Lane] ran from Hungate to Peasholme Green [RCHME *York* V, pp. xxxiv-xxxv]. The parcels are treated separately in the note below.

Oter or Hoter of Stonegate gave land in the Marsh [probably Hungate but identifiable by the 5*s* rent] to the Hospital of St Peter, York [his grant was mentioned **no. 676**]. The land was subsequently granted by the hospital to Adam of Wharram [**no. 676**]. Adam of Wharram occurred in 1180 x 1189 and c. 1185 x 1195 thus dating his transactions to the last half of the 12th century; his heir was his sister Alice [*EYC* II, nos. 984-6; *EYC I*, p. 311]. Adam granted the land in Hungate which he held from the Hospital of St Peter to his sister Alice [**no. 678**]. Adam, probably after his sister's marriage to Robert Basset, issued another document granting the land to both his sister and her husband [**no. 679**]. The heir of Alice was her daughter Isuelt who had married Walter de la Grave by 1191-93 which suggests that Alice was married by at least the beginning of the third quarter of the 12th century [*EYC I*, p. 303]. Alice occurred as late as November 1201 [*Yorks F. John*, pp. 11-12]. The land in the marsh [probably Hungate] was probably granted by the hospital of St Peter, York to Jeremy archdeacon of Cleveland and at his death his kinsman John sold the land to Rievaulx Abbey [the grant by the hospital to Jeremy does not survive in the Cartulary, see **no. 680**]. There were houses in this area which were sold by Rievaulx Abbey to Hugh Murdac, briefly archdeacon of Cleveland in 1201, who subsequently granted the houses to Nostell Priory and the Abbey quitclaimed their right to the houses [**nos. 682, 683**].

Adam of Wharram also held land in Havergate [Haver Lane] from the Abbey of St Mary York which he also granted first to Alice and then his grant was reissued to Alice and her husband Robert Basset [**nos. 678, 679**]. Subsequent to Adam's grant Robert Basset sold the land in Havergate to St Mary's Abbey York [although this document does not appear in the Cartulary the transaction was mentioned **no. 681**]. St Mary Abbey granted the land in Havergate to Jeremy, canon and later archdeacon of Cleveland [**no. 681**]. At his death the heir of Jeremy, his kinsman John, sold/quitclaimed the land of Havergate to Rievaulx Abbey [**no. 680**]. It is not clear from the documents remaining in the Cartulary that the land in Havergate ever belonged to Nostell Priory. There are missing folios which included property in York which might have shed more light on the property of Havergate.

676. Grant by Swain master of the poor of the hospital of St Peter, York to Adam of Wharram of the hospital's land in the Marsh [York] which Oter [Hoter] of Stonegate gave in perpetual alms to the hospital, rendering annually to the hospital 5*s* and house-gavel rent [*husgablum regis*]. f94r/p. 221

[last half 12th century]

Rubric: Hic incipiunt carte de Eboraco. Carta Swani magisteri pauperum hospitalis beati Petri Ebor'. Notum sit omnibus videntibus et audientibus literas has quod ego frater Svanus dictus magister pauperum hospitalis beati Petri Ebor', communi consensu et consilio capituli nostri, concessi et dedi Ade de Warrum et heredibus suis terram nostram in Marisco quam Oter de Staingata dedit Deo et pauperibus in perpetuam elemosinam; tenendam de nobis iure hereditario, reddendo nobis annuatim quinque solidos pro omni servitio quod ad nos pertinet, dimidium ad Pentec' et dimidium ad festum sancti Martini et reddendo husgablum regis, excepto quod non debet eandem terram vel Iudeis vendere vel donare, aut excambium sive aliquod machinamentum collusionis facere quare Iudei predictam [firmam *dotted for deletion*] terram ad usus suos possideant. Hanc autem tenuram concedimus prenominato Ade et heredibus suis quamdiu se erga nos legaliter habuerint et firmam suam ad terminos prenominatos[a] bene reddiderint. Hii[s] testibus, et cetera.

[a] ms *prenominato*

Printed: *EYC I*, no. 300 dated 1160-1175.

Note: Date based on Swain, master of St Peter, York, and Adam of Wharram. See note preceding for information on Adam of Wharram. Swain occurred as master of St Peter hospital, York, as early as 1145 x 1155 and as late as 1175 x 1189 [*EYC I*, no. 324; *EYC* III, no. 1631]. The hospital was established in 936 and confirmed by King William I; after 1135 it was also known as St Leonard's hospital for the church built for it by King Stephen [KH, pp. 338, 407]. This was the land that Adam granted to his sister and her husband [**nos. 678, 679**].

677. Grant by Paulinus master of the hospital of St Peter, York to the church and the monks of Rievaulx of the land of the Marsh of Hungate [York], with the liberties that Jeremy, archdeacon of Cleveland had held it, rendering annually to the hospital 5*s* of silver and 2*d* house-gavel rent [*husegable*]. f94r/p. 221

[last half 12th century]

Rubric: Carta Paulini Magistri hospitalis.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris literas has visuris vel audituris Paulinus hospitalis sancti Petri Ebor' humilis magister salutem. Universitati vestre notificetur me communi consilio et assensu fratrum nostrorum concessisse et presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie Beate Marie Rievallis et monachis ibidem Deo servientibus terram de Maresco de Hundecata que est de tenemento nostro, cum omnibus ad eandem pertinentibus et cum omnibus libertatibus quibus eam tenuit Ieremias [d *dotted for deletion*] archidiaconus de Clivelanda per confirmationem carte nostre; tenendam de nobis perpetuo et de successoribus nostris, libere et quiete, reddendo annuatim quinque solidos argenti, scilicet ad Pentec' duos solidos et sex denarios et ad festum sancti Martini duos solidos et sex denarios et duos denarios de husegable pro omnibus servitiis. Et ut huius rei concessio firma sit et stabilis et inconvulsa permaneat presenti scripto et sigilli nostri munimine duximus corroboranda. Hiis testibus et cetera.

Printed: *EYC I*, no. 304 dated 1180-1203.

Note: Date based on Paulinus master of the hospital of St Peter, York, and Jeremy archdeacon of Cleveland. Paulinus occurred as master of the hospital as early as 1184 x 1191 and as late 1189 x 1195 [*EYC I*, nos. 221, 252]. Jeremy occurred as archdeacon of Cleveland as early as c. 1171 x 22 November 1181 and was dead shortly before 6 July 1189 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: York*, p. 37]. After the death of Jeremy this land was inherited by his kinsman John who sold/quitclaimed tenure of the land to Rievaulx Abbey, this document may confirm that gift [no. 680]. This land can be identified by the rent of 5*s* to the land once held by Adam of Wharram [no. 676].

678. Grant by Adam of Wharram to Alice his sister and her heirs, of all the land and buildings in the Marsh [York] which he held from Swain the master of the hospital of St Leonard, York, namely the land that was Hoter of Stonegate's, rendering annually to the hospital 5*s*. He also grants to his sister Alice all his land in Havergate [Haver Lane, York] which he held from the Abbey of St Mary, York, rendering annually to the abbey a pound of pepper. f94r/p. 221

[mid-12th century, possibly before c.1170]

Rubric: Carta Ade de Warrum.

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Adam de Warrum dedi et concessi Aliz sorori mee et heredibus suis totam terram cum toto edificio in Marisco quam adquisivi tenendam de magistro Suano et fratribus hospitalis sancti Leonardi Ebor' terram scilicet que fuit Hoter de Staingate, reddendo annuatim quinque solidos sicut continetur in carta quam habui de magistro et fratribus sancti Leonardi, scilicet duos solidos et sex denarios ad festum sancti Martini et duos solidos et sex denarios ad Pentec'. Hanc donationem et concessionem feci coram magistro Suano concedente et fratribus hospitalis. Et notum sit omnibus presentibus me dedisse et concessisse Aliz sorori mee totam terram in Hauergate quam tenui de abbatia sancte Marie Ebor', reddendo annuatim unam libram piperis ad Pentec'. Hiis testibus et cetera.

Printed: *EYC I*, no. 302 dated 1170-1184.

Note: Date based on Adam of Wharrum, see note preceding **no. 676** for dating rationale. This grant was probably made before Alice married Robert Basset. Adam of Wharram reissued this grant to both Robert and Alice [no. 679].

679. Grant by Adam of Wharram to Robert Basset and his wife Alice sister of Adam of all the land he held from the hospital of St Peter, York, in Hungate in the Marsh [York], and all the land which he held in Havergate from St Mary, York, rendering annually to the hospital 5*s* and to the abbey a pound of pepper. f94r/p. 221

[last half 12th century, possibly third quarter]

Rubric: Carta Ade de Warrum.

Adam de Warrum omnibus videntibus et audientibus[a] literas istas salutem. Notum vobis sit me concessisse et dedisse et hac carta mea confirmasse Roberto Basset et Aliz sorori mee, uxori eius, et heredibus eorum terram quam teneo in Hundegate in Marisco de hospitali sancti Petri Ebor'; et aliam terram quam de abbatia Ebor' teneo in Havergate contiguam prefate terre, que scilicet de adquisitione mea sunt; tenendas de prefato hospitali et de prefata abbatia in feodo et hereditate, cum omnibus edificiis super predictam terram de hospitali a me constructis, tam libere et quiete et solute sicut ego ipse easdem terras cum predictis edificiis omnibus tenui et possedi in die quam feci hanc donationem prenominatis R. et A. et heredibus eorum; reddendo hospitali prenominato quinque solidos per annum, dimidium ad Pentec' et dimidium ad festum sancti Martini et libram unam piperis predicte abbatie ad festum apostolorum Petri et Pauli. Hanc autem donationem ita eis feci quod de prefatis terris et edificiis omnibus, tamquam rebus propriis, facient quicquid voluerint absque omni contradictione mei. Hiis testibus, et cetera.

[a] ms *audienteibus* with the second 'e' dotted for deletion.

Printed: *EYC I*, no. 301 dated 1170-1184.

Note: Date based on Adam of Wharram and his sister Alice, see note preceding **no. 676** for dating. This grant was probably a reissue of **no. 678** made after the marriage of Alice and Robert. Robert and Alice sold the land in Havergate to the Abbey of St Mary, York [**no. 681**]. The land in Hungate was sold by the hospital of St Peter to the Abbey of Rievaulx, evidently after it was held by Robert and Alice [**no. 677**].

680. Sale and quitclaim by John kinsman of Jeremy, archdeacon of Cleveland, of all the land and dwellings [*domus*] in the Marsh [York], namely those which Jeremy left to John in his will, to the abbot and convent of Rievaulx, rendering annually 5*s* to the hospital of St Peter York and a pound of pepper to the abbey of St Mary York. For this the abbot and convent of Rievaulx gave John 43*m*. f94r/p. 221

[c. 6 July 1189 x c. 1201]

Rubric: Carta Iohannis consanguinei Ieremie archidiaconi Clivelande.

Omnibus has literas visuris vel audituris Iohannes consanguineus Ieremie archidiaconi de Clivelande salutem. Noverit universitas vestra me totam terram et domos de Marisco que fuerunt predicti Ieremie, quas videlicet idem Ieremias michi in testamento suo legavit, abbati et conventui sancte Marie de Rievalle vendidisse et quicquid in eis iuris habui eisdem monachis quietum clamasse pro xl. tribus marcis quas michi dederunt, salvo redditu quinque solidorum hospitali beati Petri Ebor', ex quibus duos solidos et sex denarios ad Pentec' et duos [solidos] et sex denarios ad festum sancti Martini debent eide[m][a] hospitali reddere, et unius libre piperis abbatie sancte Marie Ebor' ad festum Apostolorum Petri et Pauli reddende. Hiis testibus et cetera.

[a] ms *eisde* *'s'* dotted for deletion

Printed: *EYC I*, no. 305 dated 1192-1220.

Note: Date based on death of Jeremy archdeacon of Cleveland. Jeremy was dead shortly before 6 July 1189 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: York*, p. 37]. Rievaulx Abbey sold these dwellings to Hugh Murdac, then archdeacon of Cleveland, who subsequently granted the houses to Nostell Priory probably c. 1201 which provides the latest date [**nos. 682, 683**]. See note preceding **no. 676**.

681. Grant by C. abbot and the convent of St Mary, York, to Jeremy, archdeacon of Cleveland, of the land in the marsh of Havergate [York], namely the Abbey's land which the monks of Rievaulx sold to Jeremy and which had been late of Adam of Wharram who had sold the land to Robert Basset and his wife who had then sold the land to the monks of St Mary, York, rendering annually to St Mary, York, a pound of pepper. ff94r-v/pp. 221-22

[c. 1171 x 18 August 1184]

Rubric: Carta C. abbatis de Ebor'.

Universis sancte matris ecclesie filiis C. abbas et conventus ecclesie sancte Marie Ebor' eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod cum abbas et monachi Rievall' vendidissent Ieremie archidiacono de Cliveland' nomine iuris hereditarii terram de Marisco de Havergate que est de tenemento nostro, cum omnibus ad eandem terram pertinentibus, que iacet proxima terre Walteri [*f94v*] presbiteri de Marisco, que etiam fuit Ade de Warrum, quam idem Adam Roberto Basset et uxori eius et heredibus suis prius vendiderat etiam postmodum prefati Robertus Basset et uxor eius et heredes illorum memoratis monachis publice vendiderant; nos, gratum et ratum habentes quod a predictis super prefata terra facta est, concessimus prenominato Ieremie archidiacono de Clivelande et heredibus suis prescriptam terram de Havergate, cum omnibus ad eandem pertinentibus, tenendam iure hereditario de nobis et successoribus nostris libere et quiete, reddendo annuatim unam libram piperis ad festivitatem apostolorum Petri et Pauli pro omnibus servitiis. Et ut huius rei concessio rata et inconcussa permaneat presenti scripto et sigilli nostri munimine duximus roborandam. Hiis testibus et cetera.

Printed: *EYC I*, no. 303 dated 1160-1175.

Note: Date based on Jeremy archdeacon of Cleveland and Abbot Clement of the Abbey of St Mary's York. Jeremy first occurred as archdeacon of Cleveland c. 1171 x 6 July 1189 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 37]. The predecessor of Clement as abbot of the Benedictine Abbey of St Mary, York, died 3 April 1161 and Clement died 18 August 1184 [Knowles, *Heads* I, pp. 84, 259]. See note preceding **no. 676.**

682. Grant in pure and perpetual alms by Hugh Murdac, archdeacon of Cleveland, of his houses in the Marsh, York. f94v/p. 222

[c. March x September 1201]

Rubric: Carta Hugonis Murdac.

Universis sancte matris ecclesie filiis Hugo Murdac archidiaconus Cliveland' salutem. Noveritis me concessisse et dedisse et presenti carta mea confirmasse Deo et sancto Osuualdo et canonicis ibidem Deo servientibus domos meos in Marisco in Ebor' in puram et perpetuam elemosinam cum omnibus ad easdem domos pertinentibus. Et ut hec donatio mea rata sit eam presenti carta et sigillo meo roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Hugh Murdac's occurrence as archdeacon of Cleveland. Hugh Murdac occurred briefly as archdeacon of Cleveland between March x September 1201 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 38]. The Abbot of Rievaulx quitclaimed the abbey's right to the houses [**no. 683**].

683. Quitclaim by Abbot William and the convent of Rievaulx to the prior and convent of St Oswald of the houses and lands in the Marsh York, which they sold to Hugh Murdac. f94v/p. 222

[1199 x late 1203, probably 1201]

Rubric: Carta Willelmi abbatis Rievall'.

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos litere iste pervenerint Willelmus abbas Rievall' et conventus eiusdem loci salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos quietas clamasse imperpetuum priori et canonicis sancti Osuualdi de Nostle domos et terras cum omnibus pertinentiis suis in Ebor' in Marisco sine aliquo retenemento, illas videlicet terras et domos quas vendidimus Hugoni Murdac. Et ut hec quietaclamatio rata et inconcussa futuris temporibus habeantur, nos eam sigilli nostri appositione roboravimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rule of Abbot William of Rievaulx Abbey. The predecessor of Abbot William de Punchard[on] resigned in 1199 and Abbot William died late 1203 [Knowles, *Heads* I, p. 140]. Hugh Murdac was the archdeacon of Cleveland briefly in 1201 but occurred as a canon as early as 1150 x 1153 and last occurred as such in 1198 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: York*, pp. 38, 67]. Hugh Murdac granted these houses to Nostell Priory c. 1201 whilst titled archdeacon of Cleveland [**no. 682**]. See note preceding **no. 676.**

684. Agreement between Thomas Barri and Stephen of Layerthorpe whereby Thomas assigns to Stephen 8*s* of rent, namely 4*s* from Henry Hoser and 4*s* from Stephen, for a period of seven years in order to re-pay Stephen the 4*m* which Thomas owes Stephen. If Thomas pays the debt as agreed the rents will return to Thomas. f94v/p. 222

[c. 1217 x 1218]

Rubric: Carta Thome Barri.

Hec est conventio facta inter Thomam Barri et Stephanum de Lairtorp scilicet quod ego Thomas Barri invadiam predicto Stephano et cui assignare voluerit octo solidos de redditu meo pro quatuor marcis quas ei debeo, scilicet quatuor solidos de Henrico Hoser et quatuor solidos de seipso per annum usque ad terminum septem annorum. Si vero infra predictum terminum predictas marcas adquietavero predictus redditus remanebit mihi et heredibus meis. Hec autem conventio incepit anno quo pax facta est inter regem Anglie et regem Gallie et durabit usque ad terminum septem annorum et cetera.

Note: Date based on quitclaim by Stephen son of Richard of Layerthorpe of this rent. [**no. 700**]. Stephen quitclaimed his right to this rent in May 1220 noting that two years of the agreement had expired thus dating this to 1218 [**no. 700**]. This agreement was dissolved when Thomas Barri granted the rents for five years to Nostell Priory in exchange for land in Leicestershire [**no. 663**]. The reference to the year peace was made between the king of the English and the king of the French is perplexing but may refer to Louis son of King Philip II of France's claim to the English throne which he abandoned in September 1217.

685. Grant by Stephen son of Richard of Layerthorpe to the prior and convent of St Oswald of the annual rent of 1*d* from Robert son of Edric in Coney Street, and he quitclaims all right and claim to all the land in Coney Street [York] that was of Thomas Barri son of William Barri, namely the land [York described] which Thomas gave to Stephen and which Thomas Barri had sold to the canons. f94v/p. 222

[c. Easter 1220]

Rubric: Carta Stephani filii Ricardi de Lairtorp'.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Stephanus filius Ricardi de Lairtorp concessi, dedi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie sancti Osuualdi regis et martiris de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus redditum et servitium quod habui de Roberto filio Edrici in Ebor' in vico de Cunigstrete, scilicet redditum unius denarii per annum. Preterea concessi et dimisi et quietumclamavi predictis canonicis totum ius et clamium quod habui vel habere potui in tota terra que fuit Thome Barri filii Willelmi Barri in eodem vico de Cunigstrete, scilicet tam in terra quam idem Thomas mihi dedit iacentem inter terram Roberti filii Edrici et terram Henrici le Hoser, habentem in latitudine tresdecim pedes ad chiminum et novem et dimidiam versus curiam et in longitudine septuaginta tres pedes, quam in terra quam predictus Thomas Barri vendidit predictis canonicis in eodem vico; tenenda et habenda libere et quiete, pure elemosinarie predictis canonicis de me et de heredibus meis imperpetuum. Ut autem hec omnia rata permaneant et inconcussa presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on grant by Thomas Barri to Nostell Priory of rents in York during Easter 1220 [**no. 663**].

686. Quitclaim and grant by Stephen son of Richard of Layerthorpe of the annual rent of 4*s* for the next five years in Coney Street [York] from Robert son of Edric, which Thomas Barri son of William Barri assigned to Stephen in marriage with his sister Juliana. Stephen quitclaims all right and claim to the land in Coney street [York] which was Thomas son of William Barri's and the annual rent of 1*d* of Robert son of Edric, which Stephen had sold to Robert. For this the canons gave Stephen 10*s*. f94v/p. 222

[c. 1220]

Rubric: Carta Stephani filii Ricardi de Lairtorp'.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Stephanus filius Ricardi de Lairtorp de Ebor' concessi, resignavi et quietum clamavi Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus pro decem solidis quos dederunt mihi premanibus quatuor solidos annuos in vico de Cunigstrete in Ebor' de Roberto filio Edrici per quinque annos proximo futuros plenarie percipiendos, quos Thomas Barri filius Willelmi Barri mihi cum sorore sua Iuliana in maritagio assignavit. Ita tamen quod post quinque annos elapsos predicti canonici sancti Osuualdi percipient predictos quatuor solidos de predictis Roberto filio Edrici et de heredibus suis sine impedimento et reclamatione de me et de heredibus meis imperpetuum annuatim percipiendos. Preterea[a] ego Stephanus pro salute anime mee et Iuliane uxoris mee antecessorum et successorum meorum dedi et concessi et quietumclamavi predictis Deo et ecclesie et canonicis sancti Osuualdi de me et de heredibus meis totum ius et clamium quod habui vel habere potui in terra que fuit Thome filii W. Barri in eodem vico de Cunigstrete cum servitio et redditu Roberti filii Edrici, scilicet uno denario per annum in die nathalis Domini quod mihi solvebat pro terra quam predictus Barri mihi pro homagio et servitio dedit et quam ego vendidi predicto Roberto unde cartam meam habet cum omnibus pertinentiis suis et libertatibus in puram et perpetuam elemosinam, libere et quiete predictis canonicis sancti Osuualdi tenend' et possidend' de me et de heredibus meis imperpetuum. In huius rei vero testimonium presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus.

[a] ms *pretere.*

Note: Date based on Thomas Barri's grant to Nostell Priory of the rents mentioned here in exchange for land in Leicestershire in Easter 1220 [no. 663]. Thomas Barri had granted to rents to Stephen Layerthorpe for seven years [no. 684].

687. Memorandum that there are 6 charters concerning the lands and rents the priory has in Coney Street, York which are entered in various folios [nos. 663, 683, 684, 685, 688, 700]. f94v/p. 222

[15th century]

Rubric: [*none*].

Memorandum de vj. cartis factis de terra et redditu quas habemus in Cunigstrete in Ebor' unde una copia scripta transcribitur hic folio 210 et tres alie copie hec proxima supra in presenti folio et una copia in folio sequenti et alia copia folio 226 et omnes predicte copie intitulantur Cunigstrete. [*f95r*]

Note: This entry was copied by a Scribe other than Scribe A or B and may have been the 15th century Scribe who compiled the index [no. 1]. The locations of the charters mentioned are the Arabic page numbers, used by the 15th-century index, rather than the medieval roman numeral pagination or the modern foliation [see Chapter V]. The charters mentioned are as follow: folio 210 is no. 663, folio *sequenti* is no. 688, folio 226 is no. 700 and *copie intitulantur Cunigstrete* are nos. 684-86.

688. Quitclaim with warranty by Thomas son of William Barri of York to the prior and canons of St Oswald of all the land he held in Coney Street, York with his part of his mother's house on the land

[location described] and all the rents he had from Coney Street, namely a rent of 4*s* of silver from Henry le Hoser and 4*s* from Robert son of Edric, rendering annually to the hospital of St Peter York 3*s* of silver. For this the prior and canons grant with warranty to Thomas a virgate of land with a toft and croft in St Andrewskirk, [Leicestershire, described], rendering annually to the cell [of Nostell priory] at Breedon [Leicestershire] a pound of cumin. f95r/p. 223

[1217 x 8/9 April 1220]

Rubric: Carta Thome filii Willelmi Barri.

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Thomas filius Willelmi Barri de Ebor' eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me concessisse, dedisse, quietum clamasse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus totam terram meam quam habeo in Ebor' in vico de Cunigstrete cum mea parte cuiusdam domus que sita est in eadem terra in qua mater mea manebat et cum libero exitu et introitu quod est inter terram illam et terram Hugonis de Budhum et cum omnibus aliis libertatibus, asiamentis et pertinentiis ad eandem terram pertinentibus, illam terram scilicet que iacet inter terram que fuit Iohannis de Warthill', et terram Hugonis filii Gerardi de Budhum et totum redditum meum quod habeo in eodem vico de Cunigstrete, scilicet de Henrico le Hoser quatuor solidos argenti, de Roberto filio Edrici quatuor solidos annuatim ad duos terminos percipiendos, medietatem scilicet ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini; tenenda et habenda libere et quiete, pacifice et honorifice predictis ecclesie et canonicis sancti Osuualdi de Nostl' de me et de heredibus meis imperpetuum, reddendo inde annuatim hospitali beati Petri Ebor' tres solidos argenti tantum pro omni servitio et seculari exactione et demanda ad duos terminos, medietatem scilicet ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini in yeme. Et ego Thomas et heredes mei warantizabimus totam predictam terram et totum predictum redditum octo solidorum predictis ecclesie et canonicis contra omnes homines imperpetuum. Et sciendum est quod pro ista clamatione, concessione, donatione, quietaclamatione et confirmatione et warantizatione predicti canonici concesserunt, dederunt et confirmaverunt mihi et heredibus meis unam virgatam terre in territorio de Andreskirke quam Iordanus Pelliparius et Willelmus Prepositus aliquando tenuerunt cum tofto et crofto et cum omnibus aliis libertatibus et asiamentis infra villam et extra, ad eandem terram pertinentibus, reddendo inde annuatim ego Thomas et heredes mei celle eorum de Bredon' et fratribus suis ibidem moram facientibus unam libram cimini ad Nathale Domini pro omni servitio et seculari exactione ad eos et cellam de Bredon' pertinente. Et ipsi prenominati canonici sancti Osuualdi prenominatam terram de Andreskirke cum pertinentiis suis mihi et heredibus meis contra omnes homines warantizabunt. Quamdiu ego Thomas et heredes mei totam predictam terre et redditum octo solidorum de Ebor' prenominatis ecclesie et canonicis warantizabimus. Ut autem hec omnia supradicta rata et inconcussa omni tempore permaneant tam ego Thomas Barri filius Willelmi Barri de Ebor' pro me et pro heredibus meis quam predicti canonici sancti Osuualdi pro se et successoribus suis huic presenti scripto ad perpetuam securitatem sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus et cetera.

Transcribed: 'Ctl. Breedon', no. 119 with following witnesess: H. decano Eboraci, Romano, Willelmo filio Ricardi, Elya Bernard' etc.

Note: Date based on the bond made by Thomas Barri and Hamo as dean of York. Thomas Barri made a bond with Nostell Priory regarding the exchange described here which came into effect c. Easter [29 March] 1220 and was probably time coincident with this quitclaim [no. 663]. Hamo first occurred as dean of York on 1 March 1218 although possibly as early as 1217 and he had been succeeded by 8/9 April 1220 [Greenway, *La New 1066-1300: York*, p. 10]. The witnesses support this dating: Romeyn was probably John le Romeyn the elder who occurred as a canon 1197 x 1201 to May 1228 [Greenway, *La New 1066-1300: York*, p. 100]; Elias Bernard

occurred in this Cartulary as the rector of Tickhill by November 1215 x February 1218/1219 and in the mid 13th century holding land in York [**nos. 5, 51, 132**] and he first occurred as a canon of York 11 April 1224 [Greenway, *La Neve 1066-1300: York*, p. 120]. Thomas Barri had granted part of this rent to Stephen son of Richard of Layerthorpe with Julia sister of Thomas as her marriage portion [**nos. 684-86, 700**].

689. Grant in free, pure and perpetual alms by Hugh the chaplain son of Dunegald of 2 tofts in York, in the street called Clementhorpe, namely the tofts which were his father's. f95r/p. 223

[12th x 13th centuries, before 27 September 1237]

Rubric: Carta Hugoni capellani filii Dunegaldi[a].

Omnibus sancte matris ecclesie filiis Hugo capellanus filius Dunegaldi[a] eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me, caritatis intuitu, dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute anime mee et patris mei et matris mee et omnium parentum meorum, duas toftas terre in Ebor', in vico scilicet qui vocatur Clementesthorp', cum omnibus edificiis et redditibus et gardinis et curtelliis et cum omnibus aliis rebus ad eandem terram pertinentibus in liberam et puram et perpetuam elemosinam, illas scilicet duas toftas que fuerunt Dunegaldi[a] patris mei. Hiis testibus, et cetera.

[a] possibly *Duuegaldi.*

Printed: *EYC I*, no. 217 not dated.

Note: Date based on grant by Prior John of Nostell Priory, see **no. 691**. One of the tofts mentioned here was granted by Nostell Priory during the rule of John which provides the latest limit to this grant. This grant was confirmed by Robert son of Hugh described as tofts which he had received from his father Hugh [**no. 690**] which suggests the two charters may be time coincident. The street of Clementhorpe was given its name from a parochial church dedicated to St Clement which existed before c. 1130 [RCHME *York* III, p. 49].

690. Grant and confirmation in free, pure and perpetual alms by Robert son of Hugh the chaplain son of Dunegald of 2 tofts in York in the street called Clementhorpe, namely that which his grandfather held and his father Hugh granted to Robert. f95r/p. 223

[12th x 13th centuries, before 27 September 1237]

Rubric: Carta Roberti filii Hugonis capellani.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis Robertus filius Hugonis capellani filii Dunegaldi[a] eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me karitatis intuitu dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et sancte Marie et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus pro salute anime mee et patris mei et matris mee et omnium parentum meorum duas toftas terre in Ebor', in vico scilicet qui vocatur Clementesthorp', cum omnibus edificiis et redditibus et gardinis et curtilliis et cum omnibus aliis rebus ad eandem terram pertinentibus in liberam et puram et perpetuam elemosinam, illas scilicet duas thoftas que fuerint Dunegaldi[a] avi mei et quas Hugo capellanus pater meus dedit mihi. Hiis testibus et cetera.

[a]possibly *Duuegaldi*

Note: Date based on grant of one of the tofts by Prior John [see **nos. 689, 691** for dating]. This charter may have been time coincident with his father Hugh's charter and the fact that Robert described these tofts as his own rather than as a gift from Robert's father, suggests that Robert was making the grant of the land and his father Hugh may have been confirming the grant [**no. 689**].

691. Grant by Prior J[ohn] and the convent to Jocelin son of Thoc, and to his sons if he wishes, of a toft with messuage in Clementhorpe, York [described], rendering annually to the convent 4*s* 6*d*. ff95r-v, pp. 223-24

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta Iohannis prioris.

Omnibus has literas visuris vel audituris I. prior sancti Osuualdi de Nostl' et eiusdem loci conventus eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra nos concessisse et presenti carta nostra confirmasse Gocelino filio Thoc et cui filiorum suorum ipse voluerit toftum unum cum mesuagio in Clementorp' in Ebor', illud scilicet toftum quod iacet inter toftum quod Willelmus Piscarius de nobis tenuit et toftum Willelmi filii Petri; tenend' de nobis in feodo et hereditate cum omnibus pertinentiis suis, reddendo inde nobis annuatim pro omni servitio ad nos pertinente quatuor solidos et sex denarios, medietatem ad Pentec' et medietatem ad festum sancti Martini. Hanc vero predicto Gocelino et cui filiorum suorum ipse voluerit fecimus concessionem quamdiu se legaliter erga nos de illo habuerint tenemento et firmam nostram statutis terminis nobis bene persolverint. Ut autem hec nostra conces[*f95v*]sio et confirmatio rata permaneat et inconcussa, presens scriptum sigilli nostri appositione roboravimus. Hiis [testibus] et cetera.

Note: Date based on rule of Prior John and latest entry by Scribe A [see Chapter V]. The fact that this document was copied by Scribe A as late as 1264 indicates the prior was John who was probably elected c. 24 July 1208 and died 27 September 1236 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. This land was granted to Nostell Priory by Hugh the chaplain son of Dunegald and his son Robert [nos. 689-90].

692. Grant in pure and perpetual alms by Thomas Paulinus of York, clerk, of the land he held in York [described] near the cemetery of the church of St Mary Castlegate and Nessgate, rendering annually 2*s* at the high altar of St Mary Castlegate. f95v/p. 224

[early 13th century, before 5 January 1255]

Rubric: Carta Thome Paulini de Ebor'.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Thomas Paulinus de Ebor' clericus salutem eternam in Domino. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et sancto Osuualdo de Nostle et canonicis Deo ibidem servientibus in puram et perpetuam elemosinam pro animabus patris et matris mee, illam terram in Ebor' que iacet in longitudine a cimiterio ecclesie sancte Marie ad Portam Castri usque ad terram quam Reginaldus Taliator de me tenuit et in latitudine a regia strata de Nesgate usque ad vetus stabulum quod durat decem pedes a domo mea in quam mansi; tenend' et habend' Deo et sancte Marie et canonicis loco predicto Deo servientibus et omnibus eorum successoribus de me et heredibus meis libere, quiete, integre et pacifice totam predictam terram sicut se extendit linialiter infra metas prescriptas in puram et perpetuam elemosinam, reddendo inde annuatim super maius altare ecclesie sancte Marie ad Portam Castri duos solidos, scilicet medietatem ad festum sancti Martini in yeme et aliam medietatem ad Pentec' pro omnibus servitiis, exactionibus et demand[is]. Ego vero predictus Thomas et heredes mei predictam terram tanquam puram elemosinam nostram predictis canonicis et eorum successoribus warantizabimus imperpetuum. In cuius rei testimonium presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrence of Reginald Taliator and the lease of this land by Prior William. Reginald or Rainer Taliator occurred as the bailiff of York in the 13th century, possibly c. 1220 and his mention here suggests he was alive at the time of this charter [*Vicars Choral* 1, no. 227]. Prior William leased this land to Nicholas son of Paulinus on 5 January 1255; nothing is known of Thomas Paulinus nor of his relationship to Nicholas son of Paulinus of York [no. 693].

693. Lease in the form of a chirograph whereby Prior William and the convent demise at fee farm to Nicholas son of Paulinus of York the land in York [described] which Thomas Paulinus gave them

and where Nicholas may build 4 small houses, rendering annually to the prior and convent 18*s* and to the church of St Mary Castlegate 2*s*. In no way will city emergencies, tallage nor pottage, nor similar things deny the prompt payment owed the priory. f95v/p. 224

5 January 1255

Rubric: Carta Willelmi prioris concessa Nicholao Paulin'.

Omnibus hominibus ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus prior et conventus de sancto Osuualdo de Nostl' salutem eternam in Domino. Noveritis nos communi consensu capituli nostri dimisisse ad feodi firmam Nicholao filio Paulini de Ebor' illam terram nostram in Nesgate in Ebor' quam Thomas Paulinus nobis caritative contulit que quidem extendit se in longitudine a cimiterio sancte Marie ad Portam Castri usque ad terram quam Reginaldus Taliator de dicto Thoma Paulin' tenuit cum edificiis in dicta terra constructis que in quatuor parvas domus die confectionis istius carte erat divisa; habend' et tenend' eidem Nicholao et heredibus vel assignatis suis in feodo et hereditate imperpetuum libere, quiete et pacifice, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris octodecim solidos, scilicet medietatem ad Pentec' et medietatem ad festum sancti Martini in yeme et duos solidos ecclesie sancte Marie ad Portam Castri ad eosdem terminos. Nos vero et successores nostri predictam terram dicto Nicholao et heredibus vel assignatis suis per predictam firmam annuam warantizabimus quamdiu fyffator noster illam nobis uuarantizaverit. Sciendum etiam quod dictus Nicholaus obligavit pro se et heredibus vel assignatis suis nobis et successoribus nostris omnes terras quas habet vel habere poterit in dicta parochia distringendum pro predicta firma annua si in aliquo terminorum prompte et plene non fuerit soluta. Idem vero Nicholaus et heredes vel assignati sui omnes casus fortuitos decetero in civitate emergentes in pote, talliag' et consimilia propriis sumptibus suis sustentabunt, ita quod nos nullo modo de dicta totali firma annua elongemur. In cuius rei testimonium alteram partem istius carte in modum cyrographi confecte sigillo capituli nostri eidem Nicholao tradidimus assignatam altera parte sigillo dicti Nicholai signata penes nos remanente. Act' in vigilia Epiphanie anno gratie m° c°c° quinquagesimo quarto. Hiis [testibus] et cetera.

Note: This was the land granted to Nostell Priory by Thomas Paulinus, clerk of York [no. 692]. Nicholas Paulyn or Paulinus occurred as late as 1270 in this area [*Vicars Choral* 1, no. 231]. Prior William of Clifford ruled Nostell Priory after the death of his predecessor on 4 January 1255 until his own death 16 August 1277 [Smith, *Heads* II, p. 439].

694. Grant and quitclaim with warranty in her widowhood by Margaret daughter of Mainer to Robert, the rector of the moiety of the church of St Mary Castlegate, of all her land in York in the bailey [described], rendering annually to Margaret 1*d* and to the priory of Holy Trinity, York, 12*d*. f95v/p. 224

[early 13th century]

Rubric: Carta Margarete filie Maineri.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Margareta filia Maineri in viduitate et ligia potestate mea vendidi et quietamclamavi de me et heredibus meis imperpetuum Roberto rectori medietatis ecclesie sancte Marie ad Portam Castri et heredibus et suis assignatis totam terram meam in ballio quo iacet inter terram que fuit Franconis diaconis [*sic for diaconi*] et terram que fuit Walteri de Hertergate clerici, sicut se extendit in longitudine et latitudine a regia strata usque ad aqua Fosse; tenend' et habend' eidem Roberto et heredibus et suis assignatis de me et heredibus meis in feodo et hereditate libere, quiete, integre et pacifice cum omnibus pertinentiis et asiamentis suis, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unum denarium ad Pentec' et preterea domino priori et conventui sancte Trinitatis Ebor' xij. denarios per annum pro omni servitio seculari,

exactione et demanda. Ego vero Margareta filia Maineri et heredes mei predictam terram cum omnibus pertinentiis suis predicto Roberto et heredibus et suis assignatis [f *dotted for deletion*] warantizabimus, defendemus et adquietabimus imperpetuum per predictum servitium contra omnes homines. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on reference to Walter of Hertergate. Walter of Hertergate, described as holding land near the land granted, occurred before 1231 x 1233 as possibly as early as 1217 [*Vicars Choral* 1, no. 282]. Aubrey, the daughter of Margaret, quitclaimed her right to this land, saving the 1*d* which she claimed with her mother, in her own widowhood suggesting that she was the heir of her mother or had some other direct claim [no. 695]. The church of St Mary Castlegate was probably of pre-Conquest foundation and mentioned at the Doomsday as held by William Percy [RCHME *York* V, p. 30].

695. Quitclaim with warranty in her widowhood by Aubrey daughter of Margaret to Robert, rector of the moiety of the church of St Mary Castlegate, of all the land of she and her mother had in York in the bailey [described], rendering annually to Aubrey and her mother 1*d* and to the priory of Holy Trinity York, 12*d*. ff95v-96r/pp. 224-25

[early 13th century]

Rubric: Carta Aubreye filie Margarete.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Aubreya filia Margarete in ligia potestate mea concessi et confirmavi venditionem et quietamclamationem quam Margareta mater mea fecit et quietamclamavit Roberto rectòri medietatis ecclesie sancte Marie ad Pontem Castri, scilicet totam terram nostram quam habuimus in ballio que iacet inter terram que fuit Franconis diaconi et terram que fuit Walteri clerici de Hertergate, sicut se extendit in longitudine et latitudine a regia [*f96r*] strata usque ad aquam Fosse; tenend' et habend eidem Roberto et heredibus suis et suis assignatis de nobis et de heredibus nostris in feodo et hereditate libere, quiete, integre, pacifice et honorifice cum omnibus pertinentiis et asiamentis suis, reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris unum denarium ad Pentec' et preterea domino priori et conventui sancte Trinitatis Ebor' xij. denarios per annum pro omni servitio seculari et exactione et demanda. Et nos prenominate et heredes nostri predictam terram cum omnibus pertinentiis suis predicto Roberto et heredibus suis et suis assignatis warantizabimus et defendemus et adquietabimus imperpetuum et predictum servitium contra omnes homines. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrence of Walter the clerk of Hertergate, see no. 694 for dating and further information.

696. Grant by Lambert son of Osmund to Bordin the weaver of his land in Aldwark, York, which is between the land of Richard Crassus [Gras] and the lane leading to the church of St Helen [on the Walls], saving house-gavel rent [*hugablum*], rendering annually to Lambert 2*s*. f96r/p. 225

[late 12th century]

Rubric: Carta Lamberti filii Osmundi.

Omnibus visuris vel audituris literas istas tam presentibus quam futuris Lambertus filius Osmundi salutem. Sciatis me dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Bordino Tixtori unam terram mea[m] in Aldewerke, que terra proxima est terre Ricardi Crassi ex una parte et vico qui ducit ad ecclesiam sancte Helene ex altera parte, illi et heredibus suis de me et heredibus meis tenendam in feodo et hereditate libere et quiete ab omni servitio preter husgablum, reddendo annuatim mihi et heredibus meis duos solidos ad duos terminos, dimidiam ad Pascha et dimidiam ad festum sancti Michaelis. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Lambert son of Osmund and Richard Crassus. Lambert son of Osmund occurred as witness to grants made to the hospital of St Peter [St Leonard], York, from as early as 1170 x 1186 to as late as 1189 x 1195 [*EYC I*, nos. 56, 244, 253]. Richard Gras [Crassus] occurred 1183 x 1186 in connection with the hospital of St Leonard of York and possibly as late as 1190 [*EYC I*, no. 238; *EYC* II, no 845]. Lambert son of Osmund must have granted this land or rent to the Hospital of St Peter [St Leonard], York, because after the death of Bordin the rent was owed to the hospital [no. 697]. This land was leased by the hospital of St Peter [St Leonard], York, to Nostell Priory before 1252 [no. 699].

697. Grant with warranty by Bartholomew the weaver brother of the late Bordin the weaver of Aldwark, to William of Garrowby and Thomas de Tumba, chaplains of all his land in Aldwark, York which his brother Bordin had bought from Lambert son of Osmund, namely the land lying between the land of Peter Crassus and the lane leading to the church of St Helen [on the Walls], rendering annually 2*s* to the hospital of St Leonard's, York, and 2*d* house-gavel rent [*husgablum*]. f96r/p. 225
[first half 13th century, before 1252]

Rubric: Carta Bartholoni [*sic*] Tixtoris.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Bartholomeus tixtor quondam frater Bordini tixtoris de Aldewerke salutem. Noverit universitas vestra me communi consilio et assensu uxoris mee et heredum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta confirmasse Willelmo de Gervardebi et Thome de tumba capellanis pro duobus et decem solidis quos mihi premanibus dederunt totam terram meam in Aldewerke quam Bordinus frater meus emit de Lamberto filio Osmundi, iacentem inter terram Petri Crassi ex una parte et vicum qui ducit ad ecclesiam sancte Elene ex altera tam in longitudine quam in latitudine; habendam et tenendam sibi vel cuicumque voluerint de me et heredibus meis libere, quiete, pacifice, honorifice in feodo et hereditate, reddendo inde annuatim duos solidos ad hospitale sancti Leonardi et duos denarios ad husgablum, medietatem ad festum sancti Martini in yeme et medietatem ad Pentec'. Ego vero Bartholomeus et heredes mei warantizabimus totam prenominatam terram predictis Willelmo et Thome vel eorum assignatis pro predicto servitio contra omnes homines imperpetuum, si qui dictos W. et T. pro predicta terra vexare presumpserint. Et in huius rei testimonium presens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on lease of land to Nostell Priory [see no. 699]. This property was leased to Nostell Priory during the rule of William as Master/Rector of St Peter [St Leonard] Hospital, York [see no. 699]. Thomas de Tumba, chaplain, occurred in the late 1240's and as witness to no. 701 [*Vicars Choral* 1, nos. 160, 292]. William de Gervordeby [Garrowby] occurred in January 1253 [*Vicars Choral* 1, nos. 408, 525]. Bartholomew's son Henry contested this grant [no. 698]. The rent from this land must have been granted to the hospital by Lambert son of Osmund [no. 696].

698. Quitclaim by Henry son of Bartholomew the weaver of Aldwark to William of Garrowby and Thomas de Tumba chaplains, of all right and claim to the land in York late of his uncle Bordin the weaver and which his father Bartholomew the weaver had sold to the chaplains William and Thomas. Henry swears to bring no more complaints regarding the land in the court of the dean and chapter of York, on penalty of paying 10*m* of silver to the fabric of St Peter, York [Minster]. f96r/p. 225
[first half 13th century, before 1252]

Rubric: Carta Henrici filii Bartholomei.

Omnibus has literas visuris vel audituris Henricus filius Bartholomei Tixtoris de Aldewerke salutem. Noverit universitas vestra me quietum clamasse Willelmo de Gervardebi et Thome de tumba capellanis totum ius et clamium quodcumque habere possem in terra illa que fuit avunculi mei Bordini Tixtoris quam pater meus

Bartholomeus Tixtor vendidit dictis capellanis W. et T. de me et omnibus successoribus meis tam pueris meis quam de parentela mea exeuntibus imperpetuum. Preterea ego H. filius Bartholomei tactis sacrosanctis iuravi et voluntate spontanea cessante omni appellatione et contradictione et excusatione renunciando omni privilegio fori iurisdictioni decani et capituli Ebor' me et meos supposui ut si in aliquo contra prefatam conventionem venerimus eorum arbitrio ad fabricam ecclesie sancti Petri Ebor' decem marcas argenti dare compellamur. Et in huius rei testimonium presens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on lease of land by the hospital of St Peter [St Leonard], York, to Nostell Priory no later than 1252 [see no. 699]. Bordin the weaver held this land of Lambert son of Osmund [no. 696] who granted the rent to St Peter [St Leonard] hospital, York. Bordin's heir must have been his brother Bartholomew who granted the land to the chaplains named here [no. 697].

699. Lease with warranty in the form of a chirograph by William, rector of the hospital of St Peter [St Leonard's] York, to the prior and convent of St Oswald of their land in Aldwark [York] with houses and buildings, [described], rendering annually to the hospital $2^{1/2}m$ of silver. f96r/p. 225

[c. 1245 x 1252]

Rubric: Carta Willelmi rectoris hospitali Ebor'.

Noverit universi quod Willelmus rector hospitalis sancti Petri Ebor' et fratres eiusdem domus dimiserunt et hac presenti carta sua confirmaverunt priori et conventui beati Osuualdi terram suam de Aldewerke cum domibus et edificiis in ea contentis et cum omnibus pertinentiis suis, scilicet illam terram que iacet inter terram canonicorum Gisburn' et terram que fuit Hugonis de Pusato; tenend' et habend' dictis priori et conventui de predictis magistro et fratribus cum omnibus asiamentis suis et libertatibus ad eam spectantibus infra villam et extra, libere, integre et quiete imperpetuum, reddendo inde annuatim magistro et fratribus pro omni servitio duas marcas argenti et dimidiam, scilicet medietatem ad festum beati Martini in yeme et aliam medietatem ad Pentec' et husgabulum ad festum sancti Iacobi apostoli. Predicti vero magister et fratres et eorum successores totam predictam terram antedictis priori et conventui warantizabunt et defendent contra omnes homines imperpetuum. Et sciendum quod prefati prior et canonici se predictam firmam ad terminos statutos fideliter soluturos promiserunt et de hoc faciendo iurisdictioni decani et capituli Ebor' appellatione remota se subiecerunt, renunciando cuilibet defensioni sibi contra hoc competenti vel competiture et ut habeant potestatem eos compellendi ad observationem predictorum per censuram ecclesiasticam quotienscumque in dicta sol[u]tione cessaverint. In cuius rei testimonium partes hinc inde huic scripto in modum cirographi confecto sigilla sua apposuerunt et ad earundem partium instanciam ad prohibend' testimonium veritati signum dictorum decani et capituli eidem scripto est apensum. [*f96v*]

[a] corrected from *solove*.

Note: Date based on Master of the Hospital of St Peter [St Leonard], York. The predecessor of William, rector and master of the hospital of St Peter [St Leonard], York, died c. 1245 and William occurred as early as 25 June 1246 and on 2 May 1249 [Page, *VCH Yorks* 3, p. 343; *Yorks F. 1232-1246*, pp. 157-58; *Yorks F. 1246-1272*, p. 10]. The successor of William occurred as early as 1252 [Baildon, *Yorks Monastic Notes*, p. 245]. Nostell Priory returned the land to the hospital of St Leonard and the master of the hospital quitclaimed the rent in 1286 x 1291 [see no. 1207].

700. Quitclaim for the next five years [beginning 17 May 1220] by Stephen son of Richard of Layerthorpe of the rent of 4*s* which he collected from Robert son of Edric, these rents of 4*s* were

assigned for seven years [two years ago] to Stephen by Thomas Barri son of William Barri with his sister Julianna [as marriage portion]. For this the canons gave Stephen 10*s*. f96v/p. 226

[c. 17 May 1220]

Rubric: Carta Stephani filii Ricardi de Lairtorp'.

Omnibus has literas visuris vel audituris Stephanus filius Ricardi de Lairtorp' salutem in Domino. Noveritis me concessisse, dimisisse et quietumclamasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus pro decem solidis quos dederunt mihi premanibus redditum quatuor solidorum in vico de Cunigstrete quos percipere deberem de Roberto filio Edrici per quinque annos proximo futuros, quos vero quatuor solidos Thomas Barri filius Willelmi Barri assignavit mihi cum sorore sua Iuliana per septem annos percipiendos bene; duo anni transacti sunt. Terminus perceptionis istius redditus ad opus predictorum canonicorum sancti Osuualdi incipiet anno dominice incarnationis m° c° c° xx° ad Pentec'. Et ut illud nec per me nec per heredes meos in irritum revocetur scilicet ratum maneat et inconcussum huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Note: This quitclaim supported the quitclaim and bond made by Thomas Barri to Nostell Priory [no. 663]. Thomas Barri's original agreement with Stephen Layerthorpe for seven years was to repay a loan of 4*m* which Thomas owed to Stephen [no. 684]. Stephen son of Richard of Layerthorpe was also a benefactor of Nostell Priory [nos. 685, 686].

701. Lease in the form of a chirograph by Prior Robert and the convent to Elias the smith of York of the canons' land in Goodramgate [York, described], rendering annually to the convent 20*s* and house-gavel rent [*husgabulum*]. Roger, who rents in Fossgate near Robert son of Siwin, gives surety for Elias. f96v/p. 226

[18 May 1246 x 4 January 1255]

Rubric: Carta Roberti prioris concessa Elie Fabro de Ebor'.

Noverint universi quod Robertus prior et conventus sancti Osuualdi de Nostl' dimiserint et hac presenti carta sua cyrographata confirmaverunt Elie Fabro de Ebor' terram suam in Gutherumgate cum domibus et edificiis in ea contentis et cum omnibus pertinentiis suis, illam videlicet que iacet inter terram que pertinet ad prebendam de Neubald ex una parte, et terram que fuit Iohannis de Warthil ex altera; tenend' et habend' dicto Helie et heredibus suis vel assignatis suis de predictis priore et conventu libere, integre et quiete imperpetuum cum omnibus asiamentis suis et libertatibus ad eam spectantibus infra civitatem et extra, reddendo inde annuatim prefatis priori et conventui pro omni servitio viginti solidorum legalium sterlingorum, decem videlicet solidos ad festum sancti Martini in yeme, et decem solidos ad Pentec' et husgabulum ad festum sancti Iacobi apostoli. Sepedicti vero prior et conventus et eorum successores totam predictam terram predicto Helie et heredibus suis vel assignatis suis contra omnes homines imperpetuum warantizabunt et defendent. Et sciendum quod dictus Elias se predictam firmam ad terminos statutos fideliter soluturum promisit. Et ad hoc faciend' subiecit se et heredes suos vel assignatos suos et omnia sua adquisita et adquirenda ubicumque inventa fuerint iurisdictioni decani et capituli beati Petri Ebor' sub pena dimidie marce solvende fabrice eiusdem ecclesie, si in dicta solutione terminis statutis ipse vel heredes sui vel assignati sui cessaverint. Ita scilicet ut habeant potestatem tam ipsum quam heredes suos vel assignatos suos compellendi ad observationem predictorum per censuram ecclesiasticam, renunciando cuilibet defensioni contra hoc competenti sine competiture et maxime regie prohibitioni. Insuper idem Elias invenit fideiussorem Rogerum, videlicet Nayrun, qui redditum suum in Fossegate iuxta introitum Roberti filii Sywni pro eo obligavit. Ita

scilicet ut quicumque possederit illum redditum eadem obligetur obligetur [*sic*] obligatione qua et ipse Elias obligatur. Ad maiorem vero huius rei evidentiam tam signum dictorum prioris et conventus quam signa dictorum Elie et Rogeri huic scripto in modum cirographi confecto hinc inde sunt appensa. Hiis [testibus] et cetera.

Calendared: *Vicars Choral* 1, no. 160 dated 1247 x 1255 with witnesses: John Bouer, Roger de Esingwald, Abraham de Miton, Thomas de Tumba, chaplains, Roger de Sexdecim Vallibus, Peter de Ba[. . .], Hugh the hosier, citizens of York, and many others.

Note: Date based on rule of Robert de Behall prior of Nostell Priory. The predecessor of Prior Robert died 18 May 1246 and Prior Robert died 4 January 1255 [Smith, *Heads* II, p. 438]. The witness list supports Prior Robert of Behall: John Bouer [Bovarius] chaplain occurred in the early 13th century [*Vicars Choral* 1, nos. 60, 73, 150]; Roger de Sexdecim Vallibus [Thixendale] chaplain occurred in the 13th century as late as 1274 [*Vicars Choral* 1, no. 76]; Thomas de Tumba occurred in the first half of 13th century before 1252 [nos. 697, 698]; Hugh the hosier occurred in the early 13th century [*EYC* III, no. 1580]. It is possible this was earlier in the late 12th century as there was an Elias the smith in Walmgate who occurred in the second half of the 12th century which would suggest a date during the rule of an earlier Prior Robert who may have ruled in 1208 x 1209 but his rule is not confirmed and Robert de Behall is more likely [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283; *Vicars Choral* 1, no. 524].

702. Sale and quitclaim with warranty by Thurstan of Marston, with the consent of his wife Agnes and his son Henry, to the prior and canons of St Oswald of all his land near the church of St Mary Bishop[hill, York described], namely the land which Adam son of John Holdebert sold to Thurstan, rendering annually to Walter Maletth [Malet] 16*d* and to Henry, clerk, 12*d*. For this the canons gave Thurstan 20*m* of silver. f96v/p. 226

[late 12th century x 27 September 1237, probably before 1216]

Rubric: Carta Turstini de Merstona.

Sciant presentes et futuri quod ego Turstinus de Merstona de consensu Agnetis uxoris mee et Henrici filii mei vendidi et quietam clamavi et presenti carta mea confirmavi priori et canonicis sancti Osuualdi de Nostl' pro xx^ti^ marcis argenti totam terram meam iuxta ecclesiam sancte Marie Byscop, quam scilicet terram Adam filius Iohannis Holdebert vendidit mihi, que iacet inter terram R. Mauleuerer et terram prebende sancti Petri tam in longitudine quam in latitudine cum omnibus pertinentiis et asiamentis; habendam sibi imperpetuum et tenendam de Waltero Maletth et Henrico clerico et heredibus suis libere et quiete ab omni servitio et exactione seculari, reddendo inde annuatim Waltero Maleyt sexdecim denarios, octo ad festum sancti Martini et octo ad Pentec' et annuatim xij. denarios Henrico clerico et heredibus suis, sex ad festum sancti Martini et sex ad Pentec'. Et sciendum est quod ego Turstinus et heredes mei vel mei assignati warantizabimus totam predictam terram cum omnibus pertinentiis et asiamentis predictis priori et canonicis contra omnes homines. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Walter Malet and the lease of this land by Nostell Priory. Nostell Priory granted this land to John of Towton, clerk, during the rule of Prior John in the early 13th century probably after 1216 [no. 703]. Walter Malet occurred in 1181 x 1184 with Mathew Scoci who was mentioned in the Nostell Priory grant to John of Towton [*EYC I*, no. 423]. The R. Mauleverer mentioned was probably Roger Mauleverer who was dead by 1216 and his mention in this document suggests he was still living [see no. 703 for further information].

703. Grant by Prior John and the convent to John of Towton, clerk, of a messuage with buildings in the parish of St Mary Bishop[hill, York, described], rendering annually to the convent 4*s* of silver and rendering to the heirs of Anketin of Easingwold 2*s* 4*d*. f96v/p. 226

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237, probably July 1225 x 1229]

Rubric: Carta I. prioris concessa Iohanni de Toueto[na].

Omnibus has literas visuris vel audituris Iohannes prior et conventus sancti Osuualdi de Nostl' salutem in Domino. Noveritis nos dedisse, concessisse et presenti carta confirmasse Iohanni de Toueton' clerico unum

mesuagium cum edificiis et pertinentiis in parochia sancti Marie episcopi in civitate Ebor', illud scilicet mesuagium quod iacet ex opposito hostii ecclesie sancte Marie predicte versus austrum inter terram prebende magistri Mathei Scoci[a] et terram que fuit Rogeri Mauleverer; tenend' et habend' sibi et heredibus vel assignatis suis exceptis Iudeis et viris religiosis de nobis, reddendo inde annuatim nobis quatuor solidos argenti, medietatem ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini, reddendo etiam heredibus vel assignatis Anketini de Esingwald' duos solidos et iiij^{or} denarios ad predictos terminos pro omni servitio et exactione. Et in huius rei testimonium huic scripto sigillum nostrum apposuimus. Teste capitulo nostro. [*f97r*] [*The next three folios are missing, pp. 227-232.*]

[a] ms corrected from *Scocti*

Note: Date based on rule of John, prior of Nostell Priory. John was probably elected prior c. 24 July 1208 and he died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. The people mentioned provide some limits to the dating: Master Matthew Scot was rector of Cowton in 1201 and first occurred as archdeacon of Cleveland 1 July 1225 and lastly 1229 when he held an unidentified prebend of York Minster [*EYC V*, no. 301; Greenway, *Le New 1066-1300: York*, pp. 39, 114]. Roger Mauleverer occurred as early as 1185 x 1205 as witness to grants made to the hospital of St Peter [St Leonard], York, and was dead by 1216 [*EYC* II, nos 852-3, p. 71, 76]. This document suggests that Mathew Scot was still holding the prebend which establishes the possible limit to the dates. Ralph Rythe son of John of Towton, the rector of Sproatley, was a benefactor of Nostell Priory of land in Oglethorpe [see nos. 1177-83]. There were probably additional documents concerning the city of York on the missing pages [see Chapter V].

704. Incomplete document which mentions Walter of Gant. f97r/p. 233

[early 12th century, before 1139]

Rubric: [*none*].

[*This folio begins mid-charter*]. . . tam et quietam ab omni servitio et ab omnibus consuetudinibus cum saca et soca et tol et tham et infanganthof excepto gildo regis domino Waltero de Gant concedente testibus istis et cetera.

Note: Date based on Walter de Gant. Walter de Gant was the eldest son of Gilbert de Gant and held in chief of the king in Burton Fleming and in Buckton, the same area as the charters which follow; Walter inherited his father's estates c. 1095 and died in 1139 [*EYC* II, p. 431-2]. There is insufficient information to suggest anything of the contents of this document other than its placement suggests it concerned land in Buckton or in Burton Fleming.

705. Grant by Prior A. and the convent to John son of Lescelina of Buckton of half a carucate of land in Buckton [East Riding of Yorkshire] quit of all service except the king's danegeld, rendering annually to the convent 2000 herrings at Stamford Bridge [*ad Pontem Belli*] within the octave of the purification of St Mary [2 February]. f97r/p. 233

[c. 1155 x 2 April 1196]

Rubric: Carta A. prioris est sine sigillo.

A. prior ecclesie sancti Osuualdi totusque conventus eiusdem loci omnibus sancte matris ecclesie filiis salutem. Noverit universitas vestra nos concessisse et presentis carte attestatione confirmasse Iohanni filio Lesceline de Buctona et heredibus suis dimidiam carucatam terre in Buctona in feodo et hereditate, tenendam de nobis propter duo milia electorum allecium ad electionem nostram, solutam et quietam ab omni alio servitio preter servitium regis quod vocatur Danegald'; que allecia ipse et heredes sui post eum adportabunt annuatim ad Pontem Belli infra octabas[a] Purificationis sancte Marie. Huius rei test[es] et cetera.

[a] ms *octob'*

Printed: EYC II, no. 916 dated c.1130-1153.

Note: Date based on rule of Prior Ansketil and John of Buckton. Ansketil occurred as prior as early as 1155 x 1157 and was dead 2 April 1196 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. John of Buckton occurred 1175 x 1190 and as

late as 1185 x 1195 [*EYC* III, nos. 1410, 1162]. Farrer suggests this was Prior Adelulf who occurred as early as 1122 and resigned in 1153 but the active life of John of Buckton suggests Prior Ansketil is more likely [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283; *EYC* II, no. 916]. This half carucate of land was granted to Nostell Priory by William son of Nigel, constable of Chester and was confirmed by King Henry I on 7 January 1122 [B004] and was part of the fee of the earl of Chester [*EYC* II, p. 254]. Additional information concerning this endowment may have occurred on the missing folios [pp. 227-232, see Chapter V].

706. Final concord in the court of the prior of St Oswald between Richard son of Juliana of Burton Fleming, plaintiff, and Robert son of Siward and his wife Alice daughter of Simon defendants, whereby Robert and Alice quitclaim all right and claim in two bovates of land in Burton Fleming to Richard. For this Richard gave Robert and Alice 10*m* of silver. f97r/p. 233

St Oswald, Nostell, [10 July or 13 November] 1205

Rubric: Concord' inter Ricardum filium Iuliane et Roberti filii Siwardi.

Hec est finalis concordia in curia prioris de sancto Osuualdo proxima die sabbati post festum sancti Martini anno ab incarnatione domini m°c°c° v° inter Ricardum filium Iuliane de Bortonaflaming petentem et Robertum filium Siwardi et Aliciam uxorem eius filiam Simonis tenentes de duabus bovatis terre cum pertinentiis suis in Burtonaflaming unde placitum fuit inter eos per breve de recto in prefata curia et duellum ad vadiatum inter Gilbertum de Berglestorp' et prenominatum Robertum, scilicet quod prefati Robertus et Alicia uxor eius quietum clamaverunt de se et heredibus suis totum ius suum quod habuerunt in predictis duabus bovatis terre cum omnibus pertinentiis suis Ricardo et heredibus suis imperpetuum. Pro hac itaque [quietatioetlatione *dotted for deletion*] quietaclamatione sepedictus Ricardus dedit prefato Roberto et Alicie eius uxori decem marcas argenti nomine pacis et concordie. Ut autem hec concordia rata maneat et inconcussa presens scriptum sigillis suis corroboraverunt. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on the festivals of St Martin which are 4 July and 11 November. It was most probably the latter. This final concord must be part of the land Nostell Priory received from Hugh de Muscamp before January 1122 [see note B004, nos. 16, 30].

707. Notification by Abbot W. of Rievaulx and S. the dean and H. the treasurer of York [Minster] of an agreement reached between Abbot Alexander and the monks of Meaux and Prior John and the canons of St Oswald over a dispute concerning the tithes of the lands the monks own in the parish of Wharram [le Street]. As the land is part of the prebend of [Bramham] of York [Minster], the abbot and monks agree to pay to the prior and canons 2*m* annually for the tithes. If the monks acquire more land they will increase their payment to the canons and similarly if the monks decrease their lands in this parish, their payment will decrease. f97r/p. 233

29 June 1209

Rubric: Compositio inter Abbatem de Rivall' et I. priorem.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit W. Abbas Rievall', S. decanus et H. thesaurarius Ebor' salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod hec est compositio facta inter dominum Alexandrum abbatem et monachos et dominum Iohannem priorem et canonicos de sancto Osuualdo super controversia que vertebatur inter illos de decimis terrarum quas terrarum quas idem monachi possident in parochia ecclesie predictorum canonicorum de Warrum que est de prebenda ecclesie sancti Petri Ebor', videlicet quod monachi prefati duas marcas predictis canonicis vel certo eorum nuncio pro bono pacis annuatim persolvent, medietatem ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini apud Warrum. Et si forte prenominati monachi terras aliquas in prefata parochia decetero perpetuas adquisierint habita proportione terrarum illarum quas inpresentiarum perpetuas possident et quantitatis dicte pensionis prefatam pensionem accrescent. Similiter vero si casu aliquo de terris illis quas in presenti perpetuas possident vel

imposterum forte possidebunt aliqua habere devenerint iuxta quod terrarum possessio decreverit supradicta decrescet et pensio de terris autem quas inde imperpetuum possident vel decetero possidebunt decimas persolvent. Et siquis memoratos monachos super predictis decimis inquietare voluerit dicti canonici eos conservare tenentur indempnes sopite sunt per hanc conventionem omnes controversie et querele que mote errant inter eos usque ad diem compositionis huius vel super decimis vel aliis rebus. Facta est autem hec compositio anno incarnationis domini m° c°c°ix° in die apostolorum Petri et Pauli inter monasterium de Melsa et ecclesiam de sancto Osuualdo assensu capituli Ebor'. Cuius etiam capituli sigillum presenti scripto appositum est [in autentica utriusque do imperpetuum *dotted for deletion and then reinstated by a red line through the dots*] huius compositionis testimonium et confirmationem. Et ad perpetuam firmitatem huius compositionis sigilla autentica utriusque domus de Melsa et de sancto Osuualdo apposita sunt. Hiis testibus et cetera.

Note: Abbot Warin of Rievaulx Abbey occurred as early as 11 November 1208 and died in 1211 [Knowles, *Heads* I, p. 140]. Simon de Apulia served as dean of York from February 1195 until his election as Bishop of Exeter before 13 April 1214 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 9]. Hamo first occurred as treasurer of York in 1199 and was dead by 1 March 1218 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 24]. Abbot Alexander ruled Meaux from after his predecessors death in 1202 until his resignation in 1210 [Knowles, *Heads* I, p. 138]. Prior John of Nostell Priory was probably elected c. 24 July 1208 and he died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. There were further disagreements between Nostell Priory and Meaux regarding the payment of legal costs and violence [*Ltrs Innocent III*, nos. 886-87]. Another agreement between the abbey and the priory was challenged by Simon de Apulia, Dean of York, who said the appropriate amount was 10*m* and the entire agreement was renegotiated at least once in May 1281 [nos. 708, 1211].

708. Notification by S. dean and chapter of York to the abbots of Wardon and St Albans and the prior of Ramsey that whilst the abbot and prior, acting on a papal mandate, heard the dispute between the monks of Meaux and the canons of St Oswald, concerning tithes for land in Wharram [le Street], belonging to a prebend in York, the dean and chapter have appealed the decision to the pope because they believe that for 20 years the monks have paid the canons 10*m* for the ancient tithes, as contained in a chirograph, and that the decision reached is prejudicial to York. f97r/p. 233

[February 1195 x 13 April 1214, possibly before 29 June 1209 or 5 December 1249 x 23 July 1256]

Rubric: Carta S. decani Ebor'.

Venerabilibus viris abbati de Ward' et sancto Albano et de Ram' prioribus, S. decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Ebor' eternam in Domino salutem. Audivimus vos suscepisse mandatum domini pape ut audiatis causam que vertitur inter monachos de Melsa et canonicos de sancto Osuualdo de Nostl' super quibusdam decimis que pertinent ad quandam prebendam ecclesie nostre et quid satis nobis constat quod predicti canonici multo tempore pacifice possederunt predictas decimas antequam predicti monachi aliquam terram haberent in villa de Warrum unde prebenda controversia est et quod predicti monachi per viginti annos solverint predictis canonicis decem marcas nomine decimarum illarum sicut in eorum cirographo continetur. Nos ne aliquid statuatur in preiudicium ecclesie nostre ad dominum papam appellamus et appellationem nostram vobis innovamus. Valete. [*f97v*]

Note: Date based on Simon de Apulia and Sewal de Boville, deans of York. Simon de Apulia was accepted as dean of York February 1195 and served until his election as Bishop of Exeter before 13 April 1214 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 9]. The predecessor of Sewal de Boville was consecrated bishop of Durham on 5 December 1249 and Sewal de Boville first occurred as dean 6 November 1252; Sewal was consecrated archbishop of York 23 July 1256 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 11]. If this document was from Simon de Apulia it may have instigated the negotiations concluded on 29 June 1209 agreeing on a sum of 2*m* thus providing the latest date for this document [no. 707]. If this document was from Sewal de Boville then it suggests that the agreement

had already been renegotiated between 1209 and July 1256. A sum of 30*s* was mentioned in an agreement dated either 4 July 1209 or more likely 11 November 1209 [no. 1211]. The agreement was again renegotiated in May 1281 when the agreed sum was 50*s* [no. 1211].

709. Agreement between Abbot Robert and the monastery of St Mary's Alnwick [Northumberland] and Prior Richard and the convent of St Oswald, appropriators of the church of the parish of Bamburgh, Durham diocese, resolving the quarrel between the parties concerning two parts of all tithes, real and personal and mixed deriving from the demesnes of Tuggal and Newham [Northumberland]. With the assent of R[ichard Fox] bishop of Durham, the abbey relinquishes its claims to Nostell, in exchange for an annual rent of 100*s*. If the prior and convent are in arrears the abbot and monastery may distrain the lands and tenements of St Oswald's in Fleetham [Northumberland] and the monastery gives a bond of 100*li*. f97v/p. 234

2 January 1497

Rubric: [*none*].

Hec indentura facta inter Robertum abbatem monasterii beate Marie de Alnewike ordinis Premonstraten' Dunelm' diocesis et eiusdem loci conventum ex una parte et Ricardum priorem monasterii sancti Oswaldi de Nostell' ordinis sancti Augustini Ebor' diocesis et eiusdem loci conventum ecclesiam parochialem de Baumburgh Dunelm' diocesis in proprios usus obtinentes ex altera parte testatur quod cum nuperime inter partes predictas de et super iure ac perceptione duarum partium omnium decimarum tam realium quam personalium et similiter mixtarum proveniencium de dominiis de Tughall et Newham infra parochialem de Baumb' predictam existentium, quas predicti abbas et conventus de Alnewike ut in iure ecclesie sue de Alnewike clamant et vendicant ut portionem ecclesie eorum ab antiquo spectantem et unde lis et materia litis et discordie inter partes predictas vertebantur, tamen amicorum partium earumdem tractatu interveniente pro bono pacis litium amfract' expensasque in ea parte cupiente de expresso consensu pariter et assensu reverendissimi in Cristo patris et domini domini R. Dunelm' episcopi ac omnium aliorum et singulorum quorum intererat seu interesse habere poterit quomodolibet in hac parte lis et discordie predicte conquieverunt in hunc modum ac compositio inter easdem partes superinde pro perpetuis temporibus futuris pro eis et eorum successoribus duraturis habita existit modo qui sequitur: videlicet quod predicti abbas et conventus de Alnewike pro se et successoribus suis per presentes concedunt prefatis priori et conventui monasterii sancti Oswaldi de N. et successoribus suis quod quidem prior et canonicis sancti Oswaldi de N. et successores sui imperpetuum habebunt sibi et successoribus suis inperpetuum portionem et decimam predictas absque interuptione seu calumpnia predictorum abbatis de Alnewike et successorum suorum imperpetuum et eisdem priori et conventui monasterii sancti Oswaldi de Nostell' et successoribus suis iidem abbas et conventus de Alnewike pro se et successoribus suis portionem et decimam illas ac omninomodas alias decimas et decimarum portiones in predictis villis provenientes per presentes concedunt et ulterius iidem abbas et conventus de Alnewike pro se et successoribus suis imperpetuum per presentes relaxaverunt et remiserunt prefatis priori et conventui monasterii sancti Oswaldi de N. et successoribus suis imperpetuum totum ius suum, titulum et interesse que habent de et in portione et decima predictis et qualibet inde parcella necnon in aliis decimis et portionibus decimarum quibuscumque infra villas predictas provenientibus sive qualitercumque emergentibus. Et quod iidem prior et conventus monasterii sancti Oswaldi de N. et successores suis imperpetuum libere, quiete et pacifice occupabunt, percipient et habebunt imperpetuum omnes et omninomodas decimas tam reales quam personales et mixtas in omnibus campis, terris, prediis in

predictis villis de Tughall et Newham provenientes et eisdem adiacentes sive eisdem qualitercumque pertinentes sive fuerint de terris dominicalibus sive aliunde de provenientibus absque aliqua interuptione predictorum abbatis et conventus vel successorum suorum sive eorum firmariorum, servientium seu tenentium pro quibus concessionibus, remissionibus et aliis premissis predicti prior et conventus pro se et successoribus suis concedunt per presentes prefatis abbati et conventui de Alnewike et successoribus suis imperpetuum quemdam annualem redditum sive annuitatem centum solidorum annuatim eisdem abbati et conventui et successoribus suis infra monasterium de Alnewike predict' ad duos anni terminos, videlicet ad festa sancti Martini in yeme et Pent' per equales portiones sive infra xl. dies quodlibet festorum illorum proxime et inmedietate sequentes solvend'. Et si ac quotiens contingat predictam annuitatem sive annualem redditum centum solidorum aretro fore in parte vel in toto post aliquem terminum predictorum terminorum quo solvi debeat non solutam tunc et totiens bene licebit prefatis abbati et conventui et eorum successoribus in omnibus terris et tenementis ipsorum prioris et conventus in Fletham infra parochiam de Baumb' in dicto comitatu Northumbr' interesse et distringere distrinctionesque sicut capt' abducere, effugare et penes se retinere quosque de dicta summa et eius arreragiis si que fuerunt unacum dampnis et expensis per dictos abbatem et conventum de Alnewike atque successores sui pro tempore existentes ea occasione habita et sustentata si que fuerint plenarie fuerunt satisfacte et persolute. Et predicti abbas et conventus concedunt per presentes quod ipsi citra festum Pasche proxima futurum obligabunt se et successores suos prefatis priori et conventui et successoribus per suum scriptum obligatorium sub sigillo suo communi sigillatum in summa centum librarum solvend' dominis priori et conventui seu eorum successoribus si predictam conventionem seu concordiam in aliquo non observaverunt. In quorum omni testimonium prefati abbas et conventus uni parti huius indenture penes predictos priorem et conventum monasterii sancti Oswaldi de Nostell' et successores suos remanente sigillum suum commune apposuerunt, alteri vero parti et cetera predicti prior et conventus sigillum suum commune apposuerunt. Dat' secundo die Januarii anno regni regis H. vij xij°. [*later hand* 1496] [*f98r*] [*The next folio is missing pp. 235-6*]

Note: The tithes had been a problem between Alnwick and Nostell in the 13th century as well. See no. 908. This document was copied by other than Scribe A or Scribe B [see Chapter V].

Note for nos. 710-15, 718, 719. Note pedigree provided below and based on references mentioned here. Adam (II) de Reineville was the son of William de Reineville and Cecily [*EYC* III, p. 249]. He was the steward of Robert (II) de Lacy during the period 1177-1193 and constable to Roger de Lacy from 1193-1211 [*EYC* III, p. 249; *Ctl. Pontefract* 1, p. 317]. Adam (II)'s eldest son Thomas was dead by 7 December 1218 when Adam (II) granted dower rights to Thomas' widow [*Yorks F. 1218-1231*, p. 9n]. Adam (II) was dead by 29 April 1229 when his grandson Adam (III) son of Thomas made a fine with John de Lacy [*Yorks F. 1218-1231*, p. 130]. The documents issued by Adam (II) de Reineville which follow can thus be dated to as early as 1177 and as late as 29 April 1229. Adam (II) held four parcels of land in Pontefract which he granted to Henry son of Matilda and Alexander the clerk of Methley [nos. 710-13]. Adam (III) de Reineville was still active as late as 20 January 1240-41 [*Yorks F. 1232-1246*, p. 101]. Adam (II) or Adam (III) granted these parcels of land to Nostell Priory which establishes the latest possible date of 27 September 1237 for the grants which follow [no. 714]. During the rule of Prior John Nostell Priory granted all of the land first to Walter of Glentham and subsequently to the Knights Hospitaller [no. 719].

William
de Reineville
m. ----------> |--> Adam (II) ----------> Thomas
Cecily
m. ----------> Adam (III)
?

710. Grant with warranty by Adam (II) de Reineville to Henry son of Matilda of half a toft in Southgate, Pontefract that was Giles' [described], rendering annually to Adam 16*d.* For this Henry gave Adam 4*s* sterling. f98r/p. 237

[1177 x 29 April 1229]

Rubric: Hic incipiunt carte de Pontefracto. Carta Ade de Reinevilla.

Sciant presentes et futuri quod ego Ada [*sic*] de Reinevilla dedi et concessi et hac mea presenti carta confirmavi Henrico filio Matild[is] et heredibus suis unum dimidium toftum in Pontefr', scilicet in Sutgata quod fuit Gile: videlicet quod iacet inter toftum quod fuit Roberti de Stapeltona et toftum Eve de Dai; tenendum de me et heredibus meis in feodo et hereditate libere et quiete et honorifice, reddendo annuatim michi et heredibus meis xvj. denarios pro omni servitio et seculari exactione, scilicet viij[to] denarios ad Pentec' et octo denarios ad festum sancti Martini. Et predictus Henricus dedit michi de recognitione predicte terre quatuor solidos sterlingorum. Ego vero Ada[a] et heredes mei warantizabimus prenominatum dimidium toftum prefato Henrico et heredibus suis contra omnes homines. Hiis testibus, et cetera.

[a] *sic*

Printed: *EYC* III, no. 1575 dated 1180-1200.

Note: Date based on Adam (II) de Reineville, see note preceding. Nothing is known of Henry son of Matilda. Giles also held a messuage of Adam (II) de Reineville which Adam (II) granted to Alexander the clerk of Methley [no. 711]. The half toft mentioned here was granted by Adam (II) to Nostell Priory [no. 714].

711. Grant with warranty by Adam (II) de Reineville to Alexander the clerk of Methley of 2 messuages of land in Pontefract [described], namely one messuage which Henry son of Matilda held of him and the other which Giles held of him, rendering annually to Adam 32*d* of silver. f98r/p. 237

[1177 x 29 April 1229]

Rubric: Carta Ade de Reinevilla.

Sciant presentes et futuri quod ego Adam de Reinevilla dedi et concessi et hac mea carta confirmavi Alexandro clerico de Medeleia et heredibus suis duo mesagia terre in Pontefr': scilicet illud mesagium quod Henricus filius Matild[is] tenuit de me et illud mesagium quod Gile tenuit de me, videlicet inter domum Herveii filii Kaskini et domum Willelmi filii Hugonis; pro homagio suo et servitio, tenenda de me et heredibus meis in feodo et hereditate, libere et quiete et honorifice, reddendo annuatim ille et heredes sui mihi et heredibus meis xxxij. denarios argenti pro omni servitio et exactione: scilicet ad Pentec' xvj. denarios et ad festum sancti Martini xvj. denarios. Et ego et heredes mei warantizabimus hec predicta mesagia terre prefato Alexandro et heredibus suis contra omnes homines. Hii<s> et cetera.

Printed: *EYC III*, no. 1576 dated 1180-1200.

Note: Date based on Adam (II) de Reineville, see note preceding no. 710. The land which Henry son of Matilda had held was probably that in Southgate [no. 710]. This land was granted by Adam (II) de Reineville to Nostell Priory [no. 714].

712. Grant with warranty by Adam (II) de Reineville to Alexander the clerk of Methley of a toft in Southgate, Pontefract [described], namely the toft William Barnefader held of him and which William sold to Alexander, rendering annually to Adam 2*s* 6*d.* f98r/p. 237

[1177 x 29 April 1229]

Rubric: Carta Ade de Reinevilla.

Sciant presentes et futuri quod ego Ad[am] de Reinevilla concessi et hac presenti carta mea confirmavi Alexandro clerico de Medelai et heredibus suis unum toftum in Pontefracto in Suthgate: illum scilicet qui iacet inter domum Wegge et domum Willelmi Parmenter; quod toftum Willelmus Barnefad[er] de me tenuit et

predicto Alexandro vendidit, tenendum de me et de heredibus meis in feodo et hereditate, libere et quiete et honorifice, pro duobus solidis et sex denariis annuatim reddendis pro omni servitio hiis terminis, quindecim denariis <ad Pentec'>[a] et quindecim denariis ad festum sancti Martini. Hanc autem terram ego et heredes mei warantizabimus predicto Alexandro et heredibus suis contra omnes homines. Hiis, et cetera.

[a] interlined from the margin

Printed: *EYC*, 3, no. 1578 dated 1180-1200.

Note: Date based on Adam (II) de Reineville, see note preceding **no. 710**. Adam (II) de Reineville granted this land to William Barnefader **[no. 713]** and later granted it to Nostell Priory **[no. 714]**.

713. Grant with warranty by Adam (II) de Reineville to William Barnefader of a toft in Southgate, Pontefract [described], rendering annually to Adam 2*s* 6*d*. f98r/p. 237

[1177 x 29 April 1229]

Rubric: Carta Ade de Reinevilla.

Sciant presentes et futuri quod ego Adam de Reinevilla dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo Barnefader et heredibus suis unum toftum in Pontefracto in Suthgate: illum scilicet qui iacet inter domum Wegge' et domum Willelmi Parmenter; tenendum de me et de heredibus meis in feodo et hereditate, libere et quiete et honorifice, pro duobus solidis et sex denariis annuatim reddendis hiis terminis, quindecim denariis ad Pentec' et xv. denariis ad festum sancti Martini. Hanc autem terram ego et heredes mei warantizabimus predicto Willelmo et heredibus suis contra omnes homines. Hiis testibus et cetera.

Printed: *EYC III*, no. 1577 dated 1180-1200.

Note: Date based on Adam (II) de Reineville, see note preceding **no. 710**. This was the land which Adam (II) de Reineville granted to Alexander the clerk of Methley **[no. 712]**. This land was granted to Nostell Priory **[no. 714]**.

714. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Adam (II) de Reineville of 2 messuages of land in Pontefract [described], namely one which Henry son of Matilda held and the other which Gile held, and a toft in Southgate, Pontefract, which William Barnefader held, and half a toft in Southgate Pontefract which Gile held. f98r/p. 237

[1177 x 29 April 1229]

Rubric: Carta Ade de Reinevilla.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris Adam de Ranavilla eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me, pro salute anime mee et pro animabus antecessorum et successorum meorum, dedisse, concessisse, et hac mea presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nost' et canonicis regularibus ibidem Deo servientibus, in liberam et puram et perpetuam elemosinam, duo mesuagia terre in Pontefracto illud scilicet mesagium quod Henricus filius Matild[is] tenuit de me et illud mesagium quod Gile tenuit de me, videlicet inter domum Hervei filii Kaskini et domum Willelmi filii Hugonis, et preterea unum toftum in Suthgate: illud scilicet quod iacet inter domum Wegge et domum Willelmi Parmenter, quod toftum Willelmus Barnefad[er] de me tenuit; et preterea unum dimidium toftum in eadem villa: scilicet in Suthgate, quod fuit Gile, scilicet quod iacet inter toftum quod fuit Roberti de Stapelt' et toftum Eve de Day, libera et quieta ab omni servitio et seculari exactione. Et ego Adam et heredes mei warantizabimus predicte ecclesie sancti Osuualdi et canonicis eiusdem loci totam predictam terram, cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis, ubique et contra omnes homines. Ut autem hec mea donatio perpetuis temporibus rata maneat et inconcussa presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus, et cetera.

Printed: *EYC III*, no. 1579 dated 1180-1200.

Note: Date based on Adam (II) de Reineville, see note preceding **no. 710**. The land described here was described in separate documents **[nos. 710-13]**. This land was granted by Prior John first to Walter of Glentham and later to the Knights Hospitallers **[nos. 715, 719]**.

715. Grant with warranty by Prior J[ohn] and the convent to Walter of Glentham of all the land in Pontefract which Adam (II) de Reineville granted to the convent [described], rendering annually 5*s* 2*d* of silver. ff98r-v/pp. 237-38

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta I. prioris concessa Waltero de Glentham.

Omnibus has literas visuris vel audituris I. prior et conventus sancti Osuualdi de Nostl' salutem. Noverit universitas vestra nos dedisse et concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Waltero de Glentham et heredibus suis pro homagio et servitio suo totam terram illam cum suis pertinentiis quam Adam de Ranavilla nobis dedit in villa Pontisfracti: unum scilicet mesagium quod Henricus filius Matilde tenuit de predicto Ada; et preterea unum dimidium toftum et aliud mesagium quod Gile tenuit de eodem Ada quod mesagium iacet inter domum Hervei filii Kaskini et do[*f 98v*]mini Willelmi filii Hugonis; et preterea unum toftum in Suthgate, illud scilicet quod iacet inter domum Wegge et domum Willelmi Parmentarii quod toftum Willelmus Barnefader tenuit de predicto Ada; et preterea unum dimidium toftum in eadem villa Pontisfracti scilicet in Suthgate quod fuit Gile, scilicet quod iacet inter toftum quod fuit Roberto de Stapelt' et toftum Eve de Day; habenda et tenenda de nobis in feodo et hereditate libere et quiete et pacifice, reddendo inde nobis annuatim ille et heredes sui quinque solidos argenti et duos denarios ad duos terminos, medietatem scilicet ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini, pro omni servitio et seculari exactione. Et nos warantizabimus predictam terram cum suis pertinentiis predicto Waltero de Glentham et heredibus suis contra omnes homines. Predictus vero Walterus tactis sacrosanctis iuravit pro se et heredibus suis habituros se fideliter erga nos de predicta terra et quod predictam firmam predictis terminis apud sanctum Osuualdum persolvent. Ut autem hec nostra donatio et confirmatio rata maneat et inconcussa presens scriptum sigilli nostri appositione roboravimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rule of Prior John. John was probably elected prior of Nostell Priory c. 24 July 1208 and died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. The land granted by Adam (II) de Reineville was described above **[nos. 710-13]**. The land was granted by Nostell Priory to the Knights Hospitallers **[no. 719]**.

716. Grant in free, pure and perpetual alms by Morand de Turi and his wife Sybil of all their land in Pontefract which master Robert the doctor [*medicus*] held of them, in default of warranty rendering annually 2*s*. f98v/p. 238

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Morandi de Turi.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Morandus de Turi et uxor mea Sibilla dedimus et concessimus et hac nostra carta[a] confirmavimus Deo et ecclesie sancti Osuualdi et canonicis ibidem Deo servientibus terram illam in Pontefracto quam magister Robertus medicus tenuit de nobis, in liberam et puram et perpetuam elemosinam. Et volumus ut hec nostra elemosina sit ita libera et quieta sicut aliqua elemosina liberior et quietior esse solet. Et si forte hanc terram eis warantizare non poterimus, nos et heredes nostri persolvemus

eis annuatim duos solidos ad duos terminos, duodecim videlicet denarios ad Pentec' et xij. denarios ad festum sancti Martini. Hiis testibus, et cetera.

[a] ms *nostra carta nostra*

Printed: *EYC III*, no. 1580 dated 1180-1185.

Note: Date based on occurrence of Morand de Thuri. Morand de Thuri occurred c. 1180 x 1193 [*EYC* III, no. 1513]. The endowment consists of 16[1/2] acres of land in Dunsley [South Kirkby parish] which was described in the grant by Morand de Thuri to Robert de Lindrick who paid 20*s* for the transaction and agreed to the annual payment of 2*s* as indicated here [**no. 137**]. The description of the property as 'Pontefract' probably refers to the honour of Pontefract rather than the town.

717. Acknowledgement by master Robert de Behetlehe the doctor [*medicus*], that he should render annually 2s to the prior and convent for the land in Pontefract he held of Morand de Turi. f98v/p. 238

[late 12[th] x early 13[th] centuries]

Rubric: Carta magistri Roberti de Behetlehe.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego magister Robertus de Behetlehe medicus et heredes mei debemus annuatim reddere Deo et ecclesie sancti Osuualdi et canonicis ibidem Deo servientibus duos solidos, scilicet duodecim denarios ad Pentec' et duodecim denarios ad festum sancti Martini, pro terra quam ego tenui de Morando de Turi in Pontefr' et idem Morandus eisdem canonicis in liberam elemosinam dedit. Hiis et cetera.

Printed: *EYC III*, no. 1581 dated 1180-1185.

Note: Date based on grant by Morand de Thuri, see **no. 716** for dating. See notes for **nos. 137** and **716** for description of the endowment.

718. Sale with warranty by William son of Alexander of Knottingley of the part of his land called Milnecroft in Knottingley [boundaries described], rendering annually to William 6*d*. For this the prior and canons gave William a sum of money. f98v/p. 238

[12[th] x 13[th] centuries, before 1264]

Rubric: Carta Willelmi filii Alexandri de Cnottingl'.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Willelmus filius Alexandri de Cnottingl' eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me concessisse, vendidisse et hac mea presenti carta confirmasse priori et conventui sancti Osuualdi de Nostl' quamdam partem terre mee quam tenui in villa de [N *dotted for deletion*] Cnottingl' in loco qui vocatur Milnecroft, videlicet de acris duabus quas ibidem hereditarie possedi versus capud quod buttat super viam regiam et continet in se longitudinem quinque perticatarum et latitudinem quatuor perticatarum ad edificand[am] aut de ea pro voluntate sua disponend' absque alicuius contradictione sine impediemento, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis sex denarios ad duos anni terminos, videlicet tres denarios ad Pentec' et tres denarios ad festum sancti Martini in yeme, pro omni seculari servitio, exactione, secta curie aut demanda. Pro hac autem concessione et confirmatione dederunt mihi dicti prior et conventus quamdam summam pecunie de qua contentum me tenui. Ego vero et heredes mei dictam terram cum libero introitu et exitu et edificiis in ea edificatis sive edificandis atque omnibus suis pertinentiis contra omnes homines, dotes et impignorationes warantizabimus, adquietabimus et defendemus. Si forte quod absit contigerit me vel heredes meos dictam terram sepedictis priori et conventui non posse prout predictum est warantizare vel defendere dabimus eis escambium in propinquiori terra quam habemus in prefata villa de Cnottingl' ad valorem tam terre quam edificiorum per visum legalium virorum sine ulla

contradictione. Ut autem hec mea concessio, venditio et confirmatio robur firmitatis optineat presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Nothing is known of William son of Alexander of Knottingley and he does not appear elsewhere in the Cartulary.

719. Grant in the form of a chirograph by Prior John and the convent to the Brothers of the Hospital of Jerusalem [Knights Hospitallers] of all the land in the fee of Adam (II) or Adam (III) de Reineville in Pontefract which Walter de Glentham held of the canons, rendering annually to the canons 6*s* 8*d*. The canons reserve the right of distraint. f98v/p. 238

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta Iohannis prioris concessa fratribus hospitalis.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Iohannes prior et conventus de sancto Osuualdo de Nostl' salutem eternam in Domino. Noverit universitas vestra nos concessisse et presenti carta confirmasse fratribus hospitalis Ierl'm totam terram quam Walterus de Glentham de nobis tenuit de feodo Ade de Reynevilla in Pontefracto et eis dedit, reddendo nobis inde annuatim apud sanctum Osuualdum sex solidos et octo denarios pro omni servitio et demanda ad nos pertinente, medietatem scilicet ad festum sancti Martini et aliam medietatem ad Pentec'. Si autem predicti fratres predictam firmam ad predictos terminos plenarie non solverint licebit nobis tenentes predicte terre sine ulla eorum contradictione vel calumpnia ibidem distringere. Et in huius rei testimonium tam nos quam prior eorum huic scripto in modum cyrographi confecto sigilla nostra apposuimus. Teste tam nostro quam eorum capitulo. [*f99r*]

Note: Date based on the rule of Prior John. Prior John was probably elected c. 24 July 1208 and died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. It is not possible to tell which Adam de Reineville granted this land [Adam (I) or his grandson Adam (II)] and thus the date can only be based on the rule of Prior John [see note preceding **no. 710**]. The land mentioned here was conveyed to Walter de Glentham during the rule of the same Prior John [**no. 713**].

720. Grant with warranty by John de Vescy to John Clerkheued of 2 shops/stalls [*seldas*] in Pontefract, namely at the meat-market [*macellum*] below the chapel of St Helen, rendering annually to John de Vescy 6*d*. f99r/p. 239

[1253 x 1264]

Rubric: [*none*].

[O]mnibus sancte matris ecclesie filiis presens scriptum visuris vel audituris Iohannes de Vesci eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Iohanni Clerkheued duas seldas in villa de Pont[e]fr', illas scilicet quas habui ad macellum sub capella beate Elene; tenend' et habend' dicto Iohanni et heredibus suis vel cuicumque eas assignare voluerit libere, quiete, pacifice et honorifice cum omnibus libertatibus et asiamentis ad tantum tenementum pertinentibus infra dictam villam et extra, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis sex denarios ad festum sancti Martini in yeme tantum pro omni servitio seculari, secta curie, exactione et demanda. Ego vero et heredes mei dictas seldas cum omnibus pertinentiis suis dicto Iohanni et heredibus suis vel cuicumque eas assignare voluerit contra omnes homines, dotes sive impignorationes warantizabimus, adquietabimus imperpetuum et defendemus. Et ut hac mea donatio, concessio et confirmatio robur firmitatis optineat presenti scripto sigillum meum duxi apponend'. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on John de Vescy and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. John de Vescy inherited his father William's estates after 1253 [*Yorks Inq.* 2, p. 83n]. John de Vescy was dead by 2 April 1289 [*Yorks Inq.* 2, pp. 81-83]. John Clerkheued was the nephew of John de Vescy [**no. 784**]. John Clerkheued eventually granted this land and other land he held to Nostell Priory [**nos. 782, 784, 1143**]. Robert Clerkheued, probably his father, was a tenant of John of Shafton and was still alive as late as 28 October 1226 [*Yorks F. 1218-1231*, p. 69, also see no. 506].

721. Quitclaim with warranty by Robert son of Adam of Bingley to Richard of Northorpe of Mirfield of all right and claim to the messuages in Pontefract which were once of his father Adam and which Richard held as a gift from Robert. f99r/p. 239


Priory of St Oswald, 15 April 1340

Rubric: [*none*].

[O]mnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Robertus filius Ade de Bylvyngleve salutem in Domino sempiternam. Noveritis me concessisse, remisisse et omnino de me et heredibus meis imperpetuum quietum clamasse Ricardo de Northorp de Murfeld' heredibus et suis assignatis totum ius et clameum quod habui vel aliquo modo habere potui in omnibus illis mesuagiis cum suis edificiis et tenementis, que quondam fuerunt predicti Ade patris mei in villa de Pontefracto et que predictus Ricardus habuit ex dono et concessione mea cum omnibus suis pertinentiis in villa predicta. Ita quod nec ego predictus Robertus nec heredes mei nec aliquis nomine nostro in predictis mesuagiis seu tenementis cum suis pertinentiis aliquid iuris vel clamei de cetero exigere poterimus vel vendicare, sed ab omni actione et calumpnia simus exclusi in perpetuum. Et ego predictus Robertus et heredes mei omnia predicta mesuagia et tenementa cum suis pertinentiis predicto Ricardo heredibus et suis assignatis contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cuius rei testimonium huic presenti scripto quietete [*sic*] clamationis sigillum meum apposui. Hiis testibus Ricardo de Fetherstan, Willelmo filio Willelmi de Preston', Iohanne de Walton', Iacobo de Crofton', Henrico de Walton' et aliis. Dat' apud prioratum de sancto Oswaldo de Nostellis septiodecimo kalendas Maij anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo. [*f99v*]

Note: Richard de Northorpe of Mirfield granted this land to Nostell Priory and the confirmation by King Edward III's escheator described the land as 5 shops and 3s rents in Pontefract [**no. 481**]. Richard of Featherstone, a witness here, occurred elsewhere in the Cartulary [**nos. 448, 749, 752**]. William son of William of Preston [Purston Jaglin] was a descendant of the William (I) of Preston who occurred in the charter which follows. This document was copied by a Scribe other than A or B [see Chapter V].

Note for **nos. 722-27.** Refer to pedigree, based on these charters and references cited, which follows this note. William (I) son of Robert of Preston [Purston Jaglin] held a knight's fee of Henry (I) de Lacy in 1166 [*EYC* III, no. 1508]. William (I) of Preston occurred as late as 1172 x 1181 [*EYC* III, no. 1680]. He married twice: first Basilda and after her death Aldid [**no. 722**]. His son Henry predeceased William (I) and Henry was probably dead by 1165 x 1175 when the monks of Pontefract had 'received the soul' of Henry [*EYC* III, no. 1598]. The documents do not reveal which of William's wives was the mother of the two children, Henry and Isolda, who figure in this Cartulary. The heir of William (I) was his daughter Isolda of Preston who was also a benefactor of Nostell Priory [**nos. 724-27, 879, 880**]. A parcel of land granted by Isolda's son William (II) was subsequently leased by Prior John of Nostell Priory thus establishing the latest date for Isolda daughter of William (I) and an active adult life of William (II) as c. 27 September 1237 [**nos. 881, 882**]. William (II) was married to Emma who quitclaimed her dower right to her husband's grant to Nostell Priory [**no. 880**]. It is difficult to separate William (II) from William (III) and a possible William (IV) and the range of occurrences for 'William of Preston' [or Purston] were from the beginning of the rule of Prior John [c. 24 July 1208-27 September 1237] through 20 November 1264 and as late as 24 November 1287 [*Yorks Inq.* 1, pp. 99, 114; *Yorks Inq.* 2, pp. 50, 72]. Hugh of Horton, grandson of Isolda daughter of William (I), occurred with either William (III) or William (IV) in a suit in 1251 [*EYC* III, p. 267]. Isolda also had another son Robert of Beeston, a benefactor of Nostell Priory, whose adult life can be compared to her other children as c. mid-13th century [**no. 1240**].



722. Agreement between the prior and convent and William (I) son of Robert of Preston whereby William (I) may have a chantry in his chapel of Purston [Jaglin], saving the right of the mother church of Featherstone. For this William (I) grants to the chapel and chaplain, for sustenance, 2 bovates of land which were of Godric Faldinc and 15 acres of land in his demesne. William (I) grants to the church and canons of St Oswald half a bovate of land and eight acres of land in Hardwick [described]. The chaplain will be appointed by the prior with the counsel of William (I). William (I) grants that the canons may have pasturage for their sheep in Purston [Jaglin]. The men of Purston [Jaglin] must attend the mother church of Featherstone on certain feast days [described] and the small tithes will be appropriated to the chapel after the death of Godfrey the priest. William (I) confirms 14 acres of land [described] and all the land which his father gave the canons and all the boundaries which the canons had on the day of the Assumption when King Henry [II] son of the Empress Matilda went on expedition to Toulouse [1159]. William (I) will acquit episcopal dues and grants in pure and perpetual alms to the chapel a bovate of land [described] to maintain a deacon to serve at the church for the soul of his son Henry and his parents. f99v/p. 240

[late 12th century, after 21 May 1159]

Rubric: Hic incipiunt carte de Prestona. Conventio inter canonicos sancti Oswaldi et Willelmum de Prestona.

Notum sit omnibus sancte ecclesie filiis quod hec est conventio inter canonicos ecclesie sancti Osuualdi de Nostlat et Willelmum filium Roberti de Prestona. Quod prior et totus conventus eiusdem ecclesie concesserunt eidem Willelmo cantum in capella sua de Prestona, salvo iure matris ecclesie de Federstan. Pro hac concessione dedit et concessit idem Willelmus capelle et capellano duas bovatas terre ad sustentationem, que fuerunt Godric Faldinc; et preter hoc quindecim acras terre, que fuerunt de suo dominio; ecclesie etiam sancti Osuualdi et canonicis ibidem Deo servientibus, dimidiam bovatam terre in Herdvic et octo acras terre, duas videlicet inter culturas canonicorum et sex iuxta domum Thurberti de Herdwic. Hec autem conventio inter Willelmum et canonicos confirmata est imperpetuum, si tamen ipse Willelmus et heredes sui erga canonicos legitime se habuerint. Hoc etiam sciendum est quod predicte capelle ponetur capellanus per manum prioris et consilio predicti Willelmi. Ipse etiam Willelmus prefatis canonicis pascua de Prestona ad oves suas concessit. Homines etiam de Prestona venient ad matricem ecclesiam de Federstan cum oblationibus suis in die Parasceve et in die Pasche et in die Natalis Domini et in Purificatione et festivitate Omnium Sanctorum; et si panem vel caseum vel butirum et cetera que non pertinent ad decimam detulerint mulieres ad capellam capellanus post mortem Godefridi presbiteri ea suscipiet ad usus suos proprios. Cetera omnia a[r]bitrio predictorum [cap *dotted for deletion*] canonicorum disponentur. Preterea confirmat etiam idem Willelmus xiiij. acras terre iuxta domum Girardi, et omnem terram quam pater eius et ipse dederunt prefate ecclesie, et omnes divisiones et in bosco et in plano quas habuerunt canonici in die Assumptionis sancte Marie quando rex Henricus filius Matild[is] imperatricis in expeditione fuit apud Tholosam. Episcopalia etiam iura adquietabit Willelmus, salva pace matris ecclesie de Federstan. Preterea prefatus Willelmus dedit in puram et

perpetuam elemosinam predicte capelle unam bovatam terre ad sustentationem i. diaconi imperpetuum qui serviet semper in eadem ecclesia pro anima Henrici filii eius et omnium parentum suorum, que bovata terre fuit Wlgeti. Huius rei testes sunt, et cetera.

Printed: *EYC III*, no. 1595 dated 1159-c. 1170.

Note: Date based on occurrences of William (I) son of Robert of Preston, see note preceding. This grant was probably time coincident with the document which follows as both describe a bovate of land granted to sustain one deacon at the chapel in Purston [Jagalin] [**no. 723**]. The grant by Robert of Preston to Nostell Priory of 14 acres confirmed here does not survive in the Cartulary. Ernulf of Preston granted a bovate of land in East Ardsley which was confirmed by King Henry I by January 1122; however the grant/land does not reoccur in any of the later royal confirmations unless it was masked as part of the lands and tithes of the church of Featherstone [**nos. 29, 81, 30, B004**]. It is possible that Robert of Preston was a descendant of Ernulf and thus William (I) was confirming the grant of Ernulf. William (I) of Preston's heir was Isolda of Preston who was also a benefactor of Nostell Priory [**nos. 724-27**].

723. Grant in pure and perpetual alms by William (I) of Preston for the souls of his son Henry, his wife [*sponsa*] Basilida, his wife [*uxor*] Aldid, ancestors and heirs, of a *cultura* of land in his demesne [described] in Hardwick and the mill, for this the canons had received his son as a canon. William (I) also gives for the soul of his son Henry a bovate of land in Purston [Jaglin, described] to the chapel of St John the Baptist of Purston [Jaglin] to maintain a deacon to serve there. The canons will accept William (I) as a canon if he wishes, or receive his body for burial with whatever chattels he brings. The canons will also receive for burial the body of his wife Aldid if she chooses. f99v/p. 240

[late 12th century, after 21 May 1159]

Rubric: Carta Willelmi de Prestona.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Willelmus de Prestona do and concedo et hac presenti carta confirmo in puram et perpetuam elemosinam Deo et sancto Osuualdo de Nostla et canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute anime mee et nominatim pro anima Henrici filii mei et pro anima Basilidis sponse[a] mee et anima uxoris mee Aldid et pro animabus omnium antecessorum et heredum meorum, unam culturam terre de meo dominio que est iuxta molendinum predictorum canonicorum inter villam de Herdwic et ipsum molendinum; et canonici receperunt Henricum filium meam in plenum canonicum et pro anima eius unum fecerunt canonicum. Do etiam et concedo, pro anima Henrici filii mei, unam bovatam terre, solutam et quietam ab omni seculari servitio, capelle sancti Iohannis Baptiste de Prestona ad sustentationem diaconi qui serviet predicte capelle: que bovata fuit Wlget hominis mei in Prestona. Et [si] in vita mea ad religionem me conferre voluero, apud sanctum Osuualdum habitum religionis suscipiam; sin autem, cum talibus catallis quibus potero vel legare voluero, in decessu meo apud predictos canonicos corporis mei sepulturam eligo. Similiter prefata uxor mea Aldid apud prefatos canonicos sepulturam[b] corporis sui elegit et se concessit. Huius donationis et concessionis testes sunt: Aldid sponsa mea, et cetera.

[a] ms *sponsee* last e dotted for deletion. [b] ms *sepeulturam* second 'e' dotted for deletion.

Printed: EYC III, no. 1596 dated 1160-c. 1170.

Note: Date based on occurrence of William (I) son of Robert of Preston, see note preceding **no. 722**. This document was probably time coincident with the grant William (I) made of additional lands [**no. 722**].

724. Grant with warranty in pure and perpetual alms in her widowhood by Isolda daughter of William (I) of Preston to the chapel of St John the Baptist of Purston [Jaglin] of all her *cultura* of land above Langelandes [Featherstone, described]. f99v/p. 240

[first half 13th century, before 27 September 1237]

Rubric: Carta Ysolde filie Willelmi de Prestona.

Sciant presentes et futuri quod ego Ysolda filia Willelmi de Prestona in mea legitima viduitate et potestate dedi et concessi et hac mea presenti carta confirmavi in puram et perpetuam elemosinam pro animabus omnium antecessorum et heredum meorum Deo et capelle sancti Iohannis Baptiste de Preston' totam meam culturam terre super Langelandes iuxta viam versus Wenet que cultura buttat super Siretcroft; tenend' et habend' libere et quiete et honorifice; et ego et heredes mei warantizabimus Deo et predicte capelle sancti Iohannis Baptiste de Prestona totam predictam culturam terre in omnibus et contra omnes homines. Hiis [testibus] et cetera.

Note: Date based on occurrences of William (I) son of Robert of Preston and William (II) son of Isolda of Preston, see note preceding **no. 722**. William (I) had an active adult life in the last half of the 12th century and this land had been granted by William (II) son and heir of Isolda during the rule of Prior John of Nostell Priory [**no. 879-881**].

725. Mandate by Isolda of Preston daughter of William the late lord of Purston [Jaglin] to Thomas of Knaresborough to pay annually to the church and canons of St Oswald all the services he paid to her for a bovate of land in Purston [Jaglin] which he held of her, namely an annual rent of 5*s.* f99v/p. 240

[first half 13th century, before 27 September 1237]

Rubric: Carta Ysolde de Prestona.

Omnibus has literas visuris vel audituris Ysolda de Preston' filia Willelmi quondam domini de Preston' salutem in Domino. Noverit universitas vestra me assignasse Thome de Cnaresburc ad faciendum et solvendum annuatim imperpetuum pro anima mea Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus totum servitium quod mihi debuit de illa bovata terre quam tenuit in Prestona de me, videlicet redditum quinque solidorum annuatim cum omni alio servitio mihi ex inde pertinente. Et in huius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding **no. 722** for dating. This document was time coincident with the grant of Thomas of Knaresborough's services to Nostell Priory [**no. 726, 727**]. Isolda had sold land to Thomas in her widowhood [**no. 1213**].

726. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Isolda daughter of William (I) [of Preston] the late lord of Purston [Jaglin], with her body, of all of the services which Thomas of Knareborough owed her for a bovate of land in Purston [Jaglin] which he held of her, namely an annual rent of 5*s.* ff99v-100r/ pp. 240-41

[first half 13th century, before 27 September 1237]

Rubric: Carta Ysolde de Prestona.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Ysolda filia Willelmi quodam[a] domini de Prestona salutem in Domino. Noveritis me dedisse, concessisse et hac mea presenti carta confirmasse Deo et ecclesie [*f100r*] sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum corpore meo totum servitium quod Thomas de Cnaresburc mihi annuatim persolvere consuevit de una bovata terre in Prestona quam de me tenuit, scilicet redditum quinque solidorum annuatim cum omni alio servitio mihi exinde pertinente; tenend' et habend' sibi imperpetuum de me et heredibus pure et pacifice cum omnibus pertinentiis. Et volo et precipio ut hec mea elemosina ita libera sit et pura, sicut ulla elemosina liberior et purior esse potest. Ego vero prefata Ysolda et heredes mei warantizabimus et defendemus totam predictam elemosinam predicte ecclesie et canonicis ubique contra omnes homines imperpetuum. Et in huius rei testimonium presentem cartam sigillo meo corroboravi. Hiis testibus et cetera.

[a] sic for *quondam*

Note: See note preceding **no. 722** for dating. This document was probably time coincident with Isolda's mandate to Thomas of Knaresborough to pay this service of 5*s* to Nostell Priory [**no. 725**].

727. Grant with warranty by Isolda daughter of William (I) [of Preston] lord of Purston [Jaglin], with her body, of a bovate of land in Purston [Jaglin], namely that which Godfrey Cooperto [*sic*] once held of her and then was held of her by Thomas of Knaresborough. f100r/p. 241

[first half 13th century, before 27 September 1237]

Rubric: Carta Ysolde filie Willelmi de Prestona.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Ysolda filia Willelmi domini de Prestona salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti mea carta confirmasse Deo et sancto Osuualdo et canonicis ibidem Deo servientibus cum corpore meo unam bovatam terre in Prestona cum omnibus pertinentiis suis, illam scilicet quam Godefridus Cooperto quondam de me tenuit et post ipsum Thomam de Cnaresburc; tenendam liberam, quietam et solutam de me et omnibus heredibus meis imperpetuum faciendo inde forinsecum servitium domini regis. Et ego Ysolda et heredes mei warantizabimus predictam terram cum pertinentiis predictis canonicis contra omnes homines imperpetuum. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding **no. 722** for dating. Isolda sold this land, as a widow, to Thomas of Knaresborough; Godfrey Cooperto was also known as Godfrey son of Randulf [**no. 1213**].

728. Grant with warranty in pure and perpetual alms by John son of Walter the clerk of Purston [Jaglin] and his wife Sabina of [his man] Jordan son of Henry of Went with his issue and chattels. In default of warranty John will give them 10*li* of silver. f100r/p. 241

[12th century, before 1155 or early 13th century, before 1244]

Rubric: Carta Iohannis filii Walteri clerici.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Iohannes filius Walteri clerici de Preston' et Sabina uxor eius salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos dedisse, concessisse et presentibus cartis nostris confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam Iordanum filium Henrici de Wente cum tota sequela sua et cum omnibus catallis suis sine retenemento. Ita pure et libere quod nec nos nec aliqui heredum nostrorum aliquid iuris vel clamii in predicto Iordano nec in eius sequela seu in eorum catallis unquam nobis aliqua ratione possumus vendicare. Nos vero et heredes nostri predictam donationem contra omnes homines predictis ecclesie et canonicis warantizabimus et defendemus. Et si contigerit quod absit quod nos vel aliqui nostrorum contra hanc donationem aliquo tempore venerimus dabimus fabrice ecclesie nomine pene sancti Osuualdi decem libras argenti antequam eis in aliqua curia respondeamus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on manumission of Jordan by Prior S. of Nostell Priory and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. See note **no. 731** for dating of manumission. Sabina of Purston quitclaimed her dower rights to Jordan of Went [**no. 1212**]. Nothing else is known of the people mentioned.

729. Grant with warranty in perpetual and pure alms by John [Jordan] of Pickburn called de Lisle of [his man] Robert Beupeine son of Herbert of Hessle with all his issue and chattels. f100r/p. 241

[early 13th century, before 1244]

Rubric: Carta Iohannis de Pykeburna.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presentes scriptum pervenerit Iohannes[a] de Pykeburna dictus de Insula salutem. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac mea carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus in perpetuam et puram elemosinam Robertum Beupeiue[b] filium Hereberti de Hesel cum tota sequela sua et cum catallis suis omnibus sine retenemento. Ita pure et libere quod nec ego nec aliquis heres meus aliquid iuris vel clamii in predicto Roberto nec in eius sequela sive in eorum catallis umquam nobis aliqua ratione possumus vendicare. Ego vero predictus Iordanus et heredes mei predictam donationem contra omnes homines predictis ecclesie et canonicis warantizabimus et defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

[a] Probably in error for Jordan [b]possibly *Beupeme* or *Beupeiue* or *Beupine*, etc.

Note: Date based on manumission of Robert Beupeine by Prior 'S[tephen]' of Nostell Priory and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V], see **no. 730** for further dating. The scribe copied John into the rubric and then Jordan in the text as the grantor and John may be the error: the granter maybe Jordan de Lisle who occurred with his brother Adam (I) in 1185 x 1202 [*EYC VI*, no. 145].

730. Grant of manumission in the form of a chirograph by Prior S. and the convent to Robert Beupeine son of Herbert [of Hessle] and all of his issue. For this Robert and his heirs are to render annually 12*d*, penalty payment for default being half a mark. f100r/p. 241

[18 November 1240 x 1244]

Rubric: Carta S. prioris.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit S. prior et conventus de sancto Osuualdo salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos Robertum Beupeine[a] filium Herberti a iugo nativo et conditione servili liberasse et ipsum cum tota sequela sua manumisisse et libertati donasse. Ita quod ipsi perpetuis temporibus liberi erunt et soluti reddendo nobis annuatim xij. denarios tantum, medietatem ad festum sancti Osuualdi et aliam medietatem ad Pascha ille in tota vita sua et heredes sui post ipsum pro recognitione. Quod si a solutione predicte recognitionis annuatim ad predictos terminos solvende se aliquo modo scienter subtraxerint, dabunt nobis singulis annis in quibus hoc evenerit dimidiam marcam in penam sue fraudis. In cuius rei testimonium uni parti istius instrumenti in modo cirographi confecti nos sigillum nostrum et predictus Robertus alteri suum apposuit. Hiis testibus et cetera.

[a] possibly *Beupeme* or *Beupeiue* or *Beupeine*, etc.

Note: Date based on rule of Prior 'S' and the latest entry copied by Scribe A [see Chapter V]. Only two Nostell Priory priors before 1264 have names beginning with 'S': Savard and Stephen. Savard was elected in 1153 and was no longer prior by 1155 [Knowles, *Heads* I, pp. 178, 283]. The predecessor of Prior Stephen was dead 18 November 1240 and Stephen ceded office in 1244 [Smith, *Heads* II, p. 438]. Herbert of Hessle was mentioned having held property of Nostell Priory before 1277 which suggests Stephen as the most likely prior mentioned here [**no. 751**]. Robert Beupeine was granted to Nostell Priory by Jordan de Lisle [**no. 739**].

731. Grant of manumission in the form of a chirograph by Prior S. and the convent to Jordan son of Henry de Went and all of his issue. For this Robert and his heirs are to render annually 12*d*, penalty payment for default being half a mark. ff100r-v/pp. 241-42

[1153 x 1155 or 18 November 1240 x 1244]

Rubric: Carta S. Prioris.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit S. prior et conventus de sancto Osuualdo salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos Iordanum filium Henrici de Wenet a iugo nativo et conditione servili liberasse et ipsum cum tota sequela sua manumisisse et libertati donasse. Ita quod ipsi

perpetuis temporibus liberi erunt et soluti, reddendo nobis annuatim xij. denarios tantum, medietatem ad festum sancti Osuualdi et aliam medietatem ad Pascha ille in tota vita sua et heredes sui post ipsum pro recognitione. Quod si a solutione predicte recognitionis annuatim ad predictos terminos solvende se aliquo modo scienter subtraxerint dabunt nobis singulis annis in quibus hoc evenerit dimidiam marcam in penam sue fraudis. In cuius rei testimonium uni parti istius instrumenti in modum cirographi confecti [*f100v*] nos sigillum nostrum et predictus Iordanus alteri suum apposuit. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rule of Prior 'S' and the latest entry copied by Scribe A [see Chapter V]. Only two Nostell Priory Priors before 1264 have names beginning with 'S': Savard and Stephen. Savard was elected in 1153 and was no longer prior by 1155 [Knowles, *Heads* I, pp. 178, 283]. The predecessor of Prior Stephen was dead 18 November 1240 and Stephen ceded office in 1244 [Smith, *Heads* II, p. 438]. Jordan was granted to Nostell Priory by John son of Walter the clerk of Purston [Jaglin] and his wife Sabina [**no. 728**]. Sabina quitclaimed her dower rights to this man [**no. 1212**].

732. Agreement between the prior and convent and Raymond the clerk, reached as a result of a papal commission by Pope Celestine III directed to Prior H. of Pontefract, P. dean of Aberford and master R. de Sumervill [papal judges delegates], concerning part of the tithes of Purston [Jaglin described], whereby Raymond quitclaims for life to the canons his claim to the tithes of the land in Purston [Jaglin, described], saving the rights of the chapel of St Clement and the church of St Oswald after Raymond's death. Raymond also remits to them all the tithes of sheaves of the demesne of Purston [Jaglin] pertaining to the prebend of St Clement for an annual pension of 15*s* during his lifetime. f100v/p. 242

[14 April 1191 x 8 January 1198]

Rubric: Compositio inter priorem et Robertum[a] clericum.

H. prior de Pont'fr' et P. de Adburford decanus et magister R. de Sumervill' universis sancte matris ecclesie filiis salutem. Noverit universitas vestra causam que vertebatur inter priorem et canonicos sancti Osuualdi et Raim[undum] clericum nobis a Celestino papa iij° commissam super quadam parte decimarum de Preston', scilicet de terris istis xxij. acris quas Adam et Edwinus et Iordanus tenuerunt, et vj. acris inter fossata quas Walterus Croc tenuit, et xij. acris quas Iohannes Nobil' tenuit, et x. acris quas Alexander et W. Barnefader tenuerunt, et terra Willelmi Dispensatoris et nemore nuper fracto et de sarto quod dictur Aslbernerod' in hanc formam personaliter esse sopitam, scilicet quod predictus R. remisit predictis priori et canonicis et quietum clamavit tota vita sua si quid iuris habuit in decimis prenominatarum terrarum salvo iure capelle sancti Clementis et ecclesie sancti Osuualdi post decessum Reimundi. Et preterea remisit eis omnes decimas gabarum de dominio de Prestona ad prebendam sancti Clementis pertinentes tenendas sub annua pensione quindecim solidorum omnibus diebus vite predicti Reimundii hiis terminis, medietatem ad Pentec' et medietatem ad festum sancti Martini. Hanc autem conventionem firmiter et inconcusse tenendam utraque pars in presentia nostra fideri interpositione confirmavit. Et ut ista conventio inviolabiter observetur sigillorum nostrorum munimine corroboravimus. Hiis testibus et cetera.

[a] Probably in error of Reimund.

Note: Date based on rule of Pope Celestine III who was consecrated 14 April 1191 and died 8 January 1198. The prior of Pontefract would have been Hugh who occurred in 1184 and was succeeded by at least 2 September 1201 [Knowles, *Heads* I, p. 24]. The Adam named may have been Adam (II) de Reineville as his tenants, Alexander the clerk of Metheley and William Barnfader, were mentioned, all of whom occurred between 1177 and April 1229 [see **nos. 712-14**].

733. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Thomas the clerk son of Siward of Foulby, with the assent of his son Robert, of a moiety of his pasture which he holds in the fee of William (I) of Preston [described], 4 acres of his land in the same fee [described], the land of William son of Hervey with common land in all places pertaining to his tenure in the same fee. Thomas quitclaims all the land in Foulby which he held of the canons, namely 4 acres with tofts and buildings. f100v/p. 242

[last half 12th century]

Rubric: Carta Thome clerici filii Siwardi.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis qui has literas viderint vel audierint Thomas clericus filius Siwardi de Folebi salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et patris mei et matris mee heredum et omnium antecessorum et successorum meorum et assensu filii mei Roberti et heredis dedisse et concessisse et hac mea presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostlat et canonicis ibidem Deo servientibus medietatem prati mei quod tenui de feodo Willelmi de Prestona illam videlicet medietatem in occidentali parte iacentem versus nemus eorundem canonicorum et quatuor acras terre mee eiusdem feodi iacentes in novo essarto inter viam que ducit apud Pont'fr' et terram Willelmi filii Hervici cum communa in omnibus locis ad tenuram meam eiusdem feodi pertinentibus quantum scilicet ad tantum terre et prati pertinet in liberam et puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam et solutam ab omni servitio et seculari exactione. Et ego et heredes nostre manutenebimus hanc elemosinam nostram et defendemus et warantizabimus predictis canonicis usque et contra omnes homines. Preterea pro Dei amore et salute anime mee totam terram quam de eisdem canonicis in Folebi tenui, scilicet iiij^{or} acras cum toftis et edificiis in liberam et puram et perpetuam elemosinam sepedictis canonicis dedi et de me et de heredibus meis imperpetuum quietam clamavi. Hiis [testibus] et cetera.

Note: Date based on occurrence of William (I) de Preston and William son of Hervey. William son of Hervey occurred as early as 1160 and as late as 1189 and possibly as late as 1196 [*EYC* III, no. 1541; *EYC* II, nos. 667, 701]. William (I) of Preston held a knight's fee of Henry (I) de Lacy in Pontefract in 1166 [*EYC* III, no. 1508]. William (I) occurred as late as 1185 x 1210 [*EYC* III, no. 1632]. The location of the land in 'the fee of William de Preston' was not specified but he held extensive land in Purston Jaglin and in Featherstone. William son of Hervey of Featherstone gave a toft for the vicar of Featherstone and 6 acres of land in Featherstone [no. 1215].

734. Grant by Roger of Preston son of Adam of Preston of his serf [*nativum*] Hugh son of Aylmer of Cames and all his issue. f100v/p. 242

[early 13th century]

Rubric: Carta Rogeri de Prestona.

Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus de Prestona filius Ade de Preston' quietum clamavi de me et heredibus meis venerabilibus viris dominis priori et conventui de sancto Osuualdo de Nostle Hugonem filium Aylmeri de Cames nativum meum et totam sequelam suam. Ita quod nec ego nec aliquis heredum sive assignatorum meorum ius vel clamum decetero possit habere in dictum Hugonem quondam nativum meum vel eius sequelam. Quod ut ratum et stabile imperpetuum permaneat hanc cartam meam sigillo meo signatam eis confeci. Hiis [testibus] et cetera.

Note: Date based on Adam of Preston and Roger son of Adam of Preston. Adam of Preston held a knight's fee of Henry (I) de Lacy in 1166 [*EYC* III, no. 1508]. One of Roger of Preston's married sons was dead by 9 February 1219 and Roger of Preston occurred in 1230 and on 16 July 1234 which suggests that Roger of Preston had an active adult life in the early 13th century [*EYC* III, p. 62; *Yorks F. 1232-1246*, p. 8; *Yorks F. 1218-1231*, p. 102]. Nothing is known of Hugh son of Aylmer of Cames.

735. Grant with warranty by Richard son of Simon Godfrey of Preston of part of his toft in Purston [Jaglin, described] which he held of the canons. For this the prior and canons remit to him 12*d* from his farm of an annual rent of 5*s* which he had rendered to them for that tenement. f100v/p. 242

[last half 13th century]

Rubric: Carta Ricardi filii Symonis Godefray de Prestona.

[O]mnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Ricardus filius Simonis Goddefray de Prestona salutem in Domino. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo quamdam partem tofti mei quam tenui de eisdem in villa de Preston' versus occidentem ad capud ville et continet in se longitudinem quinque perticarum et latitudinem quatuor perticarum ad edificandum in eadem aut de ea pro voluntate sua disponendum absque contradictione vel alicuius impedimento. Pro hac vero donatione et concessione remiserunt mihi dicti prior et conventus duodecim denarios per annum de firma mea de annuo redditu quinque solidorum quos prius eis reddere se solebam pro eodem tenemento. Ego vero dictus Ricardus et heredes mei vel successores mei qualescumque dictam partem terre et tofti cum pertinentiis cum libero introitu et exitu ubique et edificiis in ea edificatis vel edificandis contra omnes homines, dotes et impignorationes dictis canonicis adquietabimus, warantizabimus et defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus Raynero de Ayketon', Mauricio de Fedirstan, Willelmo de Refectorio de eadem, Alano Marscallo, Thoma Coco, Iohanne Clerkeheuid, Willelmo Pistore de Herwic, Gilberto de eadem et aliis. [*f101r*]

Note: Date based on witnesses. John Clerkheued occurred in the middle of the 13th century possible as late as 1289 [nos. 504, 506, 720, 782, 784, 1275]. Rayner of Ackton was the son of Peter of Toulston and held land in Wragby probably in the early 13th century [*EYC* III, pp. 273-4] [nos. 1234, 1235, 1238, 1275]. Rayner of Ackton occurred as a witness with Adam of Preston and Maurice of Featherstone between 6 March 1270 x 15 August 1275 [no. 748]; he was a party in a dispute regarding the tithes of Featherstone on 29 January 1271 [no. 1216]. Simon son of Godfrey held land in Purston Jaglin which was granted to Nostell Priory by Richard Crul and confirmed by Ralph (II) of Featherstone before January 1244 [nos. 743, 744]. This charter was copied by other than Scribe A or B [see Chapter V].

736. Grant by William Metigo son of John Porter of St Oswald to Robert son of Thomas Loncok' of West Bretton and Anabel his wife, and to John, his son by Annabel, of all the messuage with adjacent meadow in East Hardwick near St Oswald [described] which he had from the gift and feoffment of Robert. If John son of Robert dies without a legitimate heir the messuage shall go to his brother Thomas and if similarly he dies without legitimate heir to his brother William. Lacking a legitimate heir of these three brothers the messuage shall go to John Fox son of Robert and Alice Fox and lacking a legitimate heir of John Fox the messuage shall go to John of Beudale, son of the said Robert. If there are no legitimate heirs from any of these men, the messuage shall go the prior and convent of St Oswald to be held of the chief lords of the fee in pure and perpetual alms. f101r/p. 243

[unknown]


Rubric: [*none*].

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus Metigo[a] filius Iohannis Porter de sancto Oswaldo dedi, concessi et hac presenti carta mea indentata confirmavi Roberto filio Thome Loncok' de Westbretten', Anabille uxori sue et Iohanni filio ipsorum Roberti et Anabille et heredibus de corpore ipsius Iohannis legitime procreatis totum illud mesuagium cum prato adiacente et cum omnibus suis pertinentiis quod habui in Herdwyk iuxta sanctum Oswaldum ex dono et feoffamento dicti Roberti prout iacet inter mesuagium quod fuit Iohannis Asstholf'[b] versus occidentem et mesuagium Ricardi Hesell' versus orientem; habend' et tenend' prefato Roberto et Anabille et Iohanni et heredibus de corpore ipsius Iohannis legitime procreatis libere, quiete et

integre de capitalibus dominis feodi illud per servitia inde debita et consueta. Et si predictus Iohannes sine herede de corpore suo procreato obierit, volo quod predictum mesuagium cum[a] et prato adiacentibus cum omnibus suis pertinentiis integre remaneant Thome fratri ipsius Iohannis et heredibus de corpore ipsius Thome et cetera. Et si predictus Thomas sine herede de corpore suo legitime procreato obierit predictum mesuagium et pratum cum suis pertinentiis Willelmo fratri ipsius Thome integre remaneant et herede de corpore ipsius Willelmi legitime procreatis; habend' et tenend' et cetera. Et si dictus Willelmus sine herede de corpore suo legitime procreato obierit prefatum mesuagium et pratum cum suis pertinentiis remaneant Iohanni filio dicti Roberti filii Thome et Alicie Fox et heredibus de corpore ipsius Iohannis legitime procreatis remaneant; tenend' et habend' de capitalibus dominis feodi illius in forma predicta. Et si prefatus Iohannes Fox sine herede de corpore suo obierit, predicta mesuagium et pratum cum suo pertinentiis Iohanni de Buedale filio dicti Roberti et heredibus de corpore suo et cetera. Et si prefatus Iohannes de Buedale sine heredibus de corpore suo legitime procreatis obierit totum predictum mesuagium cum prato adiacent[e] et omnibus suis pertinentiis priori et conventui monasterii sancti Oswaldi de Nostell' integre remaneant; habend' et tenend' de capitalibus dominis feodi illus in puram et perpetuam elemosinam imperpetuum. In cuius rei testimonium uni parti huius carte indentate penes prefatos Robertum, Anabillam et Iohannem filium eorumdem remaneanti sigillum meum apposui. Altera vero pars sigillo eorumdem est signata. [*f101v*]

[a] Possibly *Motigo*. [b] There is a repaired/strengthened blemish which the scribe accommodates.

Note: No date can be ascribed to this document. It was written in a late 15th-century hand. The document was entered by other than Scribe A or B and thus it could have been anytime during Nostell Priory's existence. The document itself indicates that William Metigo was very concerned about the inheritance of his property. The family of Robert son of Thomas of Loncok' was extensive and the pedigree below was based on the contents of the document.



737. Notification by Thomas, archbishop of York, of an agreement made between the church of Featherstone and the church of St Oswald whereby the monks of La Charité and the priest of Featherstone quitclaim to the regular canons [at St Oswald] the church which the monks and priests claimed belonged to their church of Featherstone and a cemetery for the use of the regular canons and their servants living in the land called Nostlet [Nostell]. For this the clerks [*clerici*] of St Oswald quitclaim to the church of Featherstone all ecclesiastical customs they have from the church of East Hardwick. f101v/p. 244

At the dedication of the church of St Oswald, [27 June 1109 x 24 February 1114]

Rubric: Hic incipiunt carte de Federstan'. Carta Turstini[a] Ebor' archiepiscopi.

Turstinus[a] Dei gratia Ebor' archiepiscopus toti clerico et populo Ebor' ecclesie sancti Petri immo omnibus universalis ecclesie filiis salutem et benedictionem. Notificamus vobis quandam conventionem factam in

presentia nostra inter ecclesiam de Federstan et ecclesiam sancti Osuualdi; monachi namque de Caritate et sacerdos de Federstan, qui calumpniabantur eam adiacere parochie de Federstan[b], clamaverunt eam solutam et quietam ab omni consuetudine et servitio, ita quod canonici regulariter Deo ibi serviant et habeant cimiterium ad opus suum et servientium suorum omniumque iuxta eos habitantium in terra que dictur Nostlet; et in hac conventione clamaverunt clerici sancti Osuualdi quietas omnes ecclesiasticas consuetudines quas habebant de Hardewic ecclesie de Federstan; me Thoma[a] archiepiscopo ij° et Rodberto de Laceio et Anfrido et Bernewino presbitero et Rad[ulfo] clerico presentibus et confirmantibus. Et hoc factum est prima feria in dedicatione ecclesie sancti Osuualdi. Teste et cetera.

[a] ms text indicates *Turstanus* and then later *Thomas* [b] ms *et canonici* interlined in different hand.

Printed: *EYC III*, no. 1465 dated 1108-1114 citing *Dodsw. ms* 138, f41; *Ctl. Pontefract*, ii, p. lx.

Calendared: *EEA* 5, no. 17 where it is considered possibly spurious.

Note: Date based on Thomas (II) archbishop of York and Robert (I) de Lacy but this document is problematic and surfaces a number of difficulties. Firstly Scribe A has provided a rubric for Archbishop Thurstan matching the address from Thurstan as archbishop but the attestation was Thomas archbishop II suggesting Thomas (II). If this document were valid for Thomas II the date would be 27 June 1109 x 24 February 1114. If this document were valid for Thurstan as archbishop of York the date would be 19 October 1119 x 25 January 1140; but Thurstan's rule which will not match the first witness. Robert (I) de Lacy, the lord of Pontefract, would match the era of Thomas II as he was banished from his English estates about 1114 and equally Robert (I) would not match the rule of Thurstan [Wightman, *Lacy Family*, p. 66]. The mention of regular canons serving God in the place called Nostlet provides the next difficulty. If this document was issued by Archbishop Thomas II of York it suggests that there was an eremitical community at Nostell possibly as early as 1109, earlier than commonly thought. Chapter II provides a review of this document and suggests this document may not be spurious but was in fact issued by Archbishop Thomas II. This is the only document, which survived in the Cartulary, indicating the involvement of Robert (I) de Lacy with the community of Nostell, other than the general confirmation by King Henry I [**B004**[. See Chapter II. On the other hand, it is not entirely possible to determine if this document was entirely fabricated, perhaps to match the traditional foundation story of the *Gesta*, or a conflation of charters [also see **nos. 29, 30**]. The monks of La Charité refers to the monks of St John of Pontefract, a dependency of La Charité until denizen in 1393 [KH, pp. 97, 102].

738. Repeat of no 29. f101v/p. 244

[19 October 1119 x 1129, probably September 1126 x August 1127]

Rubric: Carta H. regis Anglie de ecclesia de Federstan.

H. rex Angl' T. Ebor' archiepiscopo et vic' et omnibus baronibus et fidelibus suis de Eboraciscira salutem. Sciatis me concessisse escambium quod factum est per Turst[inum] archiepiscopum Ebor' et Hugonem de Valle inter monachos sancti Iohannis de Pontefr' et canonicos sancti Oswaldi, videlicet ipsis canonicis ecclesiam de Federstan cum terris et omnibus rebus ipsi ecclesie pertinentibus, quam predicti monachi eis dant in escambium pro medietate ecclesie sancte Marie de Pontefracto et pro medietate parochie pertinente eidem ecclesie. Et preterea concedo prefatis monachis xlv. solidatas redditus per annum quas Hugo de Valle eis dat pro predicto excambio, videlicet ecclesiam de Ledesham cum redditibus suis et cum aliis redditibus usque ad perfic[iendas] illas xlv. solidatas et bene et in pace et quiete teneant amodo utique suum escambium. Test' et cetera.

Printed: *EYC III*, no. 1432 dated 1119-1128 citing *Dodsw.* ms. 138, f244; *Ctl. Pontefract*, ii, p. lix.

Note: See **no. 29** for dating. This document was copied by Scribe A [see Chapter V].

739. Notification by William (I) son of Amfrey of Featherstone to Roger [de Pont L' Évêque] archbishop of York and the Chapter of St Peter's of his grant, with the assent of his brother Dureward, of the church of Featherstone to the canons of St Oswald and he confirms the exchange

made between the canons of St Oswald and the monks of the church of St John, Pontefract. f101v/p. 244

[10 October 1154 x 22 November 1181]

Rubric: Carta Willelmi filii Amfridi.

Rogero Dei gratia venerabili Ebor' archiepiscopo et cunctis futuris archiepiscopis totique capitulo sancti Petri et omnibus heredibus et successoribus suis omnibusque sancte ecclesie filiis Willelmus filius Amfridi de Federstan salutem. Notum sit caritati vestre me, assensu fratris mei Durewardi, pro salute anime mee et uxoris mee Hadawise et omnium heredum meorum et pro anima patris mei et matris mee et omnium parentum meorum, dedisse et concessisse in perpetuam elemosinam ecclesiam de Federstan ecclesie sancti Osuualdi de Nostlath et canonicis ibidem Deo servientibus; et presentis carte scripto confirmasse excambium que fuit facta inter canonicos sancti Osuualdi et monachos ecclesie sancti Iohannis de Pontefracto. Huius rei testes sunt, et cetera.

Printed: EYC III, no. 1601 dated 1154-1170 citing *Dodsw.* ms 138, f40v.
Note: Date based on rule of Roger de Pont L' Évêque as archbishop of York. William (I) of Featherstone held a knight's fee of Henry (I) de Lacy in 1166 [*EYC* III, no. 1508]. His son William (II) of Featherstone confirmed this grant **[no. 741]**.

740. Notification by Prior Hugh and the convent of Pontefract that the prior and convent of St Oswald have granted that the monks may have a chapel in their manor of Whitwood [Featherstone], where only the monks may celebrate divine service. All offerings to the chapel are to be transmitted to the mother church of Featherstone and parishioners are not to be admitted to the chapel. f101v/p. 244

[1184 x 2 September 1201, probably after 1189]

Rubric: Carta Hugonis Prioris de Pontefr'.

Universis sancte matris ecclesie filiis hoc scriptum visuris vel audituris frater Hugo prior et conventus de Ponte[fracto] salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod prior et conventus sancti Osuualdi de Nostil concesserunt nobis habere quandam capellam manerio nostro de Witewode, in qua exceptis monachis nullus alius divina celebrabit. Oblationes vero, sique in eadem capella facte fuerint, ad matricem ecclesiam trasmittentur,. nec aliquem parochianum in eadem capella admittemus, unde matrici ecclesie de Federstan aliquod preiudicium generetur. Teste capitulo nostro.

Printed: EYC III, no. 1604 dated 1184-c. 1200.
Note: Date based on Prior Hugh of Pontefract Priory. Hugh occurred as prior of Pontefract in 1184 and was succeeded by at least 2 September 1201 [Knowles, *Heads* I, p. 24]. Roger son of Walter of Whitwood granted 2 bovates of his demesne land to the monks of St John of Pontefract in 1189 which suggests the need for this chapel may have followed his grant [*EYC* III, no. 1604].

741. Confirmation by William (II) son of William (I) son of Amfrey of Featherstone of the grant made by his father William (I) of the church of Featherstone and of the exchange made between the canons and the monks of St John, Pontefract, regarding the church. He also confirms the grant made by his father, with his body, of 10 acres in the moor of Featherstone. f101v/p. 244

[1166 x 14 January 1244]

Rubric: Carta Willelmi filii Willimi filii Amfridi.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus filius Willelmi filii Amfridi de Federstan' salutem in domino. Noverit universitas vestra me caritatis intuitu et pro salute anime mee et uxoris mee Albrede et animabus omnium antecessorum et successorum meorum, concessisse et presenti carta

mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam, donum et concessionem que pater meus Willelmus fecit predicte ecclesie et predictis canonicis super ecclesia de Federstan' et suis omnibus pertinentiis infra villam et extra, ratum habens escambium quod factum est inter eosdem canonicos et monachos de Pontefracto super eadem ecclesia. Confirmo etiam et concedo Deo et predicte ecclesie sancti Osuualdi et predictis canonicis, pro salute anime mee et predicte uxoris mee et antecessorum et successorum meorum, in puram et perpetuam elemosinam decem acras terre in mora de Federstan, corpore suo, liberas, solutas et quietas ab omni servitio et exactione seculari, Et ego et heredes mei warantizabimus eis omnia predicta contra omnes homines ubique imperpetuum. Et ut hoc ratum perpetuo maneat et inconcussum presentem cartam sigilli mei appositione roboravi. Hiis [testibus] et cetera.

Printed: *EYC III*, no. 1602 dated 1170-1190.

Note: Date based on occurrences of William (I) son of Amfrey of Featherstone and Ralph probably son of William (II) of Featherstone. William (I) of Featherstone was certainly alive in 1166 and occurred as late as possibly 1175 establishing the earliest limit [*EYC* III, nos. 1508, 1634]. William (II)'s confirmation suggests he was the heir of William (I) but no dates establish William (II)'s life. His son Ralph (II) of Featherstone died before 14 January 1244 establishing the latest limit [*Yorks Inq.* 1, p. 2]. William (I) son of Amfrey of Featherstone confirmed the agreement between Nostell Priory and the monks of Pontefract during the rule of Roger de Pont L'Évêque archbishop of York [no. 739]. No record of William (I)'s gift of 10 acres of moorland in Featherstone survived in the Cartulary however Ralph (I) of Featherstone did grant 10 acres of land in Featherstone before 7 January 1122 and this maybe a reference to a grant of their ancestor, which was probably the same time the original agreement mentioned here was made [B004, nos. 29, 30].

742. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Eve daughter of Walter Bernserville to the church of All Saints, Featherstone, of half an acre of land and 1½ perches of land in the fields of Purston [Jaglin, described]. ff101v-102r/pp. 244-45

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Eve filie Walteri Bonserville.

Sciant presentes et futuri quod ego Eva filia Walteri Bernserville dedi et concessi et hac mea presenti carta confirmavi Deo et ecclesie Omnium Sanctorum de Federstan pro anima Ricardi domini mei et pro animabus omnium antecessorum meorum in puram et perpetuam elemosinam unam dimidiam acram terre in campis de Preston', scilicet super Grenehill' que iacet inter terram Matild[is] de Pont'fr' et terram quam Arenbuk' tenuit et unam percatam terre et dimidiam super predictum Grenehill' que iacent inter terram predicte Matild[is] et terram quam predictam Arenbuk' tenuit; tenend' et habend' libere et quiete et honorifice cum omnibus pertinentiis [*f102r*] suis. Et ego Eva et heredes mei warantizabimus Deo et predicte ecclesie Omnium Sanctorum de Federstan totam predictam terram in omnibus et contra omnes homines. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. In 1166 William de Bernserville held a sixth part of a knight's fee in the Chamberlain's fee in Acklam [*EYC* II, no. 825]. Richard of Bernserville held in the Gant fee c.1239 and occurred as late as 1283 [*EYC* II, pp. 167-68, 491]. There is insufficient information to determine who 'her lord', possibly husband, Richard might have been.

743. Confirmation by Ralph of Featherstone of the grant made by Richard de Crul, clerk, to the church and canons of St Oswald of 18 acres of land above the moor of Featherstone [described], namely that land which Ralph had granted to Richard. f102r/p. 245

[13th century, before 14 January 1244]

Rubric: Carta Rad[ulfi] de Federstan.

Universis Cristi fidelibus has literas visuris vel audituris Rad[ulfus] de Federstan salutem in Domino. Noverit universitas vestra me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse et tam pro heredibus meis quam pro me firmam et inviolabilem habere donationem Ricardi de Crul clerici factam Deo et beate Marie et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus super octodecim acris terre quas ego Rad[ulfus] dedi et concessi prenominato Ricardo clerico super moram de Federstan iuxta Prestona, scilicet duodecim acras terre quas Gileber[t]us filius Petri tenuit et sex acras terre quas Simon filius Godefridi tenuit; tenend' et habend sibi imperpetuum in liberam, puram et perpetuam elemosinam liberas, solutas et quietas ab omni seculari servitio et exactione cum omnibus libertatibus, asiamentis et communis ad tantam terram pertinentibus in villa de Federstan. Non obstante carta mea quam dedi antedicto Ricardo in qua continetur ne viris religiosis autem dictam terram conferret. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis [testibus] et cetera.

Note: Date based on Ralph (II) of Featherstone. Ralph (II) of Featherstone son of William (II) occurred as early as 1231 and was dead by 14 January 1244 [*EYC* III, pp. 259-60; *Yorks Inq.* 1, p. 2]. The mention of Simon son of Godfrey's toft in Purston may be the same mentioned in the grant of his son Richard in the last half of the 13th century [**no. 735**] which suggests this was Ralph (II) of Featherstone rather than his ancestor Ralph (I). This document confirms the grant by Richard of Crul [**no. 744**].

744. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Richard de Crul, clerk, of 18 acres of land above the moor of Featherstone near Purston [Jaglin described]. f102r/p. 245

[13th century, before 14 January 1244]

Rubric: Carta Ricardi de Crul.

Universis Cristi fidelibus has literas visuris vel audituris Ricardus de Crul clericus salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et beate Marie et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam octodecim acras terre super moram de Federstan iuxta Prestona scilicet xij. acras terre quas Gilebertus filius Petri tenuit, et sex acras terre quas Simon filius Godefridi tenuit; habend' et tenend' sibi imperpetuum libere, solute et quiete cum omnibus libertatibus, asiamentis et communis ad tantam terram pertinentibus in villa de Federstan. Et volo et precipio ut hec mea elemosina sit libera, soluta et quieta sicut aliqua elemosina liberior et quietior esse solet vel potest. Et ego antedictus Ricardus et heredes mei antedictis canonicis warantizabimus et defendemus prenominatas octodecim acras terre contra omnes homines imperpetuum, dotes et impignorationes. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on confirmation by Ralph (II) of Featherstone. See note for **no. 743** for dating and further information.

745. Quitclaim by Emma late the wife of Gregory de Camera of her dower right to 6 acres of land in the moor of Featherstone. For this the canons gave her 1*m* of silver. f102r/p. 245

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Emme quondam uxoris Gregorii de Camera.

Notum sit omnibus presens scriptum visuris vel audituris quod ego Emma quondam uxor Gregorii de Camera dimisi et quietum clamavi priori et conventui sancti Osuualdi de Nostl' totum ius et clamium quod habui vel habere potero nomine dotis in sex acris terre cum pertinentiis in mora de Federstan quas quidem dicti prior et

conventus mihi aliquo tempore tradiderunt pro dote mea de quadem terra quam possident; tenend' et habend' eisdem priori et conventui absque perturbatione ulla mei vel alicuius ex parte mea pro hac autem dimissione et quieta clamatione dederunt mihi sepedicti prior et conventus unam marcam argenti. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. No record of the individuals here survive in the Cartulary.

746. Grant in the form of a chirograph with warranty in free, pure and perpetual alms by William son of Roger of Featherstone of an acre of meadow lying in West Ings near the fields of Ackton [Featherstone, described]. For this the prior and canons gave him in exchange a meadow they had in Flask Close [Featherstone, described]. f102r/p. 245

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Willelmi filii Rogeri.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus filius Rogeri de Federstan salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus unam acram prati que iacet in Westeng prope campum de Ayketona ex parte orientali in liberam, puram et perpetuam elemosinam in perpetuum escambium pro prato eorundem canonicorum quod habuerunt in Flaskes et iacet inter pratum domini de Federstan et Birdales in Federstan. Et ut istud escambium perpetue firmitatis robur optineat tam predicti canonici quam ego Willelmus presenti scripto ad modum cirographi confecto alternatim sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. William son of Roger may have been from a cadet branch of the family of William (I) of Featherstone but no record of him survives.

747. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Walter of Featherstone, nephew of the late Thomas the dean, of 3 roods of land and a rood of meadow [near Ackton, Featherstone, boundaries described]. f102r/p. 245

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Walteri de Federstan nepotis Th'. decani.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Walterus de Federstan nepos Thome quondam decani salutem eternam in Domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus tres rodas terre et unam rodam prati sicut iacent in territorio de Federstan iuxta Hungrihil quarum unum capud buttat super Westenge et aliud super publicum stratum de Ayketona; tenend' et habend' dictis canonicis in liberam, puram et perpetuam elemosinam adeo scilicet liberam et puram ut aliqua elemosina aliquo tempore dari solet ac possideri. Ego vero et heredes mei predictam terram cum prato prefato predictis canonicis contra omnes homines, dotes, impignorationes sive quecumque eidem terre accidere poterunt warantizabimus, adquietabimus et defendemus. Ut autem hec mea donatio, concessio et confirmatio rata et stabilis perseveret presenti scripto sigillum meum duxi apponendum. Hiis testibus et cetera. [*f102v*]

Note: Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Walter of Featherstone and Thomas the dean, may have been from a cadet branch of the family of William (I) of Featherstone but no record of them survives.

748. Grant in the form of a chirograph with warranty in free, pure and perpetual alms by William of Leeds the abbot and convent of Kirkstall of all the *cultura* of land called Fahehyl in the parish of Featherstone [described], rendering annually to the abbot and monastery 8*s* at their grange of Snithale. f102v/p. 246

[6 March 1270 x 15 August 1275]

Margin heading: Fahehill'.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quorum notitiam presentes littere pervenerint frater Willelmus de Ledes abbas de Kirkestall' et eiusdem loci conventus salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos dedisse, concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus totam illam culturam terre que vocatur Fahehyl in parochia de Fethereston sicut se extendit in longitudine et latitudine secundum suos terminos antiquos; tenend' et habend' de nobis et successoribus nostris ac dicto monasterio nostro predictis canonicis et eorum successoribus in liberam et perpetuam elemosinam cum omnibus libertatibus, aysiamentis, pasturis et universis aliis pertinentiis ad eam spectantibus, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris apud grangiam nostram de Snithale octo solidos ad duos anni terminos, videlicet medietatem ad Pentecosten et reliquam medietatem ad festum sancti Martini in hyeme pro omni exactione, sectis curiarum, demandis et servitiis quibuscumque secularibus. Nos vero et successores nostri dictam culturam cum omnibus suis pertinentiis predictis priori et conventui et eorum successoribus contra omnes warantizabimus, acquietabimus et imperpetuum defendemus pro firma supradicta. In cuius rei testimonium presenti carte ad modum cirographi confecte cuius una pars residet penes nos et altera penes dictos priorem et conventum sigilla nostra communia duximus apponenda alternatim. Hiis testibus dominis Iohanne de Hoderode, Ricardo de Tornil, Hugone de Swinlingtona, Adam de Prestona militibus, Raynero de Ayketona, Mauricio de Fethereston clerico, Willelmo Russel de Normantona et aliis.

Note: Date based on rule of William of Leeds, abbot of Kirkstall. William of Leeds succeeded as abbot on 6 March 1270 and he died 15 August 1275 [Smith, *Heads* II, p. 288]. Three of the witnesses occurred in the Cartulary: Maurice of Featherstone and Rayner of Ackton occurred as witnesses [**nos. 735, 1216**]; John of Hodroyd was probably the same as the steward of Pontefract from 1246 until at least 1258 and was dead by 1286 [note preceding **no. 500**]. Snithale was unlocated. This charter was copied by possibly Scribe B [see Chapter V].

749. Agreement between Richard son of Robert of Featherstone on the one part and Abbot William of Kirkstall, Prior Henry of St Oswald, William son of Hugh of Castleford, and all the tenants of Purston Jaglin, East Hardwick, Ackton and Featherstone claiming common pasture in the moor of Featherstone on the other part, whereby under various conditions Richard may have and hold a plot of land in the moor of Featherstone [described] to dig for sea-coal. f102v/p. 246

[17 December 1318 x 20 June 1328]

Margin heading: Fetherston.

Hec indentura testatur quod super quadam dissensione prehabita inter Ricardum filium Roberti de Fethirston ex parte una et fratrem Willelmum abbatem de Kirkestall, fratrem Henricum priorem de sancto Oswaldo, Willelmum filium Hugonis de Castylford et omnes terras tenentes de Preston Iakelyn, Herdewyk, Aykton et Fetherston ex altera de quadam placea terre in mora de Fethirston' per dictum Ricardum ratione dominii sui de novo appruata ita amicis intervenientibus contentio illa amicabiliter quievit: quod predicti abbas et prior et

eorum tenentes et Willelmus filius Hugonis et omnes alii terras tenentes de Preston Iakelyn, Herdewyk, Aykton et Fetherston communam pasturam clamantes in predicta mora de Fethirston per presentes concedunt pro se successoribus et heredibus suis quod predictus Ricardus, heredes vel assignati sui habeant et teneant quandam placeam terre in predicta mora de Fetherston pro appruamento suo in separalitate imperpetuum continentem in latitudine novem acras et dimidiam et in longitudine de alta strata ex parte australis buttante usque partes boriales super Mylnerode et Mylneholme. Preterea predicti abbas et prior et eorum conventus et Willelmus filius Hugonis et omnes alii terras tenentes de villis predictis per presentes concedunt pro se, successoribus et heredibus suis predicto Ricardo et heredibus et assignatis suis quandam placeam terre in predicta mora ad fodendum carbones maritimos pro voluntate sua, videlicet de comerio de Pyllehyll usque ad fossatum inter Fowehill et moram pro qua concessione predictus Ricardus concedit pro se et heredibus suis quod non liceat eis aliquo modo se appruare in predicta mora de Fethirston sed per presentes ab omni appruamento imposterum faciend' in predictam moram exclusi sint imperpetuum: salvo predicto Ricardo et heredibus suis rationabili agistamento et consueto et predictis placeis in predicta mora in forma prenominata concessis. Et si contingat quod animalia predictorum abbatis et prioris, Willelmi filii Hugonis de Castylford vel aliquorum aliorum terras tenentium de villis prenominatis pro defectu clausure in predicta placea terre in separalitate concessa ingradiantur non liceat predicto Ricardo vel heredibus vel assignatis suis est impercari sed sine dampno vel impercamento rechacientur. In cuius rei testimonium predictus abbas sigillum commune domus de Kirkestall et predictus prior sigillum commune domus sancti Oswaldi parti residenti penes dominum Ricardum apposuerunt et cetera. [*f103r*]

Note: Date based on the rules of Henry of Aberford of Nostell Priory and Abbot William of Driffield of Kirkstall Abbey. Henry of Aberford was elected 9 May 1312 and he resigned on 20 June 1328 [Smith, *Heads* II, p. 439]. William of Driffield was abbot of Kirkstall from 17 December 1318 and his successor occurred as early as 15 December 1349 [Smith, *Heads* II, p. 289]. Richard son of Robert of Featherstone occurred as early as 6 May 1299 and as late as 31 March 1337 [*Yorks Inq.* 3, p. 87 also see no. 752]. William of Castleford occurred as late as 10 January 1339 [*Yorks Inq. 5*, p. 128]. This document was copied by other than Scribe A or B [see Chapter V].

750. Lease in the form of a chirograph by Prior William and the convent to Robert of Methley of a bovate of land in Hessle, namely that previously held by Robert Laynde, except the acre of land which the canons had previously granted from that bovate to William [H]use de Duvedale, rendering annually 10*s* of silver. f103r/p. 247

[4 January 1255 x 1264]

Rubric: Hic incipiunt carte de Hesel. Carta Willelmi prioris concessa Roberti [*sic*] de Methelay.
Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit frater Willelmus prior et conventus sancti Osuualdi de Nostl' salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos concessisse et ad feodi firmam dimisisse Roberto de Methelay unam bovatam terre cum omnibus pertinentiis suis in Hesel, illam scilicet quam Robertus Laynde de nobis quondam tenuit extra una acra terre cum pertinentiis quam prius concessimus de illa bovata terre Willelmo Use de Duvedale; tenend' et habend' dicto Roberto et heredibus suis vel assignatis exceptis Iudeis et viris religiosis totam predictam bovatam terre cum omnibus pertinentiis suis libertatibus, communis et asiamentis de nobis et successoribus nostris libere, quiete, integre et pacifice predicta acra cum suis pertinentiis excepta, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris decem solidos argenti, scilicet medietatem ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini in yeme pro omni servitio seculari, consuetudine, demanda et exactione ad nos pertinente. In cuius rei testimonium tam nos

quam predictus Robertus huic scripto cyrographato hinc inde sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on the rule of William of Clifford, prior of Nostell and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. The predecessor of William of Clifford died 4 January 1255 and William of Clifford died 16 August 1277 [Smith, *Heads* II, pp. 438-39]. This bovate of land must be the same described in the grant to Thomas Wawayn [no. 751].

751. Lease in the form of a chirograph by Prior William and the convent to Thomas Wawayn of a bovate of land in Hessle, namely that which Herbert of Hessle had once held, except an acre of land with buildings which the canons had granted from that bovate to William Huse de Duvedale, rendering annually 10*s* of silver. f103r/p. 247

[4 January 1255 x 1264]

Rubric: Carta Willelmi prioris.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit frater Willelmus prior et conventus sancti Osuualdi de Nostle salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos concessisse et ad feodi firmam dimisisse Thome Wawayn unam bovatam terre cum omnibus pertinentiis suis in Hesel, illam scilicet quam Herbertus de Hesel nobis quondam tenuit, excepta una acra terre cum edificiis suprapositis quam prius concessimus Willelmo Huse de Duvedale de predicta bovata terre; tenend' et habend' dicto Thome et heredibus suis vel assignatis exceptis Iudeis et viris religiosis totam predictam bovatam terre cum omnibus pertinentiis suis libertatibus communis et asiamentis de nobis et successoribus nostris libere, quiete, integre et pacifice, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris decem solidos argenti, scilicet medietatem ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini in yeme pro omni servitio seculari consuetudine, demanda et exactione ad nos pertinente. In cuius rei testimonium tam nos quam predictus Thomas huic scripto cyrographato hinc inde sigilla nostra apposuimus. Teste capitulo nostro.

Note: Date based on the rule of William of Clifford, prior of Nostell and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. The predecessor of William of Clifford died 4 January 1255 and William of Clifford died 16 August 1277 [Smith, *Heads* II, pp. 438-39]. This bovate of land must be the same described in the grant to Robert of Methley [no. 750]. Alexander Wawam son of Thomas later quitclaimed his right to a dwelling and a bovate of land which he held at fee from the Priory [no. 1223]. Herbert of Hessle maybe the father of Robert Beupine who was granted to Nostell Priory by Jordan of Pikeburn [de Lisle] [nos. 729, 730].

752. Notification by Richard son of Robert of Featherstone regarding his dispute with Prior John of St Oswald over ploughing and reaping in the common pasture in the moor of Featherstone, Purston Jaglin, Ackton and Huntwick. Richard grants that the prior and canons shall have and occupy the commons with their animals from the vills and hamlets. f103r/p. 247

[9 July 1328 x 31 March 1337]

Rubric: [*none*].

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris Ricardus filius Roberti de Fetherston salutem in Domino. Cum dissensio mota fuerat inter fratrem Iohannem priorem de sancto Oswaldo de Nostell' et me super quadam demanda arrure et messionis quas ab eo exegi pro communa pastura quam idem prior et conventus suus habent in mora de Fetherston, Preston Iakelyn, Ayketon et Huntewyke et ipsi et predecessores sui habuerunt a tempore quo non extat memoria. Ego Ricardus concedo pro me et heredibus meis quod ipsi bene, quiete et pacifice habeant et possideant communam predictam cum omnibus averiis suis quibuscumque de villis et hamelectis predictis in mora predicta omnibus temporibus anno [*sic for anni*] sine reclamatione vel calumpnia

mei vel heredum meorum absque aliqua re seculari ab eis per predicta communia possidend' vel habend' imperpetuum. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera. [*f103v*]

Note: Date based on Richard son of Robert of Featherstone and Priors John de Insula and John of Dewsbury. Richard son of Robert of Featherstone occurred as early as 6 May 1299 and 17 February 1318 x 10 June 1328 see no. 749 [*Yorks Inq.* 3, p. 87]. There were two priors named John during this time: John de Insula who was elected 9 July 1328 and died 8 March 1331; John of Dewsbury succeeded John de Insula and died 31 March 1337 [Smith, *Heads* II, p. 439]. This charter was copied by other than Scribe A or B [see Chapter V].

753. Grant in free, pure and perpetual alms by William (I) of Preston of an acre of land in Wragby, namely that which Roger son of Berners held near the woods of the canons. f103v/p. 248

[last half 12th century]

Rubric: Hic incipiunt carte de Wraggeby. Carta Willelmi de Prestona.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Willelmus de Prestona, pro salute anime mee et Henrici filii mei et parentum et predecessorum meorum, dedi et concessi et hac me[a] carta confirmavi Deo et ecclesie sancti Osuualdi et canonicis ibidem Deo servientibus, in liberam et puram et perpetuam elemosinam, unam acram terre in Wraggebi, illam videlicet quam [Rg *dotted for deletion*] Rogerus filius Bernui tenuit, iuxta nemus canonicorum. Hiis t[estibus], et cetera.

Printed: EYC III, no. 1597 dated 1160-c. 1170.

Note: Date based on William (I) of Preston, see note preceding **no. 722** for further information.

754. Confirmation by Prior John and the convent to William son of the [Roger] *Emptor* of an acre in Wragby, namely that which John Piteman once held [described], rendering annually to the canons 1*d.* f103v/p. 248

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237, possibly before 1227]

Rubric: Carta I. prioris.

Omnibus presentem paginam visuris vel audituris Iohannes prior et conventus de sancto Osuualdo de Nostl' in Domino salutem. Noveritis nos dedisse et presenti carta confirmasse Willelmo filio emptoris et heredibus suis unam acram terre in Wraggebi, illam scilicet quam Iohannes Piteman quondam tenuit et que iacet inter terram que fuit Alexandri Pelliparii et terram Gileberti Bouse; tenend' et habend' sibi et heredibus suis de nobis cum omnibus pertinentiis suis libere et quiete honorifice, reddendo inde annuatim nobis unum denarium in die Pentec' pro omni servitio et demanda. Et ut hoc ratum habeatur presenti scripto sigillum nostrum apposuimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Prior John of Nostell Priory. John was probably elected prior of Nostell Priory c. 24 July 1208 and he died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. Alexander the skinner mentioned here occurred frequently in the Cartulary and was dead by 1227 [**nos. 760, 761, 763**]. William son of Roger *Emptor* was also known as William Spirit [see **no. 756**]. William granted this land to Cecilia daughter of Matilda of Oxenhope who later, with her husband Walter son of Osbert, quitclaimed this land to Nostell Priory [**nos. 755, 756**]. Cecilia also later quitclaimed this land in her widowhood [**no. 765**]. This document provides the earliest date for the charters which follow [**nos. 755-58, 765**].

755. Grant with warranty by William son of Roger *Emptor* of St Oswald to Cecilia daughter of Matilda of Oxenhope of a toft in Wragby, namely that where his father lived, with an acre of adjacent land [described], rendering annually to William 3*s.* f103v/p. 248

[c. 24 July 1208 x 1264]

Rubric: Carta Willelmi filii Rogeri emptoris.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Willelmus filius Rogeri emptoris de sancto Osuualdo dedi et concessi et hac mea presenti carta confirmavi Cecilie filie Matildis de Oxsenhop' unum toftum in Wraggebi quod fuit patris mei ubi habitare solebat cum una acra terre tofto illo adiacente versus aquilonem iuxta nemus prioris et conventus de sancto Osuualdo cum omnibus pertinentiis suis sine aliquo retenemento; tenend' et habend' sibi et heredibus suis de me et heredibus meis in feodo et hereditate libere, quiete et honorifice in villa et extra villam cum omnibus asiamentis que ad predictam villam de Wragg' pertinent, reddendo inde annuatim tres solidos ad duos terminos, scilicet medietatem ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini pro omni servitio et seculari exactione. Ego vero Willelmus et heredes mei warantizabimus totam predictam terram prenominate Cecilie et heredibus suis perpetuo contra omnes homines. Ut autem hec mea donatio rata maneat et inconcussa presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Et cetera.

Note: Date based on grant of this land to William Spirit and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Prior John of Nostell Priory granted this land to William Spirit establishing the earliest date [**no. 754**]. This document was probably before Cecilia married Walter son of Osbert and together they quitclaimed this land [**no. 755**].

756. Confirmation and quitclaim by Walter son of Osbert of Wragby and his wife Cecilia daughter of Matilda of Oxenhope of all their land with a toft and messuage and all liberties and easements of the vill in Wragby [described], namely that which was William Spirit's, rendering annually to William Spirit 3*s* of silver. For this the canons gave Walter and Cecilia 27*s* sterling. f103v/p. 248

[c. 24 July 1208 x 1264]

Rubric: Carta Walteri filii Osberti.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Walterus filius Osberti de Wragg' et Cecilia filia Matildis de Oxenhop' uxor mea concessimus, dedimus et hac presenti carta [con *dotted for deletion*] nostra confirmavimus Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus pro xxvij. solidis sterlingorum quos dederunt nobis premanibus totam terram nostram in villa et territorio de Wragg' sine aliquo retenemento, illam terram scilicet que fuit Willelmi Spirit et que iacet versus aquilonem a Wragg' iuxta nemus sancti Osuualdi cum toftis et mesuagiis et cum omnibus aliis libertatibus et asiamentis infra villam et extra eidem terre pertinentibus; tenend' et habend' libere, pure et perpetue predictis ecclesie et canonicis sine aliqua contradictione, vexatione et reclamatione de nobis et de heredibus nostris imperpetuum, reddendo inde annuatim predicto Willelmo Spirit et heredibus suis tres solidos argenti tantum pro omni servitio et exactione seculari, medietatem scilicet ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini in yeme. Ego vero Walterus et ego Cecilia abiuravimus et quietam clamavimus pro nobis et pro heredibus nostris totam predictam terram cum suis pertinentiis predicte ecclesie et predictis canonicis imperpetuum. Quod si nos vel heredes nostri eos super predicta possessione inquietare et molestare voluerimus antequam in aliqua curia nobis respondeant, dabimus eis sine aliqua contradictione nomine abiurationis tres marcas argenti. Ut autem hec omnia predicta perpetuo rata et inconcussa permaneant presens scriptum sigillorum nostrorum appositione roboravimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on grant of this land to William Spirit [see **no. 754**] and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. William Spirit [also known as William son of Roger *Emptor* of Wragby] had granted this land to Cecilia, probably before her marriage to Walter [**no. 755**].

757. Quitclaim by William Spirit son of Roger *Emptor* of Wragby of all right or claim to all his 2 acres of land in Wragby which he once held of the convent. For this the canons gave William 4*m* of silver. f103v/p. 248

[c. 24 July 1208 x 1264]

Rubric: Carta Willelmi Spirit filii Rogeri emptoris.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus Spirit filius Rogeri emptoris de Wraggebi salutem in Domino. Noveritis me abiurasse sursum reddidisse et quietum clamasse pro me et heredibus meis et pro omnibus successoribus meis imperpetuum dilectis dominis meis priori et conventui sancti [de *dotted for deletion*] Osuualdi de Nostl' pro quatuor marcis argenti quas mihi premanibus dederunt totam terram in villa et territorio de Wragbi quam de eis aliquando tenui sine aliquo retenemento tamquam proprium feodum eorum, scilicet duas acras terre cum omnibus asiamentis et libertatibus infra villam ex extra eidem terre pertinentibus; tenend' et habend' libere et quiete, pacifice et integre, pure et perpetue sine aliqua contradictione, vexatione vel reclamatione mei vel successorum meorum imperpetuum. Ita quod nec ego nec aliqui successores mei aliquid iuris vel clamii in predicta terra vel in eiusdem pertinentiis nobis possimus exigere vel aliquo modo aliquibus temporibus vendicare. Ego vero prefatus Willelmus Spirit feci istam abiurationem et quietam clamationem in curia predictorum dominorum meorum prioris et canonicorum sancti Osuualdi coram multis. Et ut hec perpetuis temporibus firmitatis robur optineat presentem cartam sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on grant of this land to William Spirit [see **no. 754**] and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. This is probably the same land which William granted to Cecilia daughter of Matilda of Oxenhope [**no. 755**].

758. Confirmation and quitclaim by William son of Roger *Emptor* of all right and claim to the grant made by Walter son of Osbert and his wife Cecilia daughter of Matilda of Oxenhope of an acre of land near the canon's wood in Wragby. ff103v-r/pp. 248-49

[c. 24 July 1208 x 1264]

Rubric: Carta Willelmi [filii] Rogeri emptoris. [*f104r*]

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Willelmus filius Rogeri emptoris confirmavi donum quod Walterus filius Osberti et Cecilia uxor sua fecerunt domui sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus, scilicet unam acram terre que iacet propinquior nemori predictorum canonicorum versus Wragg'. Ego etiam quantum ad me pertinuit pro me et pro omnibus heredibus et successoribus meis totum ius et clamium quod in predicta terra habui vel aliquo modo habere potui pro salute anime mee predictis canonicis imperpetuum quietum clamavi. Ita quod nec ego nec aliquis nomine meo aliquid iuris vel clamii in predicta terra unquam possimus habere vel aliquo modo nobis vendicare. Et ut hec perpetuis temporibus ratum habeantur et ne in irritum aliquo modo possit revocari presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on grant of this land to William Spirit [see **no. 754**] and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. This document must follow the grant by Walter and Cecilia [**no. 756**].

Note for **nos. 759-64**. William skinner had at least two sons: John and Alexander. John granted a toft in Wragby to Peter Wintersett, brewer, which subsequently his brother Alexander confirmed [**nos. 759, 761**]. Peter of Wintersett, brewer, was also involved in other transactions with Nostell Priory [see **nos. 234, 254**]. In the court of

Nostell Priory Peter acknowledged that Alexander had no right to confirm the land to Peter [**no. 760**]. Probably at the same court session Alexander quitclaimed any right to the land in question. Alexander's confirmation of his brother's grant and subsequent quitclaim suggests that John may have predeceased Alexander and that Alexander felt he had some right to the land his brother John held. Alexander was dead by 7 June 1227 when his wife Aline or Adeline quitclaimed her dower right to land her husband held in Wragby [**nos. 763, 764**]; the description of the land which Adeline quitclaimed was not detailed enough to say if it was different than the land described in John's document [**nos. 763, 759**]. Alexander also held land in Wragby [**no. 887**]. All of the charters in this section are dated based on the death of Alexander son of William by 7 June 1227 which would suggest late 12th century x early 13th century. The next tenant of the land, which Alexander held from the priory, was John Hare who was mentioned in a subsequent lease to Serlo [1240 x 1244 see **no. 770**].

759. Grant with warranty by John son of William the skinner [*pelliparius*] to Peter of Wintersett the brewer of all his toft in Wragby, rendering annually to John 10*d.* For this Peter gave John 3*s.* f104r/p. 249

[late 12th century x 7 June 1227]

Rubric: Carta Iohannis filii Willelmi Pelliparii.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Iohannes filius Willelmi Pelliparii dedi et concessi et hac mea presenti carta confirmavi Petro de Wintersete pandocinator totum toftum meum in Wragg[e]bi cum omnibus pertinentiis suis; tenend' et habend' sibi et heredibus suis de me et heredibus meis libere, quiete et honorifice in feodo et hereditate, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis decem denarios ad duos terminos pro omni servitio et seculari exactione, scilicet quinque denarios ad Pentec' et quinque denarios ad festum sancti Martini. Ego autem Iohannes et heredes mei warantizabimus prefatum toftum prenominato Petro et heredibus suis ubique et contra omnes homines. Pro hac itaque donatione et concessione prenominatus Petrus dedit mihi tres solidos nomine recognitionis. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding for dating and further information on the people mentioned here.

760. Quitclaim by Peter of Wintersett, brewer, with the assent of Matilda his wife, of all claim to a messuage in Wragby. Peter recognizes he had no right to the messuage because Alexander the skinner [*pelliparius*] who sold it to Peter had no right to give nor to sell the land which was in the fee of the canons. Peter also returns the charter which he had from Alexander. f104r/p. 249

[late 12th century x 7 June 1227]

Rubric: Carta Petri de Wintersete.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Petrus de Wintersete pandocinator salutem in Domino. Noveritis me assensu et voluntate Matildis uxoris mee abiurasse, sursum reddidisse et quietum clamasse pro me et pro omnibus successoribus meis imperpetuum dilectis dominis meis priori et conventui de sancto Osuualdo de Nostle in curia eorundem unum mesuagium in Wraggebi tanquam proprium feodum eorum in quo nullum ius habui quod de Alexandro Pellipario emi et quia ipse Alexander nec dare nec vendere potuit tanquam ipse qui in illo nullum ius habuit, illud abiuravi et quietum clamavi et cartam quam de Alexandro habui dictis dominis meis resignavi et sursum reddidi. Et ut hoc ratum sit et stabile presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding **no. 759** for dating. The charter which Peter returned was probably **no. 761** which follows. Alexander's quitclaim of any right to this land was probably time coincident with this document [**no. 762**].

761. Grant with warranty by Alexander son of William, the skinner, to Peter of Wintersett the brewer [*le Brasur*] of all his toft in Wragby which Alexander's brother John held of Alexander, rendering annually to Alexander 10*d*. For this Peter gave to Alexander 10*s*. f104r/p. 249

[late 12th century x 7 June 1227]

Rubric: Carta Alexandri filii Willelmi Pelliparii.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Alexander filius Willelmi Pelliparii dedi et concessi et hac mea presenti carta confirmavi Petro de Wintersete le Brasur totum toftum meum quod Iohannes frater meus tenuit de me in Wraggebi cum omnibus pertinentiis suis sine aliqua retenemento; tenend' et habend' sibi et heredibus suis de me et heredibus meis libere, quiete et honorifice in feodo et hereditate, reddendo inde mihi et heredibus meis annuatim decem denarios ad duos terminos, scilicet quinque denarios ad Pentec' et quinque denarios ad festum sancti Martini pro omni servitio et seculari exactione. Ego autem Alexander et heredes mei warantizabimus predictum toftum prenominato Petro et heredibus suis sine omni dolo et fraude et contradictione vel reclamatione ubique et contra omnes homines. Pro hac itaque donatione et concessione prenominatus Petrus dedit mihi decem solidos nomine recognitionis. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding **no. 759** for dating. This grant was declared invalid by Peter of Wintersett and was probably that which Peter returned to the canons [**no. 760**].

762. Quitclaim by Alexander the skinner son of William the skinner [*pelliparius*] of all right and claim to a toft and 2 acres of land with adjacent meadow in Wragby which he held from the canons. For this the canons gave him 10*m*. f104r/p. 249

[late 12th century x 7 June 1227]

Rubric: Carta Alexandri Pelliparii filii Willelmi.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Alexander Pelliparius filius Willelmi Pelliparii salutem in Domino. Noveritis me abiurasse, sursum reddidisse et quietum clamasse pro me et pro omnibus successoribus meis imperpetuum dilectis dominis meis priori et conventui sancti Osuualdi de Nostl' pro decem marcis quas mihi premanibus dederunt totam terram in villa et territorio de Wraggebi quam de eis aliquando tenui sine aliquo retenemento tamquam proprium feodum eorum in quo nullum ius habui, scilicet unum toftum et duas acras terre cum prato adiacente et cum omnibus asiamentis et libertatibus infra villam et extra eidem terre pertinentibus; tenend' et habend' libere et quiete, pacifice et integre, pure et perpetue sicut aliqua contradictione, vexatione vel reclamatione mei vel successorum meorum imperpetuum. Ita quod nec ego nec aliqui successores mei aliquid iuris vel clamii in predicta terra vel in eiusdem pertinentiis nobis possimus exigere vel aliquo modo aliquibus temporibus vendicare. Ego vero prefatus Alexander Pelliparius filius W. Pelliparii de Wragg[e]bi feci istam abiurationem et quietam clamationem in curia predictorum dominorum meorum prioris et canonicorum sancti Osuualdi apud sanctum Osuualdum coram multis. Et ut hec perpetuis temporibus firmitatis robur obtineat presentem cartam sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding **no. 759** for dating and individuals mentioned here. Aline [Adeline], widow of Alexander, quitclaimed her dower rights to this land in exchange for a life tenancy in other land [**no. 763**].

763. Quitclaim in her widowhood by Aline [Adeline] late the wife of Alexander the skinner [*pelliparius*] de Faruleston, of all dower right to the land in Wragby which was once held by her husband Alexander. For this the canons gave Aline 11*s* of silver. ff104r-v/pp. 249-50

St Oswald, 7 June 1227

Rubric: Carta Aline quondam uxoris Alexandri Pellip[arii].

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Alina quondam uxor Alexandri Pelliparii de Faruleston salutem in Domino. Noveritis me dimisisse et quietum clamasse priori et conventui de sancto Osuualdo imperpetuum totum ius et clamium quod habui vel habere potui nomine dotis in terra illa de Wrag[e]bi et in territorio eiusdem ville que fuit quondam Alexandri [*f104v*] Pelliparii quondam viri mei. Ita quod nec ego nec aliquis ex parte mea aliquid iuris vel clamii in predicta terra ratione dotis nobis possimus umquam vendicare. Et hoc tactis sacrosanctis Ewangeliis coram multis apud sanctum Osuualdum iuravi. Et ad maiorem huius rei securitatem presens scriptum sigillo meo roboravi. Et sciendum est quod predicti prior et conventus dederunt mihi xj. solidos argenti premanibus pro hac remissione et quietaclamatione. Act' anno gratie m° c°c° xxvij. in crastino sancte Trinitatis. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding **no. 759** for further information. In the charter which follows the widow of Alexander was called Adeline [**no. 764**]. This document provides the latest date for the documents **nos. 759-64**.

764. Quitclaim by Adeline once wife of Alexander the skinner [*pelliparius*] of all the land in Wragby which her husband Alexander once held of the canons. For this the canons granted her in the name of her dowry a life tenancy of the house with croft and the arable land which Walter the knight once held of Alexander, rendering annually to the canons 2*s* of silver. f104v/p. 250

[c. 7 June 1227]

Rubric: Carta Adeline quondam uxoris Alexandri Pell'.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Adelina quondam uxor Alexandri Pelliparii salutem in Domino. Noverit universitas vestra me quantum ad me pertinet quietam clamasse imperpetuum dilectis dominis meis priori et conventui de sancto Osuualdo de Nostl' totam terram illam in villa de Wraggebi quam Alexander quondam vir meus de eisdem tenuit in eadem villa eo tempore quo me desponsavit. Et pro hac quieta clamatione concesserunt mihi predicti domini mei domum illam cum crofto et terra arrabili eidem domui pertinenti quam Walterus miles de predicto Alexandro quondam viro meo aliquando tenuit in Wraggebi; tenendam et habendam nomine dotis omnibus diebus vite mee de predictis dominis meis, reddendo inde annuatim eisdem predictis dominis meis duos solidos argenti pro omni servitio et exactione medietatem ad Pentecost' et aliam medietatem ad festum sancti Martini in yeme. Cum autem me de medio sullatam esse contigerit tota predicta terra cum pertinentiis de me et meis predictis dominis meis quieta et soluta sine omni contradictione remanebit. Et in huius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on quitclaim by Aline [Adeline]which was probably time coincident [**no. 763**]. See note preceding **no. 759** for further information.

765. Sale and quitclaim in her widowhood by Cecilia daughter of Matilda of Oxenhope of all right or claim of an acre of land with tofts and messuages in Wragby [described], namely that which she bought from William Spirit, rendering annually to William 3*s*. For this the canons gave her 27*s* of silver. f104v/p. 250

[c. 24 July 1208 x 1264]

Rubric: Carta Cecilie filie Matildis.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Cecilia filia Matildis de Oxenhop' vendidi et quietamclamavi in legali potestate mea priori et canonicis sancti Osuualdi de Nostl' pro xxvij. solidis argenti

unam acram terre in territorio de Wraggebi cum toftis et mesuagiis et omnibus aliis libertatibus et asiamentis ad eandem terram pertinentibus infra villam et extra sine aliquo retenemento, illam scilicet acram cum tofto et mesuagio quam emi a Willelmo Spirit et que iacet ex orientali parte nemoris predictorum prioris et canonicorum extendentem se a Wraggebi versus aquilonem; habend' et tenend' libere, pure et perpetue sine aliqua contradictione et vexatione mei et heredum meorum imperpetuum, reddendo inde annuatim predicto Willelmo Spirit et heredibus suis tres solidos tantum pro omni servitio et exactione et demanda. Et ego Matildis[a] fideliter et sine fraude abiuravi pro me et pro heredibus meis et quietum clamavi predictis priori et canonicis totam predictam terram cum omnibus suis pertinentiis et totum ius et clamum quod versus eam aliquo modo habui vel habere potero imperpetuum. Si vero ego vel heredes mei in aliquo contra hec venire vel attemptare voluimus antequam in aliqua curia respondeant nobis, scilicet dabimus eis sine aliqua contradictione pro pena abiurationis tres marcas argenti. Ut autem omnia predicta perpetuis temporibus rata maneant et inconcussa presentem cartam sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

[a] probably in error for *Cecilia filia Matildis*

Note: Date based on grant of this land to William Spirit [see **no. 754**] and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. William son of Roger *Emptor* of Wragby [William Spirit] granted this land to Cecilia [**no. 755**]. Cecilia married Walter son of Osbert and together they confirmed and quitclaimed this land to Nostell Priory [**no. 756**]. It is possible that Cecilia granted this land after the death of Walter.

766. Quitclaim by Thomas son of Gamel Morolf of all right or claim he had to the land in Wragby which Gamel his father once held on loan from the canons. f104v/p. 250

[c. 24 July 1208 x 27 September1237]

Rubric: Carta Thome filii Gamelli.

Omnibus has literas visuris vel audituris Thomas filius Gamelli Morolfi salutem. Noverit universitas vestra me quietum clamasse pro me et pro heredibus meis imperpetuum Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus totum ius et clamium quod habui erga terram cum suis pertinentiis quam Gamellus pater meus aliquando tenuit de predictis canonicis in villa de Wraggebi de accomodato tantum. Et ut hoc ratum habeatur presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on an agreement between Prior John of Nostell Priory and Thomas son of Gamel Morolf. Prior John was elected c. 24 July 1208 and died 27 September 1237 [Smith, *Heads* II, p. 438]. Thomas quitclaimed this land in exchange for the land his father had held in Cudworth and 'Hornecast' [see **no. 475**].

767. Confirmation with warranty by Prior John and the convent to Roger son of Simon the mason [*cementarius*] of a messuage with an acre of land in Wragby, namely that which Roger's brother Gilbert had held before, rendering annually to the canons 2*s* 6*d* of silver. f104v/p. 250

[1221 x 27 September 1237]

Rubric: Carta Iohannis prioris concessa Rogero filio Simonis cementarii.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Iohannes prior et conventus sancti Osuualdi de Nostl' salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos dedisse, concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Rogero filio Simonis cementarii pro homagio et servitio suo unum mesuagium in Wraggebi cum una acra terre in territorio eiusdem ville, illud scilicet mesuagium cum acra terre quod Gilbertus frater eius ante eum tenuit; tenend' et habend' sibi et heredibus suis de nobis in feodo et hereditate libere et quiete, [*corrected from* quietue] pacifice et honorifice cum libertatibus et asiamentis predicte terre spectantibus, reddendo inde annuatim nobis

ille et heredes sui duos solidos et sex denarios argenti ad duos terminos, medietatem ad festum sancti Petri advincula et aliam medietatem ad [fe *dotted for deletion*] purificationem beate Marie virginis pro omni servitio consuetudine et exactione seculari. Nos vero warantizabimus dicto Rogero et heredibus suis predictum mesuagium cum dicta acra terre contra omnes homines quamdiu nobis ipsis ipsa warantizare poterimus. Ut autem hec omnia perpetuis temporibus rata permaneant, presens scriptum sigillo nostro roboravimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on quitclaim of right to this land by Gilbert son of Simon in 1221 [**no. 768**] and the death of Prior John of Nostell Priory. John was probably elected prior c. 24 July 1208 and died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283].

768. Quitclaim by Gilbert son of Simon the mason [*cementarius*] of all right or claim in a toft and an acre of land in Wragby. ff104v-50r/pp. 250-51

1221

Rubric: Carta Gilberti filii Simonis cementarii.

Omnibus has literas visuris vel audituris Gilbertus filius Simonis cementarii de Wraggebi salutem in Domino. Noverit universitas vestra me coram multis et bonis viris de vineto abiurasse, quietum clamasse, sursum reddidisse pro me et pro omnibus successoribus [*f105r*] meis imperpetuum dilectis dominis meis priori et conventui de sancto Osuualdo in curia eorumdem totum ius et clamium quod habui vel quocumque modo habere potui in terra quam de eis tenui in Wraggebi, scilicet in uno tofto et in una acra terre cum pertinentiis suis. Ita quod ego nichil iuris in predicta terra mihi vel aliquibus successoribus meis penitus retinui. Ita etiam quod ego predictus Gilbertus nec successores mei aliquid iuris vel clamii in supradictis tofto et acra terre nec in eorumdem pertinentiis umquam habere vel nobis aliquo modo possimus vendicare. Ut autem ista mea abiuratio quietaclamatio et sursum redditio perpetuis temporibus maneant inconcussa presens scriptum sigilli mei appostione roboravi. Act' apud sanctum Osuualdum anno incarnationis dominice m° c°c° xxi°. Hiis testibus et cetera.

Note: This land was subsequently granted to Gilbert's brother Roger [**no. 767**].

769. Grant with warranty by Ralph son of Walter of Wragby to William son of Agnes of Foulby of an acre of his land and a toft in the territory of Wragby [described], rendering annually to Ralph 1*d.* f105r/p. 251

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Rad[ulfi] filii Walteri.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Rad[ulfus] filius Walteri de Wraggebi dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo filio Agnetis de Folebi unam acram terre mee in territorio de Wraggebi iuxta terram Henrici Crascoc et unum toftum inter domum meam et domum eiusdem Henrici Crascoc viginti quatuor pedum in latitudine cum omnibus pertinentiis suis sine aliquo retenemento; habend' et tenend' sibi vel cui assignare voluerit in feodo et hereditate de me et de heredibus meis pro homagio et servitio suo libere, quiete et honorifice, reddendo inde michi et heredibus meis annuatim unum denarium in die nathalis Domini pro omni servitio et seculari exactione. Ego vero Rad[ulfus] et heredes mei warantizabimus et defendemus totam predictam terram cum omnibus pertinentiis suis prefato Willelmo vel cui assignare voluerit ubique et

contra omnes homines. Ut autem hec mea donatio et concessio cunctis temporibus rata maneat et inconcussa presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis [testibus] et cetera.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. This document and **no. 771** probably related to the same land in Wragby, the common thread was the 1*d* rent and Agnes of Foulby. If William Longman was the son of Agnes of Foulby and married Agnes then the transaction would chronologically have been: Ralph son of Walter of Wragby grants an acre of land and toft in Wragby to William Longman [son of Agnes of Foulby] [**no. 769**]. William Longman assigns the land to Nostell Priory [document not available in Cartulary but mentioned **no. 771**]. Geoffrey Spawald of Wragby, son of Ralph son of Walter, quitclaims to Nostell Priory the 1*d* rent owed to him for the land [**no. 771**]. At the death of William Longman his widow Agnes quitclaims her dower right to tenements in Foulby and Wragby held by her husband, which would include the land mentioned here [**no. 791**].

770. Lease in the form of a chirograph by Prior Stephen and the convent to Serlo of Bramham, their servant, of 2 acres of land with toft and dwellings in Wragby which Alexander the skinner [*pelliparius*] and afterwards John Hare once held of the canons. For this Serlo granted them in exchange a toft in Bramham, namely the toft which Serlo once held of William the forester, rendering annually to the canons 12*d* of silver. f105r/p. 251

[18 November 1240 x 1244]

Rubric: Carta Stephani prioris.

Universis Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis Stephanus prior et conventus sancti Osuualdi de Nostle salutem in Domino. Noveritis nos dedisse, concessisse et hac presenti carta confirmasse Serloni de Brameham servienti nostro duas acras terre in Wraggebi cum tofto et domibus et omnibus aliis pertinentiis que spectant ad dictam terram vel domos sine retenemento, quas Alexander Pelliparius et postea Iohannes Hare aliquando tenuerunt de nobis, in escambium unius tofti in Bramham cum omnibus pertinentiis suis illius videlicet tofti quod idem Serlo tenuit de Willelmo Forestario aliquando; tenend' et habend' dicto Serloni et heredibus suis de nobis imperpetuum libere, solute et integre cum omnibus pertinentiis et asiamentis suis sine aliquo retenemento, reddendo inde nobis annuatim xij. denarios argenti ad duos terminos, medietatem videlicet ad Pentec' aliam medietatem ad festum sancti Martini in yeme pro omni servitio et demanda seculari et nos dictam terram et domos predictas cum omnibus pertinentiis suis dicto Serloni et heredibus suis contra omnes homines warantizabimus et defendemus quamdiu dictus Serlo et heredes sui predictum toftum in Brameham cum pertinentiis nobis warantizaverint. In cuius rei testimonium presenti scripto cyrographato tam nos quam dictus Serlo sigilla nostra hinc inde apposuimus. Teste capitulo nostro.

Note: Date based on rule of Prior Stephen. The predecessor of Prior Stephen died on 18 November 1240 and Stephen resigned in 1244 [Smith, *Heads* II, p. 438]. The land which Alexander the skinner held was quitclaimed by his widow Adeline on 7 June 1227 [see **nos. 759-64**], the charters of John Hare do not survive in the Cartulary. The land which William the forester held was originally granted to William during the rule of Prior John [**nos. 576, 577**]. William granted the land to Serlo, the servant of St Oswald [**nos. 626-28**]. Serlo was also described as the forester of St Oswaldo [**no. 660**].

771. Quitclaim by Geoffrey Spawald of Wragby of all right or claim to an annual rent of 1*d* which the canons rendered for an acre of land in Wragby, namely that which William Longman of Foulby bought from Geoffrey's father and which he assigned to the canons. f105r/p. 251

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Galfridi Spawald'.

Universis Cristi fidelibus presens scriptum inspecturis Galfridus Spawald de Wraggebi salutem in Domino. Noveritis me remisisse et quietumclamasse dominis meis priori et conventui sancti Osuualdi de Nostl' de me

et heredibus meis imperpetuum redditum unius denarii quod mihi annuatim in die natalis Domini reddere consueverunt pro una acra terre in territorio de Wraggebi quam Willelmus Longman de Folebi emit de patre meo de feodo predictorum prioris et conventus et eisdem assignavit. Ita quod nec ego nec aliquis heredum vel successorum meorum aliquid iuris vel clamii in predicto redditu nobis imposterum vendicare possimus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis [testibus et cetera].

Note: Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. The 1*d* rent may be the same owed to Ralph son of Walter of Wragby for land he granted to William son of Agnes of Foulby [**no. 769**]. See note **no. 769** for further information.

772. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms for the fabric of the canons' church by Roger son of William of Preston of all his land in Wragby [described]. f105r/p. 251

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Rogeri filii Willelmi de Prestona.

Universis presens scriptum visuris vel audituris Rogerus filius Willelmi de Prestona salutem in Domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et patris mei Willelmi et antecessorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus ad opus fabrice ecclesie sue totam terram illam in Wraggeby sine retenemento cum edificiis suppositis et omnibus aliis pertinentiis et aysiamentis, sicut se habet in longitudine et latitudine inter toftum Iohannis Collock' ex parte una et toftum quondam Hamonis Cissoris ex parte alia; tenendam et habendam dictis canonicis et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam solutam et quietam ab omni servitio seculari consuetudine et demanda. Et ego Rogerus et heredes mei ac successores qualescumque dictam terram cum edificiis, pertinentiis suis et aysiamentis dictis canonicis et eorum successoribus in omnibus et contra omnes homines et mulierum dotes warantizabimus, adquietabimus et imperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera. [*f105v*]

Note: Date based on William (II-IV) Preston and other entries made by Scribe A & B [see Chapter V]. Dating of this document is complicated by the difficulty in separately identifying three generations of William of Preston (II-IV). They range from the beginning of the rule of Prior John c. 24 July 1208 up to as late as 24 November 1287 and Roger son of William could thus be the son of any of these William's [see note preceding **no. 722**]. This charter was probably copied by Scribe A. The document was duplicated as **no. 773**, however the later was copied by either Scribe B or a later Scribe [see Chapter V].

773. Duplicate of no. 772. f105v/p. 252

[13th century, before 1264]

Rubric: [*none*].

[U]niversis presens scriptum visuris vel audituris Rogerus filius Willelmi de Prestona salutem in Domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et patris mei Willelmi et antecessorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti [O *dotted for deletion*] Oswaldi de Nostell' et canonicis ibidem Deo servientibus ad opus fabrice ecclesie sue totam terram illam in Wraggeby' sine retenemento cum edificiis super positis et omnibus aliis pertinentiis et aysiamentis sicut se habet in longitudine et latitudine inter toftum Iohannis Collot ex parte una et toftum quondam Hamonis Cissoris ex parte alia; tenendam et habendam dictis canonicis et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam, solutam et quietam ab omni servitio seculari, consuetudine et demanda. Et ego Rogerus et

heredes mei ac successores qualescumque dictam terram cum edificiis, pertinentiis suis et aysiamentis dictis canonicis et eorum successoribus in omnibus et contra omnes homines et mulierum dotes warantizabimus, adquietabimus et imperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: See no. 772 for dating and further information. No. 772 and this charter are the same however no. 772 was probably copied by Scribe A and this document was copied possibly by Scribe B or a later scribe [see Chapter V]. This document can be dated on the latest entry made by Scribe A, 1264, who copied the charter above [no. 772]. No explanation for the duplication can be determined.

774. Bond by William of Ackton rector of the church of Berwick [in Elmet], son and heir of the late Roger of Allerton residing in Ackton to acquit the prior and canons of all forinsec service and secular tax of the king touching all the lands and tenements of the prior and convent in Huntwick in the fee of Ackton just as his father Roger had promised in his charter. For this the prior and canons gave William 20*s* of silver owed in arrears from after his father's death and will render annually 3*s* of silver. f105v/p. 252

[late 13th century, after 29 January 1271]

Margin heading: Carta Willelmi filii Rogeri de Ayketon' de acquietantia terre de Huntewik'.

[O]mnibus hoc scriptum visuris vel audituris Willelmus de Ayketon' rector ecclesie de Berwik' filius et heres quondam Rogeri de Aluerton manentis in Ayketon eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod cum dudum antedictus Rogerus de Ayketon pater meus tenebatur et fuisset obligatus ad defendendum et acquietandum religiosos viros ..priorem et conventum de sancto Oswaldo de omnimodis forinsecis servitiis, sectis et exactionibus ad dominum regem qualitercumque spectantibus ratione terrarum et tenementorum dictorum ..prioris et conventus in Huntewik' iuxta sanctum Oswaldum sicut in carta predicti Rogeri patris mei plenius continetur et testatur. Ego Willelmus de Ayketon prefatus tam pium obsequium et devotum Rogeri patris mei antedicti pro Deo et monasterio sancti Oswaldi tam favorabiliter inpensum acceptans et ratificans concedo et obligo me et heredes meos et assignatos teneri et obligatos esse ad defendendum et acquietandum predictos religiosos viros ..priorem et conventum de sancto Oswaldo de omnimodis forinsecis servitiis, sectis et exactionibus ad dominum regem seu ad quoscumque alios qualitercumque spectantibus ratione terrarum et tenementorum dictorum ..prioris et conventus in Huntewik' iuxta sanctum Oswaldum que sunt de feodo de Ayketon. Et pro hac defensione et acquietatione dederunt michi prefati religiosi viginti solidos argenti pro arreragiis michi post mortem patris mei pro defensione antedicta non solutis. Et solvent michi et heredibus meis et assignatis annuatim tres solidos argenti ad festum sancti Michaelis. Et ego Willelmus et heredes mei et assignati predictos ..priorem et conventum de omnimodis forinsecis servitiis, sectis et exactionibus dominum regem seu [*altered from seci*] quoscumque alios tangentibus ratione dictarum terrarum et tenementorum de Huntewik' sicut predictum est warantizabimus, acquietabimus et imperpetuum defendemus. [*f106r*]

Note: Date based on occurrence of Roger of Allerton. Roger of Allerton was a parishioner of Featherstone and alive on 29 January 1271 [no. 1216]. The bond by Roger of Allerton for the forinsec service on this land included an annual rent of 12*d* payable to Roger; if the amount of 20*s* in arrears was strictly an annual tally then the Priory was in arrears for 20 years of payment which would make the earliest date for this charter 1290 [no. 780]. In this charter the annual render was trebled from 12*d* to 3*s* which makes the time span based on amount in arrears less certain. This charter was entered by other than Scribe A or B [see Chapter V].

775. Grant with warranty by Robert son of Ralph Marscald [Marshal] to Gilbert son of Ralph of Hardwick of 9 acres of land in [West] Hardwick [described], rendering annually to the prior and canons 4*d*. For this Gilbert gave Robert $2^{1/2}$*m*. f106r/p. 253

[13th century, before 1264]

Rubric: Hic incipiunt carte de Herthwic. Carta Roberti filii Rad[ulfi] Marescald'.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus filius Rad[ulfi] Marscaldi dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Gilberto filio Rad[ulfi] de Herdwic novem acras terre in territorio de Herdwic scilicet unam perticatam terre versus orientem de domo mea iuxta Grenam et tres acras et dimidiam versus Nort de domo mea infra assartum meum et quatuor acras super Hesthilles et v. perticatas ad le forkedetre; tenendam illi et heredibus suis de Deo et sancto Osuualdo et canonicis regularibus ibidem Deo servientibus in feudo et hereditate libere, quiete, pacifice et integre cum omnibus libertatibus et asiamentis predicto tenemento pertinentibus, reddendo inde annuatim Deo et sancto Osuualdo et canonicis regularibus ibidem Deo servientibus iiij^{or} denarios pro omni servitio et seculari exactione ad festum sancti Osuualdi. Pro hac donatione et concessione dedit mihi predictus Gilbertus duas marcas et dimidiam de recognitione. Et ego Robertus filius Rad[ulfi] et heredes mei warantizabimus hoc predictum tenementum cum pertinentiis predicto Gilberto et heredibus suis contra omnes homines. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on association with Thomas son of Osbert of Huntwick and Ralph Marshall and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Both Robert son of Ralph Marshall and Thomas son of Osbert of Huntwick occurred together as witnesses in the mid-13th century [no. 1250]. Ralph the Marshall occurred as a witness in the late 12th x early 13th centuries [no. 1249]. Gilbert son of Ralph does not reoccur in the Cartulary, however this nine acres of land maybe the same which his son Thomas held and which Gilbert bought from Robert Clerkheued [no. 1230]. Robert Clerkheued occurred frequently in the Cartulary in the mid-13th century.

776. Lease by Prior John and the convent to Juliana of Hardwick late the wife of William the smith [*faber*], of a messuage with a toft and a perch of land in [West] Hardwick, namely that which Juliana held before the land was granted to the canons, rendering annually 2*s* 6*d* of silver. f106r/p. 253

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta Iohannis prioris.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Iohannes prior et conventus sancti Osuualdi de Nostle salutem in Domino. Noveritis nos dedisse, concessisse et presenti carta confirmasse Iuliane de Herdwic quondam uxori Willelmi Fabri illud mesuagium cum tofto in Herdwic et cum una percata terre in territorio eiusdem ville quod ipsa Iuliana ante hanc concessionem de nobis tenuit; tenend' et habend' sibi et heredibus suis de nobis in feodo et hereditate libere, quiete et honorifice in omnibus asiamentis et pertinentiis ad predictam terram spectantibus, reddendo inde annuatim nobis illa et heredes sui duos solidos et sex denarios argenti ad duos terminos, medietatem ad festum sancti Petri [et *dotted for deletion*] advincula et aliam medietatem ad purificationem beate Marie virginis pro omni servitio et exactione seculari. Nos autem warantizabimus predictam terram predicte Iuliane et heredibus suis contra omnes homines quam diu nobis ipsis ipsam poterimus warantizare. Ut autem hec omnia rata permaneant presens scriptum sigilli nostri appositione roboravimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rule of John as prior of Nostell Priory. John was probably elected c. 24 July 1208 and he died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. Juliana's son William Coli quitclaimed a toft and half a bovate of land in Hardwick which may have been the same land mentioned here [no. 779].

777. Lease by Prior J. and the convent to Simon son of master Swein the cook of all the land which Swein held of the canons in [West] Hardwick, namely a bovate of land and a quarter of a bovate of land and a moiety of the land which was Lefric's; they also grant all the land which Isabel held of them in the same vill, rendering for all 7*s*. They grant that William and Thomas, brothers of Simon, shall hold their lands in [West] Hardwick from Simon as freemen in the canons' fee hold land, and as in the charter William and Thomas have from Simon. f106r/p. 253

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta Iohannis prioris.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis I. prior et conventus de sancto Osuualdo eternam in Domino salutem.

Noverit universitas vestra nos dedisse et concessisse ac present[i] carta nostra confirmasse Simoni filii magistri Sweni coci totam terram quam idem Swenus tenuit de nobis in Herdwic, scilicet unam bovatam terre et quartam parte unius bovate terre et medietatem terre que fuit Lefric. Preterea dedimus et concessimus eidem totam terram quam Ysabel tenuit de nobis in eadem villa; tenend' et habend' sibi et heredibus suis de nobis perpetuo libere et quiete et honorifice in feodo et hereditate cum omnibus pertinentiis suis et libertatibus et asiamentis ad villam prenominatam pertinentibus pro homagio et servitio suo, reddendo inde nobis annuatim septem solidos ad duos terminos, scilicet medietatem ad festum sancti Martini et aliam medietatem ad Pentec' pro omni servitio ad nos spectante. Concessimus etiam ut Willelmus et Thomas fratres prefati Simonis et heredes sui teneant terra suas de Herdwic de predicto Simone sicut liberi homines nostri in feodo et [heredes sui *dotted for deletion*] hereditate secundum tenorem cartarum quam habent de sepedicto Simone. Ut autem hec nostra donatio et concessio imposterum rata maneat et inconcussa presens scriptum sigilli nostri appositione roboravimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rule of John as prior of Nostell Priory. John was probably elected c. 24 July 1208 and he died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. The land which William son of Swein once held in Huntwick was granted to the 'hospitaler', probably of Nostell Priory, by William son of Roger of Huntwick in the late 12th x early 13th centuries [no. 1249]. The charters of Thomas and William do not survive in the Cartulary.

778. Lease with warranty by John prior and the convent to Thomas son of Elias Marescald [Marshall] of Wintersett of a toft of land in [West] Hardwick with a moiety of a croft, namely that which Ralph Cari held, rendering annually to the canons 2*s* of silver. f106r/p. 253

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta Iohannes prioris.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Iohannes prior et conventus sancti Osuualdi salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos dedisse, concessisse et hac presenti carta confirmasse Thome filio Helie Marescaldi de Wintersete unum toftum terre vestre in villa de Herdewic pro homagio et servitio suo cum medietate crofti et omnibus pertinentiis suis quod Rad[ulfus] Cari tenuit de nobis tenuit [*sic*]; tenend' et habend' sibi et heredibus suis libere, quiete, pacifice et honorifice in omnibus asiamentis et libertatibus que ad predictam terram pertinent, reddendo inde annuatim nobis duos solidos argenti medietatem ad festum sancti Petri advincula et aliam medietatem ad purificationem beate Marie pro omni servitio et exactione seculari. Nos autem warantizabimus predictam terram predicto Thome et heredibus suis super quamdiu nobis ipsam warantizare possimus. Ut autem hec omnia cunctis temporibus rata permaneant et inconcussa presentem cartam sigillo nostro roboravimus. Hiis testibus.

Note: Date based on rule of John as prior of Nostell Priory. John was probably elected c. 24 July 1208 and he died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. Peter son of Elias Marshall of Wintersett granted land

to Nostell Priory and maybe have also been known as Peter the brewer of Wintersett [**nos. 234, 252, 254, 760, 761**].

779. Quitclaim by William Coli son of Juliana of Hardwick of all right or claim to a toft and half a bovate of land with an adjacent meadow in [West] Hardwick, which he once held of the canons. ff106r-v/pp. 253-54

[first half 13th century]

Rubric: Carta Willelmi Coli filii Iuliane.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus Coli filius Iuliane de Herdwic salutem in Domino. Noveritis me abiurasse, sursum reddidisse et quietumclamasse pro me et pro omnibus successoribus meis imperpetuum dilectis dominis meis priori et conventui sancti Osuualdi de Nostle in curia eorundem unum toftum et dimidiam bovatam terre in Herdwic et in territorio eiusdem quod toftum et quam terram de eis aliquando tenui sine aliquo retenemento tamquam proprium feodum eorum in quo nullum ius habuit; tenend' et habend' cum prato adiacente et cum omnibus libertatibus et asiamentis infra villam et extra eidem terre pertinentibus libere et quiete, pacifice et integre pure et perpetue sine aliqua contradictione, vexatione vel reclamatione mei vel suc[*f106v*]cessorum meorum imperpetuum. Ita quod nec ego nec aliqui successores mei aliquid iuris vel clamii in predicta terra vel in eiusdem pertinentiis nobis possimus exigere vel aliquo modo aliquibus temporibus vendicare. Et ut hec perpetuis temporibus firmitatis robur obtineat presentem cartam sigilli mei appositione roboravi. Hiis [testibus] et cetera.

Note: Date based on lease of land to Juliana of Hardwick. Prior John of Nostell Priory leased land in Hardwick to Juliana, widow of William the smith in the first half of the 13th century [**no. 776**]. The land mentioned here may be the same land which Juliana leased.

780. Bond by Roger of Allerton, living in Ackton, that he will acquit the convent of all forinsec service, and secular tax of the king for all lands and tenements of the canons in Huntwick. For this the canons gave Roger half a mark of silver and will render annually to Roger 12*d* of silver. f106r/p. 253

[late 13th century]

Margin: Scriptum Rogeri de Alverton' manentis in Aykton de forinseco servitio de Huntwick.

[*inserted in the lower margin of f106r*] Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris Rogerus de Alverton' habitans in Ayketon' eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me et heredes meos et assignatos teneri et obligari per presentes ad defendendum et adquietandum religiosos viros ..priorem et conventum de sancto Oswaldo de omnimodis forinsecis servitiis, sectis et exactionibus ad dominum regem qualitercumque spectantibus ratione terrarum et tenementorum dictorum prioris et conventus in Huntwyck' iuxta sanctum Oswaldum, pro qua quidem defensione et adquietatione dederunt mihi dicti religiosi pre manibus dimidiam marcam argenti et solvent mihi et heredibus meis annuatim xij. denarios argenti videlicet ad festum sancti Michaelis. Et ego Rogerus et heredes mei et assignati predictos priorem et conventum de omnimodis forinsecis servitiis, sectis et exactionibus dominum regem tangentibus ratione dictarum terrarum et tenementorum de Huntwick' sicut predictum est warantizabimus. adquietabimus et in perpetuum defendemus. In cuius et cetera.

Note: Date based on occurrence of Roger of Allerton. Roger of Allerton was a parishioner of Featherstone and still alive on 29 January 1271 [**no. 1216**]. His son and heir, William of Ackton, made a bond to continue to acquit

the priory of the forinsec due [no. 774]. This entry was made by a scribe other than Scribe A or B [see Chapter V] and not by the same Scribe which copied William of Ackton's bond [no. 774].

781. Agreement between the prior and convent and Emma Woodhead whereby the canons gave Emma 3 acres of land with a messuage in [West] Hardwick, namely that which William son of Ellen once held of the canons, rendering annually 12*d*. In exchange Emma quitclaims all the land in Foulby which she held of the canons. f106v/p. 254

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Conventio inter priorem et W. [*sic*] Wodeheu'.

Hec est conventio facta inter priorem et conventum de sancto Osuualdo de Nostl' ex una parte et Emmam Wodeheued ex altera, videlicet quod predicti prior et conventus dederunt predicte Emme tres acras terre cum uno mesuagio et cum pertinentiis in territorio de Herdwic, illas scilicet quas Willelmus filius Elene aliquando de predictis priore et conventu tenuit; tenend' et habend' sibi et heredibus suis vel assignatis de predictis priore et conventu imperpetuum, reddendo inde annuatim predictis priori et conventui xij. denarios ad duos terminos, medietatem ad festum sancti Martini in yeme, et aliam medietatem ad Pentec' pro omni servitio et demanda. Ipsa vero Emma pro hac donatione reddidit et quietam clamavit predictis priori et conventui dominis suis in escambium totam terram illam in Folebi cum omnibus pertinentiis suis quam de eisdem tenuit; tenend' et habend' imperpetuum predictis priori et conventui libere et pure, solutam et quietam de predicta Emma et heredibus suis. Ut autem hec omnia predicta perpetuis temporibus perpetue firmitatis robur optineant predictus prior et conventus ex una parte et predicta Emma ex alia hoc scriptum sigillis suis hinc <inde> roboraverint. Teste capitulo de sancto Osuuualdo [*sic*].

Note: Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Neither Emma Woodhouse nor William son of Ellen reoccur in the Cartulary.

782. Confirmation by John Clerkeheuid of all the land he held of the canons in [East] Hardwick between Pontefract and the house of St Oswald, 2 shops [*selda*] in Pontefract which he had from the gift of John de Vescy his uncle, 4*s* of rent in Gunthwaite [Penistone] which he received from John del Rode, a toft in Bramham and 3 roods of land in Bramham which he bought from William of Watton and Juliana his wife. f106v/p. 254

[1253 x 1264]

Rubric: [*none*].

[O]mnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Iohannes Clerkeheuid' eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum et successorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse de me et heredibus meis imperpetuum dominis meis priori et conventui sancti Oswaldi de Nostel' to [*sic*] totam terram quam ego vel aliqui antecessorum meorum de eis tenuimus in villa et territorio de Herdewic' inter Pontefractum et domum sancti Oswaldi sine aliquo retenemento. Insuper dedi eis et concessi duas seldas in villa de Pont[e]fr[acto] quas habui de dono Iohannis de Vescy avunculi mei sicut plenius continetur in carta quam de ipso habui; et quatuor solidorum anni redditus in Gunnilthuayt quos percipere solebam de Iohanne del Rode pro terra quam de me ibidem tenuit; et unum toftum in villa de Brameham et tres rodas terre in territorio eiusdem ville, illud scilicet toftum cum dictis tribus rodis terre que emi de Willelmo de Watton et Iuliana uxori eius sicut continetur in carta quam de eis habui; tenend' et habend' dictis priori et conventui cum pertinentiis et eschaetis que ad dictam terram vel dictos redditus accidere poterunt adeo libere et quiete ut ego ea aliquando

tenui vel possedi. Ut autem hec mea donatio, concessio ac confirmatio robur firmitatis optineat presens scriptum sigilli mei munimine duxi roborandum et ad maiorem huius rei securitatem omnes cartas et munimenta que de dictis terris et redditibus habui sepedictis priori et conventui tradidi.

Note: Date based on grant of this land to John Clerkheued by his uncle John de Vescy and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. John de Vescy inherited his father's estates by 1253 [*Yorks Inq.* 2, p. 81n]. The grants to John Clerkheued by John de Vescy of two shops in Pontefract and the land in Gunthwaite [Penistone] establish the earliest date of this document [nos. 720, 784]. William of Watton and Juliana his wife confirmed their sale of land to John Clerkheued [no. 1143]. The land in East Hardwick was probably the land Rayner of Ackton granted to John Clerkheued [nos. 1275, 1276] .

783. Grant by William son of John of Thornhill to Idonea daughter of Rayner de Mireflet of all the land which Robert Drake held in Gunthwaite [Penistone] with all rights and easements except to sell wood or assart without his consent, rendering annually to William a pound of cumin. For this Idonea gave William a gold ring. f106v/p. 254

[late 12th century x c.1232]

Rubric: [*none*].

[S]ciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Iohannis de Tornehille dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Ydonee filie Reyneri de Mireflet vel cuicumque assignare voluerit totam terram quam Robertus Drake tenuit in territorio de Gunnilthuayt in bosco, in plano, in pratis, in pascuis, in aquis, in molendinis, in viis, in semitis et in omnibus communibus et asiamentis et libertatibus predicte terre et predicte ville de Gunilwayt pertinentibus, preter quam vendere boscum meum alicubi vel dare sive assartare sine mei consensu. Hanc vero terram dedi illi et heredibus suis vel cuicumque eam assignare vel dare voluerit; tenend' et habend' de me et heredibus meis libere, solute, quiete, integre et pacifice ab omni seculari exactione et expostulatione sicut aliqua terra liberius et honorabilius teneri poterit, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unam liberam cimini tantum ad festum sancti Egidii pro omni servitio pro hac vero terra certius et liberius; habenda et possidenda dedit mihi predicta Ydonea unum anulum aureum de recognitione et ut hec terra predicte Ydonee et heredibus suis vel cui eam dare voluerit rata permaneat imposterum et inconcussa presens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Hiis [testibus] et cetera.

Note: Date based on John son of Assolf and William son of John of Thornhill. John younger son of Assolf, and father of William mentioned here, was still living in 1185 and his descendants were known as the cadet branch of 'Thornhills of Thornhill Hall in Wath upon Dearne'; his son William son of John of Thornhill died c. 1232 [Clay, 'Family of Thornhill']. William son of John had inherited his father's estates by 21 August 1228 when he presented a third part of the church of Wath upon Dearne [Thompson & Clay, *Fasti Parochiales* 2, pp. 105, 109]. The land which Robert Drake held in Gunthwaite was the subject of a sale in the first half of the 13th century [no. 924].

784. Grant with warranty by John de Vescy to John Clerkheued his nephew of all his land in Gunthwaite [Penistone], rendering annually to John de Vescy a pound of cumin. f106v/p. 254

[1253 x 1264]

Rubric: [*none*].

[S]ciant presentes et futuri quod ego Iohannes de Vescy concessi, dedi et hac presenti carta mea sigillo meo impressa confirmavi Iohanni Clerkeheued nepoti meo totam terram meam in territorio de Gunnilwayt; habend' et tenend' de me et heredibus meis vel assignatis sibi et heredibus suis vel assignatis libere, quiete et integre cum omnibus pertinentiis, libertatibus et asiamentis et communibus in bosco, in plano, in pratis, in pascuis, in aquis, in molendinis, in viis, in semitis et in omnibus aliis locis predicte terre et predicte ville de

Gunilwayt pertinentibus sicut aliqua terra liberius et honorabilius teneri poterit, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis vel assignatis unam libram cimini tantum ad festum sancti Egidii pro omni servitio consuetudine seculari exactione et demanda. Et ego vero Iohannes et heredes mei vel assignati predicto Iohanni et heredibus suis vel assignatis predictam terram cum omnibus pertinentiis per predictum servitium contra omnes homines imperpetuum warantizabimus et defendemus. Hiis testibus et cetera. [*f107r*]

Note: Date based on John de Vescy and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. John de Vescy inherited his father William's estates after 1253 and was dead by 2 April 1289 [*Yorks Inq.* 2, pp. 81-3, 83n]. John Clerkheued received 4*s* in annual rent for this land from John del Rode which he granted to Nostell Priory [no. 782].

785. Grant and quitclaim by Alexander the miller, son of John Daniel of all right or claim to the 1$^{1/2}$ acres of land in Foulby [locations described] which his father held of the canons. For this the canons gave Alexander 8*s*. f107r/p. 255

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Hic incipiunt carte de Folleby. Carta Alexandri molendinarii.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Alexander molendinarius filius Iohannis Daniel salutem. Noverit universitas vestra me concessisse et quietum clamasse imperpetuum priori et canonicis de sancto Osuualdo pro me et pro heredibus meis omne ius et clamum quod habui vel habere potui in terra de Folebi quam pater meus tenuit de eisdem priore et canonicis in eadem villa, scilicet unam acram sub Orgraker et dimidiam acram terre in territorio de Folebi. Predicti vero prior et canonici pro hac mea concessione et quietaclamatione mihi octo solidos dederunt. Ut autem hec mea concessio et quieta clamatio rata maneat et inconcussa imperpetuum presens scriptum sigillo meo corroboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Neither Alexander the miller nor his father John Daniel occur again in the Cartulary. It is possible, based on placement in the Cartulary, that Alexander the miller was the father of Matilda and Sybil mentioned in the following charters [nos. 786, 787].

786. Sale and quitclaim by Alice daughter of Matilda daughter of Alexander of all rights to 3 acres of land in Foulby, namely that which her grandfather Alexander held of the canons. For this the canons gave Alice 7*s* 6*d*. f107r/p. 255

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Alicie filie Matildis filie Alexandri.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Alicia filia Matildis filie Alexandri vendidi et hac presenti carta mea de me et de heredibus meis imperpetuum quietumclamavi ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus totum illud ius quod habui in tribus acris terre cum pertinentiis in Folebi pro septem solidis et sex denariis sterlingorum quos idem canonici mihi dederunt, illas scilicet acras quas avus meus Alexander de eis tenuit. Ut autem hec venditio et quieta clamatio mea rata et inconcussa perpetuis temporibus observetur eam sigilli mei impressione corroboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Alice daughter of Matilda daughter of Alexander may have been a co-heiress of her grandfather Alexander and this document suggests her mother had predeceased Alexander, leaving Alice to inherit Matilda's portion. Her aunt Sybil, daughter of Alexander, was the another co-heiress [no. 787]. The placement in the Cartulary following Alexander the miller's quitclaim suggests he was her grandfather although that is speculative.

787. Sale and quitclaim by Sybil daughter of Alexander of all right to 3 acres of land in Foulby, namely that which her father Alexander held of the canons. For this the canons gave Sybil 7*s* 6*d*. f107r/p. 255

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Sibille filie Alexandri.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Sibilla filia Alexandri vendidi et hac presenti carta mea de me et de heredibus meis imperpetuum quietam clamavi ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus totum illud ius quod habui in tribus acris terre cum pertinentiis in Folebi pro septem solidis et sex denariis sterlingorum quos idem canonici mihi dederunt, illas scilicet acras quas pater meus Alexander de eis tenuit. Ut autem hec venditio et quietaclamatio mea rata et inconcussa perpetuis temporibus observetur eam sigilli mei impressione corroboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Sybil daughter of Alexander was one of his co-heiress, along with Alice daughter of Matilda [no. 786]. The placement in the Cartulary following Alexander the miller's quitclaim suggests he was her grandfather although that is speculative.

788. Grant by Roger Dun of Foulby that the canons may raise [the level of] their pool whenever they wish and neither he nor his heirs will interfere with the pool nor with the overflow of water. f107r/p. 255

[12th x 13th centuries, 1264]

Rubric: Carta Rogeri Dun de Foleby.

Universis Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Rogerus Dun de Foleby salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos concessisse et hac presenti carta mea confirmasse dominis meis priori et conventui de sancto Osuualdo de Nostle ut exaltent stagnum suum quantumcumque voluerint pro voluntate sua sine contradictione mea et heredum meorum. Ita quod nec ego nec heredes mei occasione illi stagni vel refluxus aque aliquid imposterum ab eis possimus exigere. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Nostell Priory had had a fishpond at Foulby since at least the time of King Henry I as the gift of Ascelin de Day [B004]. Roger Dun of Foulby does not reoccur in the Cartulary.

789. Grant and confirmation in the form of a chirograph by Prior William and the convent to William Belle of Bramham of an acre of land with a toft in Foulby, namely that which William of Kirkstall and his wife Alice Petit once held of the canons, rendering annually to the canons 2*s* of silver. f107r/p. 255

[4 January 1255 x 1264]

Rubric: Carta Willelmi prioris concessa Willelmo Belle.

Omnibus has literas visuris vel audituris frater Willelmus prior et conventus de sancto Osuualdo eternam in Domino salutem. Noverit universitas universitas [*sic*] vestra nos concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Willelmo Belle de Brameham unam acram terre cum tofto in Folebi, illam videlicet quam Willelmus de Kirkestal et Alicia Petit uxor eius de nobis quondam tenuerunt; tenend' et habend' sibi et heredibus suis de corpore suo exeuntibus, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris duos solidos argenti ad duos terminos anni, videlicet medietatem ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini in yeme pro omni servitio et demanda. Et sciendum est quod nec predictus Willelmus nec heredes suis vendent, dabunt vel alienabunt prenominatam terram sine assensu et voluntate nostra. Hanc autem concessionem eis

fecimus quamdiu se fideliter erga nos habuerint et prenominatam firmam ad prescriptos terminos nobis plenarie solverint. Et ut hec predicta robur firmitatis optineant presenti scripto cyrographato sigillum nostrum apposuimus. Teste capitulo nostro.

Note: Date based on rule of Prior William and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. The predecessor of Prior William of Clifford died 4 January 1255 and William died 16 August 1277 [Smith, *Heads* II, pp. 438-39]. Alice Petit, daughter of Agnes Squirrel and widow of William of Kirkstall, quitclaimed to Nostell Priory this and other land [no. 807].

790. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Adam, the brewer [*braciator*], of Foulby of an acre of land in Foulby [described]. f107r/p. 255

[12th x 13th centuries, before 1264 and probably late 12th century]

Rubric: Carta Ade braciatoris.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Adam braciator de Folebi eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus unam acram terre in territorio de Folebi, illam scilicet que iacet iuxta terram Alani clerici ex parte occidentali et abbuttat super Orgraueker; tenend' et habend' dictis canonicis in liberam, puram et perpetuam elemosinam adeo scilicet liberam et quietam ut aliqua elemosina aliquo tempore dari solet autem possideri. Ego vero Adam et heredes mei vel successores predictam acram terre sicut iacet in loco prefato contra omnes homines, dotes sive impignorationes warantizabimus, adquietabimus et defendemus. Ut autem hec mea donatio rata sit et inconcussa presenti scripto sigillum meum duxi apponendum. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on mention of Alan the clerk of Foulby and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Matilda daughter of Alan the clerk was mentioned in other transactions in Foulby in the late 12th century suggesting that this charter may also have been issued during that period [nos. 873-75].

791. Quitclaim in her widowhood by Agnes late the wife of William Longman of Foulby of all right or claim to her dower right to the tenements in Foulby and Wragby which had been her husband's. For this the canons gave Agnes a sum of money. f107r-v/pp. 255-56

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Agnetis uxoris Willelmi Langeman.

Sciant presentes et futuri quod ego Agnes quondam uxor Willelmi Langeman de Folebi in viduitate et ligia potestate mea liberam et quietos clamavi de me et omnibus meis imperpetuum priorem et conventum de sancto Osuualdo super omnia querela, exactione vel demanda et omni iure quod mihi comperiit [*sic*] vel competere potuit ad dotem petendam vel habendam ratione tenementi quod fuit predicti Willelmi viri mei in Folleb' [*f107v*] et Wraggebi unde contra ipsos literas domini regis quibus omnino duxi resignand' impetravi similiter etiam et cuiuslibet alterius tenementi quod unquam ad eundem W. aliquo modo potuit pertinere, promittens fide media et sacramento super sancta Ewangelia prefato quod predictos priorem et conventum super premissis nunquam per me vel aliam quamcumque personam inquietabo vel implacitabo. Pro hac autem liberatione mea et quieta clamatione dederunt mihi predicti prior et conventus quamdam pecunie quantitatem in magna necessitate mea. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. William Longman of Foulby had purchased land from the father of Geoffrey Spawald of Wragby which rendered 1*d* which Geoffrey quitclaimed to Nostell Priory [**no. 771**]. Agnes and William Longman may have had a son William [**no. 769**].

792. Grant and confirmation with warranty in pure, free and perpetual alms by Eve de Day daughter of Hugh de Day from her inheritance of 60 acres of land in Huntwick which Gerard held and the toft of Moald with all the land which Herbert held of her. f107v/p. 256

[7 December 1147 x 1196]

Rubric: Carta Eve de Day.
Margin note: Vacat hic quia in sequente folio.[a]

Omnibus sancte matris ecclesie filiis qui has literas viderint vel audierint Eva de Day filia Hugonis de Day salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et patris et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse et dedisse et hac mea presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus de hereditate mea in Huntwic sexaginta acras terre quas Gerardus tenuit et toftum quod fuit Moald cum tota terra quam Herbertus de me tenuit. Has vero predictas terras concessi prenominatis canonicis cum omnibus pertinentiis et communitatibus et omnibus asiamentis que ad predictam villam pertinent in puram et liberam et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni seculari servitio et exactione. Ego vero et heredes mei warantizabimus sepedictis canonicis hanc elemosinam contra omnes homines et si aliquo fortuito casu contigerit quod hanc elemosinam canonicis warantizare non poterimus escambiam eis ad valentiam istius elemosine dabimus. Et ut hec donatio et confirmatio mea rata imperpetuum et firma habeatur eam sigilli mei impressione corroboravi. Hiis testibus et cetera.

[a] This charter text has been crossed out with faint but contemporary black ink. The rubric is not annotated. Probably recopied as **no. 796**.

Note: See note **no. 796** and note preceding **no. 794** for information concerning dating and the donors of this family.

793. Grant with warranty by John de Hounddale, senior, living in Wragby to Alice daughter of Isabel de Lownthorp of a toft with an acre of land adjacent [Hessle, described] and 3$^{1/2}$ acres of land in the fields of Hessle [described] and an acre above 'Bede Mangrave' [unlocated], rendering annually to the prior of St Oswald 23*d* for customs and to the lord of Hessle 1*d*. If Alice dies without legitimate heirs of her body the land shall fully revert to John and his heirs. f107v/p. 256

Wragby, 8 January 1348

Rubric: [*none*].

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes de Hounddale <senior> manens in Wragby dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Alicie filie Isabelle de Lownthorp unum toftum cum quadam acra terre adiacente in eadem villa iuxta tenementum Iohannis de Walton et tres acras terre et dimidiam in campo eiusdem ville quarum due acre et dimidia iacent in quodam loco vocato Le Neu Rydinge in divisis locis et una acra iacet Super Bede Mangrave; tenend' et habend' omnia predicta toftum et terram cum omnibus pertinentiis suis prefate Alicie et heredibus de corpore suo legitime procreatis libere, quiete, pacifice imperpetuum, de capitalibus dominis feodi illius per servitia inde debita et consueta videlicet pro predicto tofto priori sancti Oswaldi annuatim xx^{ti}iij. denarios et pro terra domino de Hesule j. denarium. Et si contingat quod predicta Alicia sine herede de corpore suo ligitime procreato obierit volo et concedo per

presentes quod omnia prenominata mihi et heredibus meis integre revertantur tenend' ut predictum est. Et ego vero Iohannes et heredes mei omnia <et> singula tofta et terram cum omnibus pertinentiis suis predicte Alicie et heredibus suis in omnibus ut predictum est contra omnes gentes warantizabimus imperpetuum. In cuius rei testimonium presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus Iohanne de Skelbruke, Iohanne de Wodehus, Willelmo de Wytewode, Iohanne de [Dowon *dotted for deletion*] Douvedale iuniore, et multis aliis. Dat' apud Wragby die martis proxima post festum Epiphanie Domini anno Domini m° ccc^{imo} quadragesimo septimo. [*f108r*]


Note: This document was copied by other than Scribe A or Scribe B [see Chapter V].

Note for nos. 792, 794-98. See pedigree below which is based on material mentioned here. Robert de Day granted two tofts in [Kirk] Hammerton to Nostell Priory and his brother Ascelin de Day granted to Nostell Priory the woods of St Oswald and the land adjacent and above their fishpond, also described as a *cultura* in Foulby, both grants were confirmed on 7 January 1122; although the original grants were not copied into the Cartulary [B004]. Robert de Day's gift does not appear in subsequent confirmations and may not have been effected. Ascelin was dead by 1166 when his sons Henry and Ralph de Day and his grandson-in-law Peter of Toulston each held an equal part of two knights' fees of Henry (I) de Lacy [*EYC* III, no. 1508, p. 273].

Hugh de Day, a third son of Ascelin, occurred as late as 7 December 1147 x 14 October 1153 [nos. 550, 551]. Hugh contracted leprosy and was accepted into fraternity by Nostell Priory and at that time he granted Nostell Priory 10 acres of land in Huntwick, a grant confirmed by his daughter and probable heiress Eve de Day [no. 797]. The date of Hugh's death is not known but he was probably dead or at Nostell Priory after October 1153 and no later than 1166 when his son-in-law Peter Toulston held, with Hugh's brothers, an equal part of the 2 knights' fees of Henry (I) de Lacy.

Eve de Day was the daughter and heiress of Hugh de Day and confirmed the grants of her father Hugh de Day as well as her grandfather Ascelin de Day. She must have been married to Peter of Toulston by 1166 when he held her father's portion of the knights' fees of Henry (I) de Lacy. She was still living in 1208, surviving her husband Peter [*EYC* III, p. 274]. It is not clear whether Eve's grants to Nostell Priory were before or after her marriage to Peter of Toulston but they can be dated to at least before 1166, and were all probably after her father's death or withdrawal to Nostell Priory [nos. 792, 796, 797]. Eve's grant from her inheritance of 60 acres of land in Huntwick was recorded in the general confirmation of 10 November 1280 by King Edward I as the gift of Peter of Toulston [no. 71].

Peter of Toulston occurred as early 1154 x 1158 and was dead by 1196 [*EYC* III, p. 274, no. 1499]. Peter of Toulston confirmed the gifts of Hugh de Day and Eve de Day [nos. 794-95]. Eve and Peter had at least two sons, Hugh of Toulston and Rayner of Ackton, their births must have been before Peter's death in 1196. In 1208 Hugh of Toulston occurred in a land dispute [*EYC* III, p. 274]. Hugh of Toulston occurred on 28 March 1209 and possible as late as 1217 [*EYC* III, pp. 274, 340, no. 1649]; Hugh was a benefactor of Nostell Priory [no. 798]. Rayner of Ackton occurred frequently in the Cartulary holding land in Wragby and occurred as late as 6 March 1270 x 15 August 1275 and on 29 January 1271 [nos. 748, 1216]. Also see Chapter III for further discussion of this family.



794. Confirmation by Peter of Toulston with the consent of his wife Eve de Day of 10 acres of land in a *cultura* near their land in Huntwick, and the land in the *cultura* near Foulby above the canons' fishpond. For this the canons received Hugh de Day, who was stricken with leprosy, into their fraternity for the rest of his life. f108r/p. 257

[7 December 1147 x 1166]

Rubric: Hic incipiunt carte de Huntwic. Carta Petri de Toulestona.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis tam clericis quam laicis Petrus de Toulestona salutem. Noverit universitas vestra me consensu Eve de Dai uxoris mee concessisse et presentis scripti attestatione confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi et canonicis ibidem Deo servientibus decem acras terre que sunt in una cultura [versus *dotted for deletion*] que vicinior est eorum terre versus Huntwic, in puram elemosinam, perpetuo possidendas de nobis et de heredibus nostris libere et quiete ab omni seculari servitio de nobis et de omnibus hominibus. Clamavimus etiam ego Petrus et uxor mea Eva et heredes nostri imperpetuum quietam calumpniam quam habuimus in cultura illa ultra vivarium ipsorum canonicorum que est iuxta Folebi. Pro hac concessione receperunt predicti canonici Hugonem de Dai in plenarium fratrem omnibus diebus vite sue, qui lepra percussus erat. Huius rei testes sunt et cetera.

Note: See note preceding for donors. The 10 acres near Huntwick was the grant of Hugh de Day father of Eve de Day and the *cultura* above the fishpond was probably the grant of Ascelin de Day her grandfather [B004]. This confirmed the grant of Eve de Day and was probably time coincident with her gift and the entry of Hugh de Day into the priory between 7 December 1147 and 1166 [nos. 550/551, 797].

795. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Peter of Toulston and with the consent of his wife Eve of 60 acres of land in Huntwick which were Gerard's namely 40 acres in demesne and 20 acres in free tenement which Gerard's nephew shall hold, rendering annually 2*s* and the toft of Mahald [Moald] and all the land which Herbert held of them in the same vill. Warranty is an exchange for the same value of land from their patrimony in Toulston. f108r/p. 257

[7 December 1147 x 1196]

Rubric: Carta Petri de Toulestona.

Sciant omnes Cristi <tam> quod ego Petrus de Touleston' et Eva uxor mea concessu heredum nostrorum dedimus et concessimus et hac presenti carta confirmavimus Deo et sancte Marie et sancto Osuualdo de Nostlath et canonicis ibidem Deo servientibus lx^{a} acras terre in Huntwic que fuerint Gerardi, scilicet xl. in dominio et xx^{ti} in libero tenemento quas tenebit de illis nepos Galfridi, reddendo annuatim duos solidos pro omni servitio et dedimus eis toftum Mahald et totam terram quam Herebertus tenuit de nobis et communionem eiusdem ville in omnibus asiamentis quantum pertinet ad tantum terre pro salute animarum nostrarum et antecessorum nostrorum et amicorum quorum corpora ibidem requiescunt in puram et perpetuam elemosinam et liberam ab omni regali et seculari servitio et omni consuetudine et si aliquo fortuito casu contingeret quod hanc elemosinam canonicis warantizare non possemus escambium dabimus illis ad valentiam istius elemosine de patrimonio nostro in Toulestona. Huius donationis hii sunt testes et cetera.

Note: Date based on deaths of Hugh de Day and Peter of Toulston. Hugh de Day died no earlier than 7 December 1147 and Peter de Toulston died 1196. See note preceding no. 794 for information concerning donors and dating. This confirms the grant of Eve de Day which she made from her inheritance, thus after her father's death [nos. 792-96].

796. Duplicate of no. 792. f108r/p. 257

[7 December 1147 x 1196]

Rubric: Carta Eve de Day.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis qui has literas viderint vel audierint Eva de Day filia Hugonis de Day salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et patris et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse et dedisse et hac mea presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti

Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus de hereditate mea in Huntwic lx[a] acras terre quas Gerardus tenuit et toftum quod fuit Moald cum tota terra quam Herbertus de me tenuit. Has vero predictas terras concessi prenominatis canonicis cum omnibus pertinentiis et communitatibus et omnibus asiamentis que ad predictam villam pertinent et puram et liberam et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni seculari servitio et exactione. Ego vero et heredes mei warantizabimus sepedictis canonicis hanc elemosinam [sepedictis canonicis *dotted for deletion*] contra omnes homines et si aliquo fortuito casu contigerit quod hanc elemosinam canonicis warantizare non poterimus escambiam eis ad valentiam istius elemosine dabimus. Et ut hec donatio et confirmatio mea rata imperpetuum et firma habeatur eam sigilli mei impressione corroboravi.

Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on death of Hugh de Day and Peter of Toulston. See note preceding no. 794 for information concerning the donor and dating. Eve states this grant was from her inheritance and her father Hugh de Day's was dead was no earlier than 7 December 1147 [no. 550/551]. This grant was confirmed by her husband Peter of Toulston and warranted from his own estate and his death provides the latest limit [no. 795].

797. Confirmation and quitclaim with warranty by Eve de Day of the grant made by her grandfather Ascelin de Day of the *cultura* near Foulby above the canons' fishpond, and the grant made by her father Hugh of 10 acres of land in the *cultura* in Huntwick near the canons' land which he granted when the canons received him as a canon. f108r/p. 257

[7 December 1147 x 1166]

Rubric: Carta Eve de Dai.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Eva de Dai pro salute anime mee et patris mei et matris mee et parentum et antecessorum meorum concessi et hac mea presenti carta confirmavi Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus, in liberam et puram et perpetuam elemosinam, illam culturam que est ultra vivarium canonicorum proxima[a] Folebi, quam Aschelinus de Dai avus meus dedit eisdem canonicis in liberam et puram et perpetuam elemosinam et concessit. Preterea concessi predictis canonicis decem acras terre quas Hugo pater meus eis dedit quando_susceperunt eum in canonicum: illas scilicet que sunt in una cultura que vicin<i>or est eorum terre versus Huntwic, scilicet in liberam et puram et perpetuam elemosinam. Et ego et heredes mei warantizabimus prefatis canonicis hanc elemosinam contra omnes homines. Et volo ut hec elemosina nostra sit libera et qui<e>ta sicut aliqua elemosina liberior et quietior esse solet. Hiis et cetera.

[a] *sic*

Printed: EYC III, no. 1611 dated c. 1193-1210.

Note: Date based on the earliest and latest dates of Hugh de Day's death. See note preceding no. 794 for further information concerning the donor. Eve de Day's confirmation of her father and grandfather's grants were probably time co-incident with Hugh de Day's entry into Nostell Priory.

798. Confirmation with warranty in pure and perpetual alms by Hugh of Toulston of all the land with all the adjacent meadow in the territory of Huntwick which Ivo Fisch held of him. f108r/p. 257

[1196 x early 13th century]

Rubric: Carta Hugonis de Toulestona.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis Hugo de Toulestona salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse et concessisse et hac mea presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis eiusdem loci totam terram quam Yvo Fisch de me tenuit in territorio de Huntwic cum toto prato eidem terre adiacente et cum omnibus aliis pertinentiis

suis sine retenemento et cum communa predicte ville de Hunthwic plenarie in omnibus, in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni servitio de me et de heredibus meis et de omnibus hominibus. Et ego et heredes warantizabimus prenominatis canonicis totam predictam terram cum prato et cum omnibus aliis pertinentiis suis ubique et contra omnes homines. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on death of Peter of Toulston and occurrences of Hugh of Toulston. Peter of Toulston was dead by 1196 at which time Hugh sought portions of his inheritance [*EYC* III, p. 274]. Hugh was active at least as late as 1214 and possibly as late as 1217 [*EYC* III, p. 274, no. 1649]. See note preceding no. 794 for further information concerning donor and dating.

799. Quitclaim by Avice daughter of Bernard of Huntwick of all right and claim to the land in Huntwick she claimed to hold of the canons. For this the canons grant her a full corrody of a servant for her lifetime, received daily at their house at St Oswald. ff108r-v/pp. 257-58

[c. 3 August 1202]

Rubric: Carta Avicie filie Bernardi.

Sciant presentes et futuri quod ego Avicia filia Bernardi de Huntwic abiuravi [*f108v*] et quietam clamavi de me et de heredibus meis imperpetuum Deo et ecclesie beati Osuualdi de Nostl' et eiusdem loci canonicis totam clamationem et demandam meam quam habui versus predictos canonicos de tota terra in Huntwic cum omnibus pertinentiis suis quam scilicet terram clamavi tenere de eisdem canonicis. Et ut hec abiuratio et quieta clamatio mea de me et de heredibus meis perpetuis temporibus observetur eam huius presentis carte mee testimonio confirmavi. Pro hac autem abiuratione et quieta clamatione mea concesserunt mihi canonici unum plenarium corredium, unius servientis cotidie percipiend' de domo sua apud sanctum Osuualdum mihi in vita mea tantum. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on final concord between Avice and Nostell Priory [no. 49] resulting from a plea of *morte antecessoris* which Avice entered although by what right she claimed was not recorded [*Yorks F. John*, p. 25].

800. Lease by Prior Robert and the convent to William son of Swein of Huntwick for his life of all the land in Hesthelles [West Hardwick] and Bondecroft [Huntwick] which Bernulf Wisman held, rendering annually to the canons 3*s*. After the death of William the land will revert to St Oswald's quit of all William's heirs. For this the canons gave William 8*s*. f108v/p. 258

[1 April 1196 x 5 January 1199 or 18 May 1246 x 4 January 1255]

Rubric: Conventio inter R. priorem et W. filium Sweni.

Hec est conventio inter Robertum priorem de sancto Osuualdo et conventum eiusdem loci et Willelmum filium Sweni de Huntwic quod predictus prior et conventus dimiserunt predicto Willelmo totam terram quam Bernulfus Wisman tenuit in Hesthelles et in Bondecoftes; tenendam in vita sua, reddendo annuatim ecclesie sancti Osuualdi tres solidos pro omni servitio ad duos terminos, scilicet xviij. denarios ad festum sancti Martini et xviiij. denarios ad Pentec', et hanc concessionem et fecerunt quamdiu predictum redditum ad predictos terminos bene et integre reddiderit et post decessum Willelmi remanebit terra illa quieta domui sancti Osuualdi imperpetuum ab omnibus heredibus Willelmi et omnibus aliis. Et pro hac concessione dedit predictus Willelmus predicto priori et conventui octo solidos de recognitione. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rules of two Priors named Robert and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. There were two priors of Nostell Priory named Robert who ruled before 1264: Robert of Woodkirk and Robert of Behall. The predecessor of Robert of Woodkirk died 1 April 1196 and Robert of Woodkirk died 5 January 1199 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. The predecessor of Robert of Behall died 18 May 1246 and Robert died 4

January 1255 [Smith, *Heads* II, p. 438]. William son of Swein occurred in the mid 13th century [no. 1250]. This may also have been the William son of Swein that was mentioned in a lease by Prior John in 1208 x 1237, who was at that time already holding land in West Hardwick from his brother Simon, suggesting perhaps the earlier date of 1 April 1196 x 5 January 1199 for this document [no. 777].

801. Quitclaim [and grant with warranty] in free, pure and perpetual alms for the fabric of the church of St Oswald by Alan le Franceys of Normanton and Isolda his wife of all their tenement (a messuage and a moiety of the orchard) in Huntwick [boundaries described] which they hold. f108v/p. 258
[mid-13th century]

Margin note: de opere.

Sciant presentes et futuri quod ego Alanus le Franceys de Normanton' et Ysouda uxor mea concessimus, sursumque reddidimus et hac presenti carta nostra imperpetuum de nobis et successoribus nostris quibuscumque omnino quietum clamavimus dominis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostell' ad opus fabrice ecclesie sue totum tenementum quod de eisdem in villa et territorio de Huntewyck' tenuimus, videlicet unum mesuagium et medietatem pomerii cum suis pertinentiis in villa predicta, illud scilicet sicut iacet in longitudine et latitudine infra toftum quondam Thome de Huntewick' ex utraque parte cum tribus perticatis terre iacentibus in Bonderodes inter terras quondam Willelmi Admay et Henrici de Huntewick'; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus ad opus fabrice ecclesie sue predicte in liberam, puram et perpetuam elemosinam, quietam et solutam ab omni servitio seculari consuetudine et demanda. Ita quod nec ego Alanus predictus nec Ysouda uxor mea nec quivis alius seu alia ex parte nostra ius vel clamium in predicto tenemento cum suis pertinentiis de cetero poterimus exigere seu vendicare. Hanc vero concessionem et quietam clamationem ego Alanus predictus et uxor mea Ysouda predicta ac heredes nostri dictis priori et conventui in omnibus et contra omnes warantizabimus, adquietabimus et imperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra duximus apponenda. Hiis testibus [et cetera].

Note: Date based on mention of William Admay, Thomas and Henry of Huntwick. Beatrice daughter of William Admay of Huntwick [William mentioned in the text] occurred in the mid-13th century [no. 1277] William and Thomas of Huntwick, also mentioned as neighbours, also occurred in a similar time frame [nos. 1240, 1250]. Isolda widow of Alan le Franceys quitclaimed her rights to this same messuage and moiety of an orchard [no. 802]. This document was entered by neither Scribe A nor Scribe B [see Chapter V].

802. Grant and quitclaim in her widowhood and for the fabric of the church of St Oswald by Isolda widow of Alan [le] Franceys of Normanton of all right and claim to all of the tenement consisting of a messuage and a moiety of the orchard in Huntwick [boundaries described]. f108v/p. 258
[mid- x late 13th century]

Margin note: de opere.

Sciant presentes et futuri quod ego Isouda relicta Alani Frannceys de Northmanton' in legitima viduetate mea et plenaria potestate [mea *dotted for deletion*] concessi et omnino de me et meis omnibus quibuscumque imperpetuum quietum clamavi priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostell' et eorum successoribus ad opus fabrice ecclesie sue in liberam, puram et perpetuam elemosinam totum ius et clamium quod habui vel habere potui seu imposterum habere potero in uno mesuagio et medietate cuiusdam pomerii cum suis pertinentiis in villa de Huntewyck', sicut se habet in longitudine et latitudine in infra toftum quondam Thome de Huntewyck' ex utraque parte cum tribus perticatis terre iacentibus in Bonderodes inter terras quondam Willelmi Admay et Henricus de Huntewick. Ita quod <nec> ego Isouda predicta nec heredes mei nec aliquis

vel aliqua ex parte nostra ius vel clamium in predicto tenemento cum suis pertinentiis de cetero exigere poterimus seu vendicare. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus [et cetera].

Note: Date based on mention of William Admay, Thomas and Henry of Huntwick, see note **no. 801.** Alan le Franceys had granted this messuage and moiety of the orchard with his wife Isolda **[no. 801]**. This document was entered by neither Scribe A nor Scribe B [see Chapter V].

803. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Hugh of Toulston son of [Peter of] Toulston of [his man] Gilbert son of Richard Sleth with his wife, children and chattels and all the land with a messuage and dwellings in Huntwick [described] which Richard Sleth, father of Gilbert and Gilbert held from Hugh. f108v/p. 258

[1196 x early 13th century]

Marginal rubric: Carta Hugonis de Touleston.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos littere iste pervenerint Hugo de Touleston' filius de Touleston'[a] salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse et concessisse et hac presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostla et canonicis ibidem Deo servientibus Gilbertum filium Ricardi Sleth cum uxore sua et omnibus liberis et catallis suis et totam terram quam Ricardus Sleth pater predicti Gilberti et idem Gilbertus de me tenuerunt in Huntwyc cum mesuagio et domibus et cum omnibus aliis pertinentiis in bosco et plano et in omnibus aliis locis, illam scilicet terram iacentem versus aquilonem inter viam que tendit a villa de Huntewyc apud Foleby et inter campos de Scharueston' in liberam, puram et perpetuam elemosinam solutam et quietam ab omni terreno et servitio et seculari exactione. Ego vero heredes mei warantizabimus predictis canonicis totam premissam cum pertinentiis terram ubique et contra omnes homines. Et si forte predictam cum pertinentiis terram warantizare non poterimus, dabimus eis escambium ad valentiam in Huntewyc vel in Ayketon. Hiis t[estibus] et cetera. [*f109r*]

[a] name omitted presumably in error.

Note: Date based on Hugh son of Peter of Toulston [see note **no. 798** for this donor and note preceding **no. 794** for his family.

804. Grant and confirmation in pure and perpetual alms by Mauger (I) of Sharlston and his son Henry of 16 acres of land in Foulby and Sharlston [described] and 2[1/2] acres near Warmfield [described] and an acre at Gamelgreve [Sharlston] and half their meadow at Miccledale [Sharlston] and a third part of their toft of Sharlston. f109r/p. 259

[1177 x 1193]

Rubric: Hic incipiunt carte de Scharueston' <et de Warnefeld>. Carta Malgeri de Scharueston'.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Malgerus de Scharueston' et Henricus filius meus dedimus et concessimus et sigillis nostris confirmavimus Deo et ecclesie sancti Osuualdi et canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute animarum nostrarum et omnium antecessorum nostrorum, in puram et perpetuam elemosinam, xvj. acras terre liberas et quietas ab omni seculari servitio de nobis et de omnibus hominibus: scilicet novem acras de sarto nostro iuxta Folebi, et quatuor acras et dimidiam in campis de Scharuest' versus orientem, scilicet duas acras iuxta domos Roberti et Ricardi filiorum Baret, tertiam iuxta Grifwellesic, quartam et dimidiam apud Herveium filium Hucche; duas acras et dimidiam eis dedimus versus Warnefeld, unam videlicet acram iuxta Staneswellesic et unam acram iuxta Polche, et unam acram[a] apud Gamelgreve; et

dimidiam pratum nostrum de Miccledale et tertiam partem tofti nostri in Scharueston' versus occidentem.[a] Hiis testibus, et cetera.

Printed: *EYC III*, no. 1542 dated c. 1180-1185.

Note: Date based on confirmation of this grant by Robert (II) de Lacy. This grant first occurred in the general confirmation by Robert (II) de Lacy who held the honour of Pontefract from 1177 until 1193 [Wightman, *Lacy Family*, p. 69] [no. 84]. Mauger of Sharlston, also known as Mauger (I) le Vavasour, was the younger son of William le Vavasour of Hazlewood who was a King's Justice [*EYC VII*, p. 167]. Mauger (I) married Agnes daughter and heiress of Walter de Denton before 1184 and his branch of the family were subsequently known as the 'Vavasours of Denton' [*EYC XI*, no. 115, p. 123; *EYC VII*, p. 172]. Mauger (I) occurred as early as c. 1170 x 1191 [*EYC XI*, no. 111]. Amongst the children of Mauger (I) and Agnes at least three children and their descendants occurred as benefactors of Nostell Priory: Henry, Mauger (II), and William [nos. 805, 1137-41, 1192]. Mauger (I) was dead by Michaelmas term 1219 [*EYC VII*, p. 172]. This grant and no. 805 includes the consent of their son Henry who must have predeceased his father or was a younger son as William le Vavasour claimed to have been the heir of Mauger (I) [*Yorks F. 1232-1246*, p. 52n]. Farrer and Clay disagree on the heir, Farrer suggested a younger son Walter, however Clay's assessment of William is more likely [*EYC* III, p. 225].

805. Confirmation by Henry son of Mauger (I) of Sharlston of the grant made by his father of a bovate and 16 acres of land in Sharlston, which Robert Squirrel held and 9 acres of land [Sharlston] which Hugh brother of Henry held of the canons. f109r/p. 259

[1177 x 1193]

Rubric: Carta Henrici filii Malgeri.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos litere iste pervenerit Henricus filius Malgeri de Scharveston' salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et patris et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse et hac presenti carta mea confirmasse in puram et perpetuam elemosinam donationem quam Malgerus pater meus fecit Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostlat et canonicis ibidem Deo servientibus, videlicet unam bovatam terre in Scharueston' et sex decim acras terre quas Robertus Squirel tenet et ix. acras terre quas Hugo frater meus tenet de prefatis canonicis cum omnibus pertinentiis suis in bosco et plano, in aquis et pascuis et in omnibus communitatibus que ad villam predictam pertinent. Ut autem hec concessio et confirmatio mea rata imperpetuum et firma habeatur eam sigilli mei impressione corroboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on confirmation of this grant by Robert (II) de Lacy, see no. 804 for dating. Henry son of Mauger (I) was not his father's heir and may have predeceased his father. This charter was probably time co-incident with his father's grant [no. 804].

806. Grant and confirmation with warranty in free, pure and perpetual alms by William Stubber son of Alexander the skinner of Sharlston of an acre of land in Sharlston [described in 2 locations]. f109r/p. 259

[first half 13th century]

Rubric: Carta Willelmi Stubere.

Universis Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus Stubbere filius Alexandri pelliparii de Scharueston' salutem eternam in Domino. Noverit universitas vestra me pro salute mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus unam acram terre cum omnibus pertinentiis ad tantam terram pertinentibus in territorio de Scharueston', illam videlicet acram quam habui in cultura que vocatur Griswellefurlang' que iacet in duobus locis inter terras Roberti filii Helie et terras Henrici filii Malgeri de Scharueston'; tenend' et habend' Deo et dictis canonicis in liberam, puram et perpetuam elemosinam ego vero Willelmus et heredes mei dictam acram terre cum omnibus pertinentiis dictis canonicis

contra omnes homines imperpetuum warantizabimus, aquietabimus et defendemus. Et ad maiorem huius rei securitatem presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis [testibus] et cetera.

Note: Date based on Alexander the skinner of Sharlston and mention of Henry son of Mauger (I) of Sharlston. Alexander the skinner was dead by 7 June 1227 [**no. 763**]. Henry son of Mauger (I) of Sharlston was a benefactor of Nostell Priory in 1177 x 1193 [**nos. 804, 805**]; Henry may not have outlived his father Mauger (I) who was dead by 1219 [*EYC VII*, p. 172]. This charter may have been issued before the death of Alexander the skinner. William Stubber granted a selion of land with toft to Nostell Priory [**no. 811**]. Robert son of Elias, mentioned in the text, occurred in transactions which also mentioned William Stubber suggesting they were contemporaries [**nos. 811, 821-23**].

807. Confirmation with warranty in her widowhood and for the office of the clerk [*secretarius*] of St Oswald, by Alice Petit daughter of Agnes Squirel of an acre and 3 roods of land above Rydinges [Sharlston, described], half an acre of land, a rood of meadow and all the assart in Sharlston, namely that which Alice and her late husband William of Kirkstall sold to the canons when they were married. f109r/p. 259

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Alicie Petyt filie Agnetis Squirel.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Alicia Petyt filia Agnetis Squirel salutem in Domino. Noverit universitas vestra me in viduitate et ligia potestate mea concessi et hac presenti carta mea confirmasse dominis meis priori et conventui sancti Osuualdi de Nostl' ad officium secretarii sui unam acram et tres rodas terre que iacent super Rydinges et abuttant super Borygthorpgreue et dimidiam acram que abuttat super Greswellefurlang' et unam rodam prati in Depket' et totum assartum versus Orgraueker cum omnibus pertinentiis suis in Scharvuest' quam terram cum prato et assarto prenominato. Ego Alicia et Willelmus de Kirkestal quondam vir meus eisdem dominis meis vendidimus dum eidem Willelmo eram matrimonaliter copulata; tenend' et habend' totam predictam terram cum prato et assarto prenominato et cum omnibus pertinentiis suis predictis priori et conventui in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Omnes autem alias terras et tenementa quas et que dicti prior et conventus habent de feodo me aliquo iure contingente qualemcumque et per quemcumque vel per quoscumque ingressum habuerint eisdem priori et conventui pro me et pro heredibus meis in liberam, puram et perpetuam elemosinam concedo et confirmo. Ego vero Alicia et heredes mei omnes predictas terras et tenementa predictis priori et conventui contra omnes homines warantizabimus, aquietabimus et defendemus imperpetuum. In huius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on grant of land by Prior William of Clifford of Nostell Priory and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. An acre with a toft in Foulby was granted by Nostell Priory to William Belle of Bramham during the rule of Prior William of Clifford suggesting that Alice and William's grant was during the 13th century [see **no. 789** for dating].

808. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Matilda daughter of Herbert of Warmfield to the church of St Peter of Warmfield of all the land with a dwelling [described, Sharlston], those selions lying at the head of that land, and all the land she has from the road to Sharston above Peas Hill up to the land of Peter the parson of Ackworth [described, Warmfield]. ff109r-v/pp. 259-60

[last half 12th century x 1264]

Rubric: Carta Matild[is] filie Herberti.

Sciant presentes et futuri quod ego Matild[is] filia Herberti de Warnefeld dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et beate Marie et ecclesie sancti Petri de Warnefeld totam terram cum domo que iacet

inter viam que vadit apud Sharuestona et terram Petri persone de Acwrthe scilicet super Kirketoftes; et preterea omnes illas seliones que [ca *dotted for deletion*] iacent ad caput predicte terre que se extendunt subter Pesehil apud aquilonem; et preterea totam terram quam habui a predicta via de Scharueston super Peshil usque ad terram prenominati Petri persone de Ac[*f109v*]wrthe in puram et perpetuam elemosinam libere et quiete ab omni seculari servitio et exactione cum omnibus libertatibus et liberis communionibus et asiamentis predicte ville de Warnefeld pertinentibus pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum meorum ita liberius autem melius sicut aliqua elemosina potius dari autem teneri. Ita ego prefata Matildis filia Herberti et heredes mei warantizabimus predictas terras Deo et beate Marie et ecclesie sancti Petri de Warnefeld contra omnes homines in singulis. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Herbert of Warmfield and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Herbert of Warmfield was a witness to a grant by William (II) Foliot in the last half of the 12th century [no. 459].

809. Agreement of sale with warranty between the prior and convent and William de Cockelawe whereby William sells the convent a bovate of land in Warmfield, namely the bovate he held of the church of Warmfield for 4*s* annual rent. The convent retains the right of distraint against the land William holds of the canons in Heath [Warmfield] and William grants to the convent an acre of land with toft to augment the bovate [described]. For this the canons give William 3*m* 8*s* 8*d*. f109v/p. 260
[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Willelmi de Cockelawe.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus de Cockelawe eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me vendidisse dilectis dominis meis priori et conventui de sancto Osuualdo pro tribus marcis et octo solidis et octo denariis mihi premanibus pacatis unam bovatam terre in territorio de Warnefeld cum omnibus pertinentiis suis et asiamentis infra villam et extra, illam videlicet bovatam quam tenui de ecclesia de Warnefeld pro quatuor solidis annuis; tenendam et habendam dicto priori et conventui imperpetuum libere et quiete, pacifice et honorifice cum omnibus pertinentiis suis et asiamentis. Et sciendum est quod ita convenit inter me et predictum priorem et conventum quod ego et heredes mei defendemus imperpetuum contra ecclesiam de Warnefeld' predictam bovatam terre per servitium sex denariorum annuatim ad duos terminos eidem ecclesie persolvendorum, medietatem ad festum sancti Martini in yeme et aliam medietatem ad Pentec' pro omni servitio et demanda. Quod si in solutione dictorum vj. denariorum ad dictos terminos defecerimus licebit priori et conventui destringere nos ad solutionem iuxta voluntatem eorum per terram quam de eisdem tenui in villa de Bruerio. Preterea dedi predicto priori et conventui unam acram terre cum tofto in augmentum predicte bovate, videlicet illam acram que iacet et sicut iacet inter terram Waltheni et inter acram quam Petrus de Warnefeld persona de Croftun de me tenet. Ego vero predictus Willelmus de Cockelawe et heredes mei warantizabimus et defendemus totam predictam terram cum pertinentiis suis et asiamentis predicto priori et conventui contra omnes homines imperpetuum. Et ad maiorem securitatem presentem paginam sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Nothing is known regarding this individual.

810. Grant of manumission in the form of a chirograph by Prior Robert and the convent to William the miller of Warmfield with all his issue and their chattels. The convent also grants William a toft

which his father Adam and Swain once held, and 2 acres of arable land in Warmfield [4 locations described], rendering annually half a mark of silver. f109v/p. 260

[2 April 1196 x 7 December 1201 or 18 May 1246 x 4 January 1255]

Rubric: Carta Roberti prioris concessa Willelmo Molend[ario].

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit frater Robertus prior et conventus de sancto Osuualdo salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos manumisisse et liberum reddidisse Willelmum molendinarium de Warnefeld cum tota sequela sua et omnibus catallis suis dedimus etiam et concessimus et presenti carta nostra confirmavimus eidem Willelmo unum toftum quod Adam pater eius quondam tenuit et aliud toftum quod Swayn quondam tenuit et duas acras terre arrabilis in Warnefeld, videlicet dimidiam acram apud Rataker, dimidiam acram apud Westhesthille, dimidiam acram in Middelmora et dimidiam acram ad Rodes ex parte occidentali de Ellerscawe cum omnibus pertinentiis suis; tenend' et habend' dicto Willelmo et heredibus suis de nobis et successoribus nostris libere et quiete, reddendo inde annuatim dimidiam marcam argenti, videlicet ad festum sancti Martini in yeme tres solidos et quatuor denarios et ad Pentec' tres solidos et quatuor denarios pro omni seculari servitio, exactione et demanda. In cuius rei testimonium tam nos quam predictus Willelmus presenti scripto ad modum cyrographi confecto hinc inde sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rule of rules of Prior Robert of Woodkirk or Prior Robert de Behall and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. There were two priors named Robert before 1264: Robert of Woodkirk and Robert de Behall. The predecessor of Prior Robert of Woodkirk died 2 April 1196 and Prior Robert died 7 December 1201 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. The predecessor of Robert de Behall died 18 May 1246 and Robert died 4 January 1255 [Smith, *Heads* II, p. 438]. Neither William the miller of Warmfield nor his father Peter reoccurred in the Cartulary.

811. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms for the work for the fabric of the church by William Stubber of Sharlston of a selion of land with a toft in Sharlston [described]. f109v/p. 260

[first half 13th century]

Margin heading: de opere.

[O]mnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus Stubber de Scharueston' salutem in Domino sempiternam. Noveritis me pro salute anime mee et antecessorum meorum dedisse, concessisse et ac[a] presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostell' et canonicis ibidem Deo servientibus ad opus fabrice ecclesie sue unam sellionem terre cum tofto et pertinentiis in territorio de Scharueston', illam scilicet sellionem que iacet super Cordanrode inter terram quondam Rogeri de Foleby clerici ex una parte et terram Roberti filii Elye de Scharueston' ex altera; tenend' et habend' dictis canonicis et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam solutam et quietam ab omni servitio seculari, consuetudine et demanda. Et ego Willelmus et heredes mei vel assignati quicumque dictam sellionem cum tofto et pertinentiis suis et aysiamentis dictis canonicis et eorum successoribus in omnibus et contra omnes warantizabimus, adquietabimus et imperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus [et cetera]. [*f110r*]

[a] sic for *hac.*

Note: Date based on Alexander the skinner of Sharlston. Alexander the skinner of Sharlston was the father of William Stubber and Alexander was dead by 7 June 1227 [no. 763], see no. 806 for informatin concerning William Stubber and dating. Roger of Foulby, the clerk, was also known as Roger of St Oswald [nos. 821-23]; Robert son of Elias was a contemporary of William Stubber [see no. 806]. This charter was copied by possibly Scribe B [see Chapter V].

812. Confirmation by David I king of Scots of the grant made by his wife Queen Matilda [Maud] of 40*s* from his rents of Bedford. f110r/p. 261

[1131 x November 1141]

Rubric: Hic incipiunt carte de Bedeford. Carta David regis Scotorum.

David Dei gratia rex Scottorum omnibus sancte ecclesie fidelibus salutem. Sciatis me concessisse et dedisse in elemosinam imperpetuum ecclesie sancti Osuualdi redditum xl. solidorum de redditibus meis de Bedeford sicut Matildis regina uxor mea ante obitum suum eidem ecclesie prefatum redditum concessit, Henrico filio meo hoc idem concedente et attestante. Hiis autem domini sunt testes et cetera.

Printed: Acta David I no. 47 1131 x 1135, possibly 1131; *RRS* 1 no. 37 dated 1131 x 1152; Wilson, 'Nostell & Scone', pp. 149-50 dated 1120 x 1152.

Note: Date based on grant of earl Henry son of King David I [no. 818] and the death of Queen Matilda. Queen Matilda died 1131 providing the earliest date for this document [Barrow, 'David I', *DNB*, art. 7208]. Earl Henry died 12 June 1152; however Henry had forfeited his title to the estates in Huntingdon, including Bedfordshire, in November 1141 and it is likely that this confirmation and his own were prior to this forfeiture [no. 818]. No document from Matilda survived in the Cartulary, although she may have granted the rents when married to Simon (I) St Liz who himself was styled the earl of Huntingdon, he died c.1111 and she held the estates for her son Simon (II) a minor until her marriage to King David I. Also see confirmations of subsequent earls of Huntingdon: Simon (II) St Liz [no. 819] and King Malcolm IV [no. 815].

813. Notification by David I king of Scots to his justices and officials of his mine of Carlisle of his grant of 3*m* of silver annually from his mine of Carlisle, until exchanged for some other rent. f110r/p. 261

[February 1136 x 12 June 1152]

Rubric: Carta David regis Scottorum.

David rex Scottorum iusticie sue et ministris de mineria sua de Carll'o salutem. Sciatis me concessisse ecclesie sancti Osuualdi et canonicis ibidem Deo servientibus tres marcas argenti unoquoque anno de mineria mea de Carle<o>lo ad festum sancti Michaelis, pro anima mea et anima filii mei et animabus antecessorum meorum, quousque alibi illis inde escambium reddam. Test[ibus] A. episcopo de Carleolo, et cetera.

Printed: Acta David I no. 145 1136 x 1152, probably 1141 x 1152; *EYC III*, no. 1464 dated 1136 x 1152; *RRS* 1 no. 39 and Wilson, 'Nostell & Scone', p. 150 dated c. 1145.

Note: Date based on grant made by Henry, earl of Northumberland. Earl Henry's grant of this income [no. 817], perhaps time coincident with this his father's mandate, establishes the earliest and latest dates: the earliest date is February 1136 when, after the treaty of Durham, Henry was given the lordship of Carlisle along with the honour and earldom of Huntingdon [Stringer, 'Prince Henry of Northumberland', *DNB*, art. 12956]. Henry died on 12 June 1152 which provides the latest date. Adelulf, witnessed as the bishop of Carlisle but was still Prior of Nostell Priory; he was consecrated bishop on 6 August 1133 and ruled until his death in 1156 or 1157; he resigned as prior of Nostell Priory 1153 x 1154 [nos. 541, 542].

814. Mandate by M[alcolm] IV king of Scots to his steward of Huntington and his officials of Bedford that he confirms the gift of 40*s* from his rents of Bedford just as confirmed by his grandfather King David [I] and his grandmother Matilda [Maud] and his father Henry [earl of Huntingdon]. f110r/p. 261

[July 1157 x 9 December 1165]

Rubric: Carta M. regis Scottorum.

M. rex Scottorum, dapifere[a] de Hunted' et ministris suis de Bedeford' salutem. Sciatis me concessisse et dedisse in elemosina imperpetuum ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' redditum xl. solidorum de redditibus meis de Bedeford' sicut David rex avus meus et Matild[is] avua mea et Henricus pater meus ei concesserunt.

Quare volo et precipio nobis ut predictum redditum eidem ecclesie amodo annuatim reddatis ne clamor inde audiatur. T[estes] et cetera.

• Sic for *dapifero.*

Printed: *RRS* 1 no. 203 dated 1157 x 1165, probably x 1164) and Wilson, 'Nostell & Scone', p. 150 dated 1153 x 1165.

Note: Date based on Malcolm's recognition as earl of Huntingdon in July 1157 and his death. Malcolm later mandated the house of Benedictine nuns at Elstow, Bedfordshire, to render this rent to Nostell Priory [no. 815].

815. [Writ] Mandate by M[alcolm] IV king of Scots to the abbess and convent of Elstow [Bedfordshire] that they should render to the prior and canons of St Oswald on Hock Tuesday the 40*s* in alms which his grandfather King David [I] had given the canons. His steward of Huntingdon shall ensure this. f110r/p. 261

[July 1157 x 9 December 1165]

Rubric: Carta M. regis Scottorum.

M. rex Scottorum abbatisse et toti conventui de Alnestowa salutem. Precipio vobis quatenus sine dilatione faciatis habere canonicis de sancto Osuualdo ad terminum statutum a meis antecessoribus scilicet ad diem Hocstuiesdai xl. solidos de elemosina David regis avi mei quod si non feceritis dapifer meus de Hunted' hoc fieri faciat ne pro penuria redditus ad terminum predictum clamorem inde audiam. T[estibus] et cetera.

Printed: *RRS* 1 no. 211 dated 1157 x 1165, probably 1161 x 1165 and Wilson, 'Nostell & Scone', pp. 150-51 dated 1153 x 1165.

Note: Date based on grant by Malcolm IV [see no. 814]. It was likely that the confirmation by Malcolm preceded this mandate [no. 814]. The house of Benedictine nuns at Elstow, Bedfordshire was founded by Judith niece of King William I and widow of Waltheof earl of Huntingdon and thus an ancestor of King Malcolm IV [KH, pp. 253, 258].

816. Writ by Alexander I king of Scots to all English merchants that he has granted to Prior Robert and the church and canons of Holy Trinity, Scone [Scotland], the 'can' or custom of a ship and protection to the merchants in the ship bringing goods up to Scone. The merchants shall have his peace coming and returning and are liable for custom only to the prior and canons of Scone. f110r/p. 261

[25 Dec 1123 x 23 April 1124, probably 1124]

Rubric: Carta A. regis Scottorum.

A. Dei gratia rex Scottorum omnibus mercatoribus Anglie salutem. Sciatis me concessisse ecclesie sancte Trinitatis de Scona et Roberto priori et ceteris fratribus totum can unius navis quam proloquentur liberum et quietum et quicumque cum navi sua secundum prolocutionem eorum venire voluerit nisi forte aliquam conventionem prius fecerit mecum. Volo ut cum firma pace Dei et mea secure veniat et sit quietus de can navis sue sicut a priore predicto impetrare poterit quoniam pro can illius navis nichil mihi reddet sed inde erga me erit liber et quietus ceteris regalibus consuetudinibus salvis existentibus. Test[ibus] et cetera.

Printed: *ESC* no. 48, pp. 295-7 dated 1124; *RRS* 1, no. 4, dated 1115 x 23 April 1124. Witnesses given: 'Teste Roberto episcopo electo Sancti Andreae et Herberto cancellario. Apud Perth'.

Note: Date based on Alexander I [who died on 23 April 1124] and Robert, bishop of St Andrews. Robert was formerly a canon of St Oswald Nostell, and sent to establish the monastery of Holy Trinity, Scone c. 1120 [Watt, *Heads Scot.*, p. 198]. He was nominated and elected as bishop 25 Dec 1123 x 31 January 1124 and consecrated before 17 July 1127 providing the limiting dates. Herbert occurred as chancellor for King Alexander I from 1120s x c.1135 [*Acta David I*, p. 32]. The inclusion of this grant to Holy Trinity Scone in the Nostell Cartulary suggests a relationship between the two monasteries which extended beyond the assistance lent for the foundation of Holy Trinity in 1120. The term 'can' is most likely reference to a tax or custom for ship's passage or goods [see Wilson, 'Nostell & Scone', for further implications of this charter].

817. Notificaton by earl H[enry] son of the king of Scots to his justices and officials of his mine of Carlisle that he has granted 3*m* annually to the canons of St Oswald from his mine of Carlisle until exchanged for another rent. f110r/p. 261

[February 1136 x 12 June 1152]

Rubric: Carta H. comitis [regis *dotted for deletion*] filii regis Scottorum.

H. comes filius regis Scot[torum] iustici[e] sue ministris de mineria sua de Carll' salutem. Sciatis me concessisse ecclesie sancti Osuualdi et canonicis ibidem Deo servientibus iij. marcas unoquoque anno de mineria mea de Carll' ad festum sancti Michaelis pro anima matris mee et animabus antecessorum meorum quousque alibi ill[is] inde escambium reddam. T[estibus] et cetera.

Printed: *RRS* 1 no. 40 dated 1136 x 1152 (probably 1141 x 1152), p. 156n; Wilson, 'Nostell & Scone', p. 150 dated 1138 x 1152.

Note: Date based on Henry's creation as lord of Carlisle after the treaty of Durham, see **no. 813** for dating. The rent ultimately exchanged for this grant was probably that by Simon (II) St Liz who granted 3*m* from his rents of Bedford [**no. 819**]. This grant was confirmed by King David I, father of Henry [**no. 813**].

818. Confirmation by H[enry] son of the king of Scots of the rents of 40*s* from his rents of Bedford, just as his mother Queen Matilda granted before her death. f110r/p. 261

[1131 x November 1141]

Rubric: Carta H. filii regis Scottorum.

H. filius regis Scot[torum] omnibus sancte ecclesie filiis salutem. Sciatis me concessisse et dedisse in elemosina imperpetuum ecclesie sancti Osuualdi redditum xl. solidorum de redditibus meis de Bedeford sicut Matild[is] regina mater mea ante obitum suum eidem ecclesie prefatum redditum concessit. Huius autem doni sunt testes Eadwardus cancellarius et cetera.

Printed: *Acta David I* no. 109 dated 1136 x 1141; *RRS* 1 no. 38 dated *c.*1136 x 1152 and Wilson, 'Nostell & Scone', p. 150 dated c. 1145.

Note: Date based on confirmation of this grant by King David I, probably time coincident with this grant, see **no. 812** for dating. This grant was also confirmed by the two succeeding earls of Huntingdon: Simon (II) St Liz and King Malcolm IV [**nos. 817-19**]. The occurrence of Edward, chancellor, has led to the suggestion that this was Edward who was later King David I's chancellor (by 1142) and this confirmation was issued in the summer of 1141 when King David I and Henry were in the south of England [*Acta David I*, p. 106].

819. Confirmation by Simon [of St Liz] earl [of Huntingdon] that the canons shall have 3*m* of silver from his rents of Bedford, namely the third penny pertaining to his earldom. f110r/p. 261

[November 1141 x 9 August 1153]

Rubric: Carta Symonis comitis.

Comes Simon omnibus fidelibus sancte ecclesie tam presentibus quam futuris salutem. Sciatis me concessisse et hac presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus pro salute anime mee et patris mei et omnium antecessorum meorum tres marcas argenti de redditu me in Benefordia, scilicet de tertio denario qui pertinet ad comitatum meum xx. solidos die proxima martis post octabas Pasche et alios xx. solidos ad festum sancti Michaelis. Quare volo et firmiter precipio quod predicta ecclesia hanc meam elemosinam et antecessorum meorum imperpetuum teneat sicut aliqua elemosina in Anglia aliquam elemosinam liberius et quietius tenet. Hiis [testibus] et cetera.

Printed: Wilson, 'Nostell & Scone', p. 151 no date.

Note: Date based on Simon (II) St Liz, earl of Huntingdon. There were two Simon of St Liz (the II and III) who were recognised as the earl of Huntingdon but the most likely donor was Simon (II) who succeeded to the title briefly in 1138-39 and again recovered his estates in November 1141 and died 9 August 1153. This grant must have been the exchange of rents promised by Simon's mother Queen Matilda, and confirmed by her son Henry

and his father King David I in the initial grant of 3*m* from the silver mines [**nos. 813, 817**]. Given the potential turmoil along the borders with Scotland, the exchange for rents in Bedfordshire would have been a much safer income for the Priory.

820. Grant with warranty in pure and perpetual alms for the fabric of the church by William of Sharlston, with the assent of Margaret his wife, of a toft in the vill of Sharlston [described]. f110r/p. 261

[first half 13th century]

Margin: Sharueston de opere.

[O]mnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus de Scharueston' salutem in Domino.

Noveritis me assensu Margarete uxoris mee dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus ad opus fabrice ecclesie sue in puram et perpetuam elemosinam unum toftum in villa de Scharueston' que iacet in longitudine inter terram quondam Rogeri de Folebi clerici et Sicun de Scharueston'; tenend' et habend' dictis canonicis adeo pure et libere sicut aliqua elemosina aliquo tempore solet possidere. Et ego Willelmus et heredes mei dictum toftum contra omnes homines warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera. [*f110v*]

Note: Date based on William le Stubber, see **no. 806**. Precisely which William of Sharlston was intended here is not clear, however the description of the location of the land in this charter, when compared with the similar documents which follow, document that William le Stubber held land in Sharlston near Roger of Foulby and Robert son of Elias of Sharlston which suggests that this donor was William le Stubber son of Alexander the skinner [see note **no. 806, 811**]. This document was not copied by Scribe A but possibly Scribe B [see Chapter V].

821. Confirmation with warranty by Roger of Foulby, clerk, of an acre of arable land in Sharlston which he had bought from Robert son of Elias of Sharlston [described], rendering annually a half-penny to the sacristan of St Oswald. f110v/p. 262

[first half 13th century]

Margin note: Sharueston de sacristaria.

[O]mnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Rogerus de Foleby clericus salutem in Domino. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie de sancto Oswaldo et canonicis ibidem Deo servientibus unam acram terre arabilis cum pertinentiis in territorio de Scharueston', illam scilicet acram quam emi de Roberto filio Elie de Scharueston' sicut iacet super Cordanrode inter terram Willelmi le Stubber et terram quondam Iohannis filii Gilberti; habend' et tenend' dictis canonicis et eorum successoribus libere, quiete, integre et pacifice cum omnibus pertinentiis suis et aysiamentis dicte terre pertinentibus, reddendo inde annuatim sacriste de sancto Oswaldo unum obolum ad Pentecosten pro omnibus servitiis secularis et demandis. Ego vero Rogerus predictus et heredes mei dictam acram terre dictis canonicis et eorundem successoribus in omnibus et contra omnes warantizabimus, acquietabimus et imperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Note: Date based on mention of William le Stubber son of Alexander the skinner [see **nos. 806, 811**]. Roger of Foulby clerk was also known as Roger the clerk of St Oswald in the document recording his purchase of this land from Robert son of Elias of Sharlston [**no. 822**]. This document was not copied by Scribe A but possibly Scribe B [see Chapter V].

822. Grant with warranty by Robert son of Elias of Sharlston to Roger of St Oswald, clerk, of an acre of land in Sharlston which his father Elias bought from Agnes daughter of Mauger (I) of Sharlston

[described], rendering annually a half-penny to Robert at the gate [*ad portam*] of St Oswald. For this sale Roger gave Robert a sum of money. f110v/p. 262

[first half 13th century]

Margin note: Sharueston'.

[S]ciant presentes et futuri quod ego Robertus filius Helye de Scarueston' dedi, concessi et hac mei presenti carta confirmavi Rogero de sancto Oswaldo clerico et heredibus suis vel suis assignatis pro quadam summa pecunie quam mihi dedit premanibus unam acram terre cum pertinentiis suis in territorio de Scharueston', illam acram terre quam Hel[ias] pater meus quondam emit de Angnete filia Maugeri de Scarueston' et iacet super Cordanrode inter terram Willelmi Stubber et terram quondam Iohannis filii Gilberti; habend' et tenend' de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel suis assignatis libere, quiete et pacifice cum omnibus pertinentiis suis et aysiamentis dicte terre pertinentibus infra villam et extra, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unum obolum ad Pentecost' ad portam sancti Oswaldi pro omnibus servitiis et demand[is]. Ego vero Robertus et heredes mei dictam acram terre cum suis pertinentiis prefato Rogero clerico et heredibus suis vel suis contra omnes homines et feminas warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on mention of William le Stubber and Agnes daughter of Mauger (I) of Sharlston. See note to nos. 806, 811 for William le Stubber son of Alexander the skinner of Sharlston. Although no record of Agnes daughter of Mauger (I) was found she must have been born before her father's death in 1219 and her brother William, heir of Mauger (I) of Sharlston, occurred from as early as 1226/7 until at least 1251, thus establishing a general time frame for Agnes [*Yorks F. 1218-1231*, pp. 102-3; *Yorks F. 1246-1272*, p. 66; *EYC VII*, p. 172]. Roger of St Oswald, clerk, also known as Roger of Foulby, clerk, granted this land to Nostell Priory for the Sacristan [no. 821]. This document was not copied by Scribe A but possibly Scribe B [see Chapter V].

823. Grant with warranty and for the fabric of the church by Thomas son of Robert son of Elias of Sharlston of a selion of land with a toft in Sharlston [described]. Additionally Thomas quitclaims all right and claim to a selion with a toft which his father Robert sold to Roger of Foulby, clerk, and the annual rent of a half penny which Thomas used to pay to the church of St Oswald. f110v/p. 262

[mid-13th century]

Margin: Sharueston de opere.

[O]mnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Thomas filius Roberti filii Elie de Scharueston' salutem in Domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et antecessorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostell' et canonicis ibidem Deo servientibus ad opus fabrice ecclesie sue unam selligionem terre cum tofto et pertinentiis in territorio de Scharueston', illam scilicet sellionem que iacet super Cordanrode iuxta terram quondam Willelmi Stubber ex parte orientali et extendit se a vico qui ducit per mediam villam de Scharueston' usque[a] ad culturam quondam Ade filii Agnetis; tenend' et habend' dictis canonicis et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam solutam et quietam ab omni servitio seculari consuetudine et demanda. Et ego Thomas et heredes mei dictam sellionem cum tofto et pertinentiis infra villam[b] de Scharueston' et extra ad tantam terram pertinentibus dictis canonicis in omnibus et contra omnes warantizabimus, adquietabimus et imperpetuum defendemus. Preterea quietum clamavi dictis canonicis ad opus fabrice ecclesie sue de me et heredibus meis totius ius et clameum quod habui vel habere potui in una sellione cum tofto quam Robertus pater meus vendidit Rogero de Foleby clerico et etiam in redditu unius oboli quem de dicta sellione percipere solebam et reddere ecclesie sancti Oswaldi per annum. Ita quod nec ego nec heredes mei ius vel clamium in

predicta terra vel redditu imposterum vendicare quoquo modo poterimus vel exigere sed totum habeant in puram et perpetuam elemosinam solutam et quietam ab omni servitio seculari et demanda. In cuius rei testimonium huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus. *[f111r]* [*The next three folios are missing, pp. 263-68. A post-medieval entry indicates the same.*]

[a] ms *unsque.* [b]ms w*illiam.*

Note: Date based on Robert son of Elias of Sharlston. Robert son of Elias was a contemporary of William le Stubbe, also known as William of Sharlston, who was active in the first half of the 13th century suggesting that his son Thomas would exist in a similar time [see no. 806]. This document was not copied by Scribe A but possibly Scribe B [see Chapter V].

824. An incomplete agreement in the form of a chirograph which begins in the middle of a quitclaim by Richard concerning the woods of Slothick and the land of Hacumwro [probably Nottinghamshire] for which the prior and convent gave him a sum of money. The prior and canons grant that Richard may enclose his woods or the place called le Brendhaye at anytime of year providing the access of the animals of the prior and convent or their tenants in Sookholme and [Market] Warsop [Nottinghamshire] free of *parcagium.* And they grant to Richard that he shall have and hold the place called le Halleker, near their pool in [Market] Warsop in a similar way. For this Richard and his heirs shall be beneficiaries of the prayers of the priory. f111r/p. 269

Altofts, 13 May 1304

Rubric. [*missing*].

heredum seu tenentium suorum pro defectu clausure predictum locum et boscum del Slothick seu predictam placiam terre et bosci de Hacumwro ingrediantur sine parcagio et dampno quieta rechacientur et quod predicti prior et conventus teneant et habeant omnia predicta cum suis pertinentiis libere, quiete, integre et pacifice in liberam, puram et perpetuam elemosinam sine aliquo retenemento in contradictione seu impedimento predicti domini Ricardi vel heredum suorum imperpetuum. Pro hac vero concessione, remissione et quieta clamatione dederunt prefati prior et conventus dicto domino Ricardo quamdam summam pecunie premanibus. Et preterea iidem prior et conventus concesserunt dicto domino Ricardo quod possit claudere boscum suum seu locum qui vocatur le Brendhaye et omni tempore anni clausum tenere in suo separali absque ingressu animalium cuiuscumque generis predictorum prioris et conventus seu tenentium suorum de Sulcholm' et de Warsop' et de dicto bosco vel loco prout sibi commodius et utilius viderit expedire, facere et ordinare. Et similiter predictus dominus Ricardus et heredes sui habeant et teneant locum qui dictur le Halleker iuxta stagnum suum in Warsop' in suo separali omnibus temporibus anni absque contradictione et clamio predictorum prioris et conventus seu tenentium suorum imperpetuum. Ita tamen quod si averia predictorum prioris et conventus seu tenentium suorum villarum predictarum in predictis boscis seu locis del Brendhaye et de le Halleker pro defectu clausure ingrediantur sine partagio et dampno quieta rechacientur, salvis in omnibus prefatis priori et conventui et eorum tenentibus de predictis villis viis per quas possint comode ad terras suas quas habent et tenent iuxta le Brendhay cum omnibus animalibus et averiis suis ne et redire omnibus temporibus anni absque contradictione vel impedimento dicti domini Ricardi heredium seu tenentium suorum ad ipsas terras excolendas vel depascendas. Et preterea iidem prior et conventus pro se et successoribus suis concesserunt quod predictus dominus Ricardus et heredes sui sint participes in omnibus missis, orationibus, suffragiis et aliis beneficiis spiritualibus in predicta domo sancti Oswaldi imperpetuum faciend'. Et in omnium suprascriptorum testimonium predictus dominus Ricardus pro se et heredibus suis parti huius scripti cyrograffati penes predictos priorem et conventum remanenti sigillum suum apposuit. Et predicti prior et

conventus pro se et suis successoribus alteri parti huius scripti cyrographati penes predictos dominum Ricardum et heredes suos remanenti sigillum capituli sui apposuerunt. Hiis testibus dominis Willelmo le Vavasour, Milone de Stapilton', Egidio de Trumpinton', Roberto de Ros', Roberto de Balliolo militibus, domino Willelmo de Nonny, Thoma de Fisscheburn', Alano de Smetheton', Olivero de Stanfeld', Roberto de Silkeston' et aliis. Dat' apud Altoftes in presentia domini Henrici de Lascy, comitis Lync' predicti, et testium predictorum tertio decimo die Maii anno domini m° ccc° quarto.

Note: The witness list includes Yorkshire knights and household staff of Henry (II) de Lacy. William le Vavasour held estates in Yorkshire and was dead by 1315-16 [*Kirkby Inquest*, p. 342n]. In 1311 Miles Stapleton held in chief of the king in Yorkshire [*Kirkby Inquest*, p. 439]. Miles de Stapleton, Robert de Ros and Robert de Balliol were also major estate holders in Yorkshire [*Kirkby Inquest*, pp. 4n, 275, 263]. The household staff in 1294-95 of Henry (II) de Lacy included some of the other witnesses: Oliver de Stansfield was constable and receiver of Pontefract Castle; William de Nony was steward of Pontefract; and Thomas Fishburn also an official of Henry (II) de Lacy ['Lacy *Compotus*', i, pp. 351, 356]. The presence of Henry (II) de Lacy in Yorkshire was during a time he had traveled to Aquitaine in June 1303 and on his return to Scotland after September 1305 on the business of King Edward I [Hamilton, 'Henry de Lacy', *DNB*, art. 15851]. Henry (II) de Lacy, earl of Lincoln died 5 February 1311 [Hamilton, 'Henry de Lacy', *DNB*, art. 15851]. The Priory had held 3 bovates and two parts of one bovate in Market Warsop and Sulkholme [Nottinghamshire] as a grant from King Henry I since before January 1122 [no. 921, B004].

825. Proceedings by the prior in the county court of York regarding William Attebrigge of Warsop a serf [*nativus*] who had fled the lands of the priory. The prior states that he and his predecessors had been seized of William and his father Henry and by proof showed that the family had paid tallage [*taliando ipsum alto et bassa*] and merchet for the marriage of their sons and daughters and other services of villeinage to the priory since the time of King Henry III and provided witnesses. William admitted he was a serf of the prior and was released to the prior in the court. f111r/p. 269

York, [20 x 28 November] 1301

Rubric: [*none*].

Prior de sancto Oswaldo petiit in comitatu Willelmum Attebrigge de Warsope ut nativum vel fugitivum suum cum omnibus catallis suis et tota sequela sua ubicumque et cetera nisi et cetera et qui fugit de terra sua et cetera. Ita quod ad petitionem petentis posita fuit loquela hic et cetera. Et modo venit tam predictus prior per attornatum suum quam predictus Willelmus. Et unde idem prior dicit quod predictus Willelmus iniuste dedicit esse nativum suum et ideo iniuste quia dicit quod quidam Willelmus quondam prior de sancto Oswaldo predecessor et cetera fuit seisitus de quodam Henrico patre predicti Willelmi ut de nativo suo ut de feodo et iure ecclesie sue et cetera tempore pacis tempore domini H. regis patris domini regis nunc capiendo inde explet' et cetera, ut in taliando ipsum alto et bassa ad voluntatem suam et cetera, et faciendo ipsum propositum suum et cetera et capiendo ab ipso merchettum pro filiis et filiabus suis maritandis et alia villana serviti[is] et consuetudine ad voluntatem suam et cetera, ut de feodo et iure ecclesie predicte sue et cetera, et de ipso Henricus exivit predictus Willelmus et producit quosdam Iohannem filium Alani fratris predicti Henrici et Willelmum filium ipsius Iohannis consanguinem predicti Willelmi qui presentes sunt et cognit[i] esse villanos ipsius prioris et cetera. Et Willelmus Attebrigge bene cognovit quod ipse est villanus predicti prioris: ideo idem Willelmus liberatur idem priori hic in curia et cetera. Placita apud Ebor' coram R. de Hengham' et sociis suis iusticiis domini regis de banco in termino sancti Michaelis anno regni regis E. filii regis H. xxx^imo^. Finiente rotulo cclxviij. [*f111v*]


Note: Michaelmas law term in 1300-01 was 9 October-28 November, however the regnal year of Edward I began on 20 November, these facts together limit the date of this document from 20 November through the end of

Michaelmas term or 20 x 28 November. The prior at the time of this plea would be William of Birstall whose predecessor died 26 August 1291 and William Birstall ceded office 19 April 1312 [Smith, *Heads* II, p. 439]. The priory's claim that a previous Prior William had died seised of Henry father of William the serf suggests Prior William of Clifford whose rule began as early as 4 January 1255 and he died on 16 August 1277 [Smith, *Heads* II, pp. 438-39]. Nostell Priory had received land in Market Warsop from King Henry I [B004].

Note for **nos. 826-34**. The churches of Cheddington [Buckinghamshire], King's Langley [Hertfordshire] and Charwelton [Northamptonshire] with associated land were the gifts of the family of Ralph of Cheddington, see pedigree which follows and is based on references cited here. The grants by Adeliza and her sons Hugh and Simon were confirmed by King Henry I in his general confirmation on 7 January 1122 and perhaps earlier by a specific confirmation [**B004, no. 832**]. Ralph (I) of Cheddington was probably dead when Adeliza made her grants and Simon appeared to be his heir. Adeliza and Simon's grant was also confirmed by William (I) d'Aubigny Brito who was active as early as 1106 and lived until at least 1148 [**no. 831**] [*K-R*, p. 270-1]. Simon was dead by 1129/30 when his wife Alice remarried [*K-R*, p. 216]. The grants of Adeliza, Simon and Hugh de Cheddington did not survive in the Cartulary.

Ralph (II) son and heir of Simon married Alice and they had a son William; Ralph (II) probably succeeded to his father's estates at Simon's death in 1129/30 and Ralph (II) was dead by c. 1176 [*K-R*, p. 216]. Ralph (II) not only confirmed his ancestors' grants but himself granted 7 acres of land to the church of King's Langley [**nos. 826, 827**]. William son of Ralph (II) occurred in the Cartulary only to confirm his ancestor's grants and did not confirm the additional 7 acres granted by his father [**no. 827**] but his son Ralph (III) did confirm the gift of his grandfather Ralph (II) [**no. 828**]; no record exists for the death of William but he was certainly dead by 4 March 1229 [**no. 838**].

Ralph (III) only appeared in the Cartulary confirming his grandfather Ralph (II)'s confirmation and additional grant [**no. 829**]. Ralph (III) was dead by 4 March 1229 when Ralph (IV) de Cheddington son of Ralph (III) occurred in a letter concerning the advowson of the churches [**no. 838**] and in a final concord regarding the same advowsons on 23 June 1235 [**no. 57**].



826. Confirmation by Ralph (II) of Cheddington of the grants made by his ancestors in the time of King Henry [I], namely the grant made by Adeliza his grandmother, wife of his grandfather Ralph (I) Cheddington, of the church of Cheddington [Buckinghamshire] with 1$^{1/2}$ hides of land, and 2 hides of land in Salden [Buckinghamshire] (namely that which Simon gave to his mother in exchange for her marriage dowry of Cheddington), and 3 virgates of land in Middleton and the grant in alms made by Simon his father of the church of [King's] Langley [Hertfordshire] with 100 acres of land, and the grant of his uncle Hugh of Cheddington of the church of Charwelton [Northamptonshire] with a hide of land and all the tithes and customs which Ralph his grandfather confirmed to the church. f111v/p. 270

[1129 x c. 1176]

Rubric: Hic incipiunt carte de Chettendona. Carta Rad[ulfi] de Chedendona.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Rad[ulfus] Chedned' concessi et hac carta mea confirmavi Deo et ecclesie sancti Osuualdi et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam et perpetuam elemosinam omnes donationes quas antecessores mei eis dederunt in presentia regis Henrici sicut carta eiusdem regis testatur, videlicet ecclesiam de Chettend' cum hida et dimidia terre quam Adeliza ava mea uxor Rad[ulfi] Chedned' avi mei dedit eis concessu Simonis et Hugonis filiorum suorum et in Saldena duas hidas terre quas ipsa eadem eis dedit quas Simon filius suis dedit matri sue pro escambio maritagii sui de Chettend' et tres virgatas terre in Middeltona quas ipsa etiam eis dedit concessu filiorum suorum et [in Saldena *dotted for deletion*] ecclesiam de Langel' quam Simon Chedned' pater meus eis dedit in elemosina cum centum acris terre et cum

omnibus rebus ipsi ecclesie pertinentibus, solutam et quietam et liberam ab omni terreno servitio et ecclesiam de Cherwelletona quam Hugo de Chened' patruus meus eis dedit concessu Symonis Chedned' patris mei cum una hida terre et cum omnibus decimis et consuetudinibus quas Rad[ulfus] Chedned' avus meus ipsi contulit, similiter solutam et quietam ab omni terreno servitio. Et volo et concedo et firmiter precipio ut hec omnia honorifice, libere et quiete ab omni terreno servitio teneant sicut carta regis Henrici testatur. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding for dating rationale.

827. Grant in free, pure and perpetual alms by Ralph (II) Cheddington to the church of [King's] Langley [Hertfordshire] of 7 acres of land, namely that which Robert, archdeacon of Carlisle, had on loan. f111v/p. 270

[1133 x c. 1176]

Rubric: Carta Rad[ulfi] de Chedeid'.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Rad[ulfus] Chedned' dedi Deo et ecclesie de Langel' in liberam et puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et antecessorum meorum et heredum meorum vij. acras terre illas scilicet quas Robertus archidiaconus Carl' accomodaveravi[t]. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding no. 826 for dating. Robert the archdeacon of Carlisle first occurred c.1151 and perhaps as early as 1133 x 1156 and he was dead by 1191, possibly in 1186; the archdeaconry was not established until at least 1133 providing the earliest limit of this document [Greenway, *Le Neve 1066-1300: Monastic Cathedrals*]. Ralph (III) son of William confirmed this gift as that of his grandfather establishing this donor as Ralph (II) [no. 829].

828. Confirmation by William de Cheddington of the grants made by his ancestors and attested in the charter of King Henry [I] [as in no. 826]. f111v/p. 270

[mid-12th century x 4 March 1229, possibly c. 1176]

Rubric: Carta Willelmi de Chedned'.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Willelmus de Chedned' concessi et hac carta mea confirmavi Deo et ecclesie sancti Osuualdi et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam et perpetuam elemosinam omnes donationes quas antecessores mei eis dederunt in presentia regis Henrici sicut carta eiusdem regis testatur. Quas etiam donationes pater meus eis concessit et carta sua confirmavit videlicet ecclesiam de Chetendona cum hida et dimidia terre quam Adeliza ava patris mei uxor R. Chedned' avi patris mei dedit eis concessi Simonis et Hugonis filiorum suorum, et in Saldena duas hidas terre quas ipsa eadem eis dedit quas Simon filius suus dedit matri sue in escambio maritagii sui de Chettend', et tres virgatas terre in Middeltona quas ipsa etiam eis dedit concessu filiorum suorum, et ecclesiam de Langel' quam Simon Chedned' avus meus eis dedit in elemosinam cum centum acris terre et cum omnibus rebus ipsi ecclesie pertinentibus solutam et quietam et liberam ab omni terreno servitio, et ecclesiam de Cherwelton' quam Hugo Chedned' patruus [meus *dotted for deletion*] patris mei eis dedit concessu Simonis avi mei cum una hida terre et cum omnibus decimis et consuetudinibus quas Rad[ulfus] Chened' avus patris mei ipsi ecclesie contulit, similiter solutam et quietam et liberam ab omni terreno servitio. Et volo et concedo et firmiter precipio ut hec omnia honorifice, libere et quiete teneant ab omni terreno servitio sicut eis pater meus concessit et carta sua confirmavit. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding no. 826 for further information concerning dating and the family. William did not confirm the grant his father made of 7 acres to the church of King's Langley [no. 827] and it is possible that William sealed this confirmation before his father Ralph (II) made the grant and thus before his father's death c. 1176. His son Ralph (III) specified the grant in his general confirmation [no. 829].

829. Confirmation by Ralph (III) de Cheddington son of William de Cheddington of the grants made by his ancestors which his father confirmed [as in nos. 826-828]. ff111v-r/pp. 270-71

[early 13th century]

Rubric: Carta Radulfi de Chedned'.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Rad[ulfus] de Chedned' filius Willelmi de Chedned' concessi et hac carta mea confirmavi Deo et ecclesie beati Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam omnes donationes quas antecessores mei dederunt eis quas etiam donationes pater meus concessit et carta sua confirmavit, videlicet ecclesiam de Chettendona cum hida et dimidia terre et cum omnibus decimis et ceteris eiusdem ecclesie pertinentiis quam Adeliza ava avi mei uxor Rad[ulfi] de Chettened' proavi patris mei dedit eis concessu Symonis et Hugonis filiorum suorum, et in Saldena duas hidas terre cum pertinentiis quas ipsa eadem eis dedit [concessu filiorum suorum et ecclesiam de Langel' *dotted for deletion*] quas Symon filius suus dedit matri sue pro escambio maritagii sui in Chettendona, et tres virgatas terre in Middeltona cum pertinentiis quas ipsa eadem eis dedit concessu filiorum suorum, et ecclesiam de Langel' quam Symon de Chedned' proavus meus eis dedit in elemosinam cum centum acris terre et cum omnibus decimis et ceteris rebus eidem ecclesie pertinentibus solutam et quietam et liberam ab omni terreno servitio, et ecclesiam de Cherweltona quam Hugo de Chedned' patruus avi mei eis dedit concessu Symonis proavi mei cum hida terre et cum omnibus [de *dotted for deletion*] decimis et ceteris rebus et consuetudinibus quas Rad[ilfus] de Chedned' proavus patris mei ipsi ecclesie contulit similiter solutam et quietam et liberam ab terreno servitio, et septem acras terre in Langel' quas Rad[ulfus] de [*f112r*] Chedned' avus meus dedit Deo et <eidem> ecclesie de Langel' in liberam, puram et perpetuam elemosinam pro salute anime sue et omnium antecessorum et heredum suorum, illas scilicet septem acras terre quas Roberto archidiacono Carlolie prius accomodaverat. Et volo et concedo et firmiter precipio ut hec omnia supradicta honorifice, libere et quiete teneant ab omni terreno servitio sicut eis pater meus concessit et carta sua confirmavit. Hiis [testibus] et cetera.

Note: See note preceding no. 826 for dating, the family and the difficulty isolating dates for Ralph (III). This was the first occurrence in the family's confirmations of their gifts of the seven acres of land for the church of King's Langley which Ralph (II) made [no. 827].

830. Confirmation by Ralph (IV) son of Ralph (III) de Cheddington son of William de Cheddington of the grants made in free pure and perpetual alms by his ancestors which his father had confirmed, [as in nos. 826-29]. f112r/p. 271

[first half 13th century]

Rubric: Carta Rad[ulfi] filii Rad[ulfi] de Chednd'.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Rad[ulfus] filius Rad[ulfi] de Chedned' filii Willelmi Chedned' concessi et hac carta mea confirmavi Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam omnes donationes et advocationes ecclesiarum quas antecesserunt mei dederunt et concesserunt eis, quas etiam donationes et advocationes pater meus eis

concessit et carta sua confirmavit, videlicet ecclesiam de Chettindona cum hida et dimidia terre et cum omnibus decimis et ceteris eidem ecclesie pertinentiis, et in Saldena duas hidas terre cum pertinentiis, et tres virgatas terre in Mideltona cum pertinentiis, et ecclesiam de Langel' cum centum acris terre et cum omnibus decimis, possessionibus et rebus aliis eidem ecclesie pertinentibus, solutam et quietam ab omni exactione et terreno servitio, et ecclesiam de Cherweltona cum hida terre et cum omnibus decimis et ceteris possessionibus et rebus aliis eidem ecclesie pertinentibus et septem acras terre in Langel' quas Rad[ulfus] Chedned' proavus meus dedit Deo et eidem ecclesie de Langel' in liberam, puram et perpetuam elemosinam pro salute anime sue et omnium antecessorum et heredum suorum, illas scilicet septem acras terre quas Robertus archidiaconus Karl' prius accomodaverat. Volo etiam et concedo et firmiter precipio ut predicta ecclesia sancti Osuualdi de Nostl' omnia supradicta honorifice, libere, et quiete habeat, teneat et possideat. Et ne ego vel aliquis heredum meorum contra predictam concessionem et confirmationem imposterum venire possimus presentem pagina sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrences of Ralph (IV) de Cheddington. Ralph (IV) de Cheddington occurred on 4 March 1229 [no. 838] and as late as 23 June 1235 [no. 57] and although his date of death is unknown his active adult life must be in the first half of the 13th century. See note preceding no. 826 for this grant, the family and the difficulty isolating dates for Ralph (III) Cheddington.

831. Confirmation by William d'Aubigny Brito of the grant in alms made by Adeliza [of Cheddington] of the church of Cheddington with 1[1/2] hides of land [Buckinghamshire], made at the dedication of the church and confirmed by Simon. f112r/p. 271

[c. 1114 x 7 January 1122]

Rubric: Carta Willelmi de Albinn'.

Uuillelmus de Albnni' Brito omnibus fidelibus suis sancte ecclesie salutem. Sciatis me concessisse Deo et canonicis sancti Osuualdi ecclesiam de Chettend' cum una hida terre et dimidia ecclesie pertinenti quam Adelid' addecationem[a] ecclesie dedit et Symon concessit in elemosina sine aliquo servitio.

[a] probably for *ad dedicationem.*

Note: Date based on William d'Aubigny Brito, the banishment of Robert (I) de Lacy and the general confirmation by King Henry I. This confirmation may have been time coincident with the confirmation of King Henry I [no. 832] and was certainly before the general confirmation in 1122 [B004]. William d'Aubigny Brito frequently attested the King's charters from 1104-1116 and he was dead by 1148 [Keats-Rohan, 'William d'Aubigné Brito', *DNB*, art. 281]. The date of this grant probably did not occur until after the banishment of Robert (I) de Lacy c.1114 [see Chapter II]. The grant by Adeliza was confirmed by King Henry I in his general confirmation on 7 January 1122 [B004] and again in a specific confirmation [no. 832]. This document suggests that Simon of Cheddington had a tenurial relationship to William d'Aubigny Brito.

832. Confirmation by King Henry I of the grants made by Adeliza wife of Ralph (I) Cheddington and Simon and Hugh their sons, namely the church of Cheddington [Buckinghamshire] with 1[1/2] hides of land, 2 hides of land, (the same which Simon had exchanged with his mother for her dower rights in Cheddington), and 3 virgates of land in Middleton and the grant by Simon Cheddington of the church of [King's] Langley [Hertfordshire] with 100 acres of land and the grant made by Hugh Cheddington of the church of Charwelton [Northamptonshire] with a hide of land and the tithes and customs which Ralph Cheddington confirmed to the church. f112r/p. 271

[c.1114 x 7 January 1122]

Rubric: Carta Henrici regis.

Henricus rex Anglie archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, vicecomitibus et omnibus fidelibus suis totius Anglie salutem. Sciatis me concessisse Deo et ecclesie sancti Osuualdi et canonicis ibidem

Deo servientibus donum quod Adeliza que fuit uxor Rad[ulfi] Chedned' et Simon et Hugo filii sui ipsis dederunt et concesserunt coram me in elemosinam, videlicet ecclesiam de Chetendon' cum hida et dimidia terre quam predicta Adeliza eis dedit, et in Saldena ij. hidas terre quas ipsa eadem eis dedit quas Simon filius suus dedit matri sue pro escambio maritagii sui de Chetend', et iij. virgatas terre in Mideltona quas ipsa etiam eis dedit, concessu filiorum suorum, et ecclesia de Langel' quam Simon Chedned' eis dedit in elemosinam cum centum acris terre et cum omnibus rebus ipsi ecclesie pertinentibus solutam et quietam et liberam ab omni terreno servitio, et ecclesia de Cherweltona quam Hugo Chedned' eis dedit concessu Simonis fratris sui cum j. hida terre et cum omnibus decimis et consuetudinibus quas Rad[ulfus] Ched' ipsi ecclesie contulit similiter solutam et quietam ab omni terreno servitio. Et volo et concedo et firmiter precipio ut hec omnia honorifice, libere et quiete ab omni servitio teneant, sicut eis in presentia mei data et concessa sunt. Testes et cetera.

Printed: *RRAN 2*, no. 245 dated c1118 x 1130.

Note: Date based on general confirmation by King Henry I. These grants by the descendants and the wife of Ralph (I) of Cheddington were confirmed in the general confirmation of King Henry I dated 7 January 1122 [B004] and it is likely this document preceded the general confirmation thus establishing the latest limit. The date of the death of Ralph (I), whose widow was Adeliza, was usually assigned to c.1118 to conform with a date of foundation of Nostell Priory but that date may be as early as c.1114 [see Chapter II] and thus providing a more reliable date for the death of Ralph (I) and the earliest limit of this grant [*K-R*, p. 216; *EEA* 1, no. 202n].

833. Confirmation by Thomas [Becket], archbishop of Canterbury, of the grant made by Robert [de Chesney], bishop of Lincoln, to Prior A[nsketil] and the canons of St Oswald of the churches of Cheddington [Buckinghamshire], [King's] Langley [Hertfordshire] and Charwelton [Northamptonshire]. f112r/p. 271

[3 June 1162 x October 1164]

Rubric: Carta Thome Cantuar' archiepiscopi.

Thomas Dei gratia Cant' ecclesie minister humilis omnibus sancte matris ecclesie fidelibus salutem. Quod a venerabilibus fratribus nostris coepiscopis canonice factum esse dinoscitur, benigno favore prosequi dignum reputamus, presertim cum religiosorum res agitur quos vita commendat[a] et honestatis propositum. Inde est quod dilecti filii A. prioris beati Osuualdi probabili desiderio prompto faventes animo concessioni et confirmationi quam venerabilis frater noster R. Linc' episcopus eidem priori et canonicis suis canonice indulsit auctoritatis qua fungimur corroborationem et scripti nostri communitionem adiungimus, nominatim de ecclesia de Chedendona et de ecclesia de Langel' et de ecclesia de Chereweltona. Valete.

[a] ms *commend<a>t* corrected from *commendet*.

Printed: *EEA* 2, no. 27 dated 3 June 1162-October 1164.

Note: Date based on Thomas Becket as archbishop of Canterbury and Bishop Robert de Chesney of Lincoln. It has been suggested that this document and that of Robert de Chesney [no. 834] were contemporaneous and thus this document would be issued before the archbishop's exile in 1164 [*EEA* 1, no. 202n]. Ansketil occurred as prior 1158 x 1159 and died 2 April 1196 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283].

834. Confirmation by Bishop Robert [de Chesney] of Lincoln, at the petition of A[nsketil] prior and the canons of St Oswald, of the grant by Simon Cheddington and his mother Adeliza of the churches of [King's] Langley [Hertfordshire], Cheddington [Buckinghamshire] and Charwelton [Northamptonshire]. f112r/p. 271

[19 December 1148 x October 1164, possibly 3 June 1162 x October 1164]

Rubric: Carta Roberti Lincoln' episcopi.

Robertus Dei gratia Linc' episcopus universis catholice ecclesie filiis salutem. Iustis dilecti filii nostri A. prioris de sancto Osuualdo annuentes petitionibus, ecclesie beati Osuualdi et canonicis ibidem omnipotentis

mancipatis obsequio ex donatione Simonis Chened' et matris sue Adel[ize] ecclesiam de Langel' in Hertford'sir, ecclesiam de Chedendon' in Buchingh'sir, ecclesiam de Cherweltona in Northam't'sire in perpetuam elemosinam concedimus, confirmamus et sigilli nostri attestatione communimus, salva in omnibus Linc' ecclesie dignitate. T[estibus] et cetera.

Printed: *EEA* 1, no. 202 dated 19 December 1148 x October 1164, possibly 3 June 1162 x October 1164.

Note: See note **no. 833** for dating and association to Bishop Robert de Chesney. It is possible that this confirmation was by Bishop Robert Bloet but most authorities suggest Robert de Chesney who was consecrated bishop on 19 December 1148 [*EEA 2*, no. 27n; *EEA* 1, no. 202n].

835. Memorandum by Richard of Chaddesden of Nottingham, chaplain on his presentation to the vacant church of Cheddington [Buckinghamshire] on the resignation of J. de Woketon, the former rector of the church, swore that he will pay to the prior and convent the pension of half a mark from the church of Cheddington. Sworn in the chapter of St Oswald, in front of Prior J[ohn] of Dewsbury and the seniors of the convent. f112r/p. 271

St Oswald, 27 April 1336

Rubric: [*none*].

Memoranda quod die sabbati v^to^ kalendas Maii anno Domini millesimo ccc xxxvj^to^ dominus Ricardus de Chaddesden de Notingham capellanus presentatus ad ecclesiam de Chedindon' vacantem per resignationem domini I. de Woketon' nuper rectoris eiusdem prestitit sacramentum in verbo sacerdotii inspectis sanctis Euangeliis in capitulo sancti Oswaldi coram domino I. de Deusbyry priore et senioribus de conventu ad solvendum vobis fideliter pensionem nostram annuam dimidie marce de dicta ecclesia nobis debitam in quolibet festo sancti Michaelis. [*f112v*]

Note: Richard of Chaddesden of Nottingham was instituted on 9 May 1336 to the church of Cheddington; his predecessor, John of Wokinton, had been instituted in August 1334 and, with the institution of Richard, John was transferred to the vicarage of Haslington [diocese of Ely] [*Reg. Burghersh*, 2, nos. 2349, 2367]. The church of Cheddington was a gift from Adeliza of Cheddington [note preceding **no. 826**]. John of Dewsbury was elected prior of Nostell Priory on 27 March 1331 and died 31 March 1337 [Smith, *Heads* II, p. 439]. This document was copied by a scribe other than Scribe A or B [see Chapter V].

836. Notification by Bishop Hugh [of Avalon] of Lincoln that Ulian, his clerk, was instituted into the church of Charwelton [Northamptonshire] upon the presentation by A[nsketil] prior and the convent. f112v/p. 272

[21 September 1186 x 2 April 1196]

Rubric: Carta Hugonis Lincoln' episcopi. [*f112v*]

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, Hugo Dei gratia Linc' episcopus salutem in Domino. Ad universitatis vestre notitiam volumus pervenire nos ad presentationem dilecti filii nostri Asch' prioris sancti Osuualdi dilectum clericum nostrum Ulianum ad ecclesiam de Cherweltona recepisse et ipsum in eandem ecclesiam personam instituisse. Quod ut ratum habeatur et firmum, presentis scripti testimonio et sigilli nostri patrocinio duximus confirmandum. Hiis testibus, et cetera.

Printed: *EEA* 4, no. 136 dated 21 September 1186 x 2 April 1196.

Note: Date based on Bishop Hugh of Avalon and Prior Ansketil. Hugh of Avalon, bishop of Lincoln, ruled from 21 September 1186 until his death 16 November 1200. Ansketil occurred as prior of Nostell as early as 1155 x c. 1157 and died 1 April 1196 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. This could not be Bishop Hugh of Wells as John was the prior of Nostell throughout Bishop Hugh of Wells rule as bishop of Lincoln.

837. Notification by Bishop Hugh [of Wells] of Lincoln that master Ber[n]ard papal scribe was instituted into the church of Cheddington upon the presentation of the patrons, the prior and canons of St Oswald. f112v/p. 272

[20 December 1228 x 19 December 1229, possibly after 4 March 1229]

Rubric: Carta Hugonis Lincoln' episcopi.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Hugo Dei gratia Linc' episcopus salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos ad presentationem prioris et conventus sancti Osuualdi de Nostl' patronorum ecclesie de Chetindon' dilectum in Cristo filium magistrum Berardum domini pape scriptorem ad eandem ecclesiam de Chetind' admisisse ipsumque in ea canonice personam instituisse, salvis in omnibus episcopalibus consuetudinibus et Lincol' ecclesie dignitate. Quod ut perpetuam optineat firmitatem presenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum. Hiis testibus et cetera.

Printed: Acta Wells, no. 314 dated 20 December 1228 x 19 December 1229.

Note: Date based institution of Master Berard [de Setia]. Berard was instituted in the 20th pontifical year of Hugh of Wells [*Rot. Welles*, 2, 76]. Bishop Hugh of Wells ruled from 20 December 1209 until his death on 7 February 1235. The institution records of the Buckingham archdeaconry also state that Ralph (IV) Cheddington and his uncle, Elias Cheddington, had renounced their appeal over the advowson of the church [*Acta Wells*, no. 314] which suggests that the earliest limit of this document was 4 March 1229 [no. 838]. A final concord was made between Ralph (IV) Cheddington and Nostell Priory to this affect but not until 23 June 1235 [no. 57]. Bishop of Lincoln, Robert Grosseteste, mentioned that he had instituted master Bernard, papal scribe, to the church of King's Langley when the church was vacant 1235 x 1248 [no. 840].

838. Notification by Bishop Hugh [of Wells] of Lincoln that he had received a letter from Ralph (IV) Cheddington son of Ralph (III) Cheddington [at [King's] Langley, 4 March 1229 and recited] whereby Ralph, with his uncle Elias, quitclaims before the official of the archdeacon of Buckingham all right in the advowsons of the churches of Cheddington [Buckinghamshire], [King's] Langley [Hertfordshire] and Charwelton [Northamptonshire], remitting his right of presentation to the prior and convent of St Oswald. f112v/p. 272

[c. 4 March 1229]

Rubric: Carta Hugonis Lincoln' episcopi.

Omnibus Cristi fidelibus presentes literas visuris vel audituris H. Dei gratia Lincoln' episcopus salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos literas domini Rad[ulfi] Chedned' sub hac forma recepisse: 'Venerabili in Cristo patri et domino suo specialissimo H. Dei gratia episcopo Linc' Rad[ulfus] Chenedud' filius Rad[ulfi] Chenedud salutem eternam in Domino. Noverit paternitas vestra quod nos inspectis et recognitis instrumentis prioris et canonicorum sancti Osuualdi de Nostl' super advocationibus ecclesiarum de Chedend', Langel' et Cherweltona appellationi a procuratore nostro nomine nostro Elie Chedned' avunculi nostri coram officiali archidiaconi Bukinham interposite renunciamus et omne ius quod habuimus vel habere sperabamus in dictis advocationibus remittimus et quietum clamamus et siquid decetero a nobis vel heredibus nostris contra confirmationem nostram attemptum fuerit irritum sit et inane. Huius autem vestre paternitati signamus ne presentationes clericorum ad dictas ecclesias a dictis priore et canonicis facere vel imposterum faciende possint occasione aliqua impediri. In huius autem rei testimonium presentibus literis sigillum nostrum dignum duximus apponere. Act' apud Langel' die sabbati post diem cinerum proxima anno regni regis Henrici filii regis Iohannis xiij°. Ne autem hec imposterum alicui in dubium venire possit ad instanciam prioris et conventus sancti Osuualdi de Nostl' presentibus literis sigillum nostrum apposuimus. Valete in Domino.

Printed: Acta Wells, no. 302 dated ?c. 3 March 1229.

Note: The archdeacon of Buckingham at this time was Matthew de Stratton who first occurred as such 21 December 1221 and died 6 September 1269 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: Linc.*, p. 40]. On 23 June 1235 a final concord was made between Ralph (IV) Cheddington and Nostell Priory whereby Ralph Cheddington quitclaimed the advowson of these churches [**no. 57**]. This document would predate the final concord which suggests that by 1235 additional documentation was needed confirming the priory's rights concerning the churches. The institution records of the Buckingham archdeaconry also state that Ralph (IV) Cheddington and his uncle, Elias Cheddington, had renounced their appeal over the advowson of the church [*Acta Wells*, no. 314].

839. *Inspeximus* and confirmation by Bishop Hugh [of Avalon] of Lincoln of charters of the donors and of Robert Chesney, late bishop of Lincoln, granting the churches of Charwelton [Northamptonshire], Cheddington [Buckinghamshire] and [King's] Langley [Hertfordshire]. f112v/p. 272

[21 September 1186 x 16 November 1200]

Rubric: Carta Hugonis Lincoln' episcopi.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Hugo Dei gratia Linc' episcopus salutem in vero salutari. Noverit universitas vestra nos ratam habere et gratam concessionem factam a bone memorie Roberto de Chedneto[a] quondam episcopo Linc' Deo et canonicis sancti Osuualdi de Nostle, videlicet, de ecclesiis de Cherwelton' in Norhamt'sir' et de Chetend' in Buking'hamsir et de Langel' in Hertford'sir cum omnibus pertinentiis earum, sicut carte donatorum et prefati episcopi quas inspeximus testantur. Et nos iamdictas ecclesias, sicut prefatis canonicis rationabiliter collate sunt, auctoritate qua fungimur confirmamus et sigilli nostri appositione roboramus; salvis episcopalibus consuetudinibus et Linc' ecclesie dignitate. Hiis t[estibus], et cetera.

[a] ms *Chedned* written first and then dotted for deletion followed by *Chedneto*.

Printed: *EEA* 4 no. 137 dated ?21 September 1186 x 16 November 1200.

Note: Date based on rule of Hugh of Avalon as bishop of Lincoln. The documents mentioned would have included at least: the Cheddington family confirmations [**nos. 826-29**], the confirmations by William d'Aubigny Brito [**no. 831**] and Bishop of Lincoln Robert Chesney [**no. 834**]. It is possible it also included the charters of Archbishop Thomas Becket [**no. 833**] and King Henry I [**no. 832**].

840. Letter from Robert [Grosseteste], bishop of Lincoln, to master J[ohn] de Ferentino, subdeacon and chaplain of the pope and archdeacon of Norwich, responding to his query regarding the church of [King's] Langley [Hertfordshire]: when the church became vacant at the death of master William of St German, the rector, the prior and convent of St Oswald, as patrons, consulted the bishop who then conferred the church on master Bernard, papal scribe [*scriptor*]. f112v/p. 272

[17 June 1235 x 15 August 1248]


Rubric: Robertus Lincoln' episcopus.

Viro venerabili et amico in Cristo karissimo magistro I. de Ferentino domini pape subdiacono et capellano archidiacono Norwic' Robertus divina miseratione Linc' episcopus salutem et sincere dilectionis affectum sicut per literas vestras nobis significastis creditis per rationes multiplices eisdem literis insertas donationem ecclesie de Langel' vacantis ut dicitis per mortem magistri Willelmi de sancto Germano rectoris eiusdem in qua prior et conventus sancti Osuualdi Ebor' diocesis ius optinent patronatus ad nos auctoritate concilii esse devolutam, unde devote nos rogastiis ut auctoritate predicta predictam ecclesiam magistro Bernardo domini pape scriptori conferremus. Nos igitur [sci *dotted for deletion*] quantum possimus secundum Deum volentes vestris precibus obtemperare cum nobis non dum liquidum constet predicte ecclesie donationem sicut creditis ad nos esse devolutam nec possemus salva conscientia nostra factum vestrum fundare super ambigium si dicte ecclesie

donatio sicut vestra credit discretio sit ad nos hac vice auctoritate concilii devoluta auctoritate nostram super collatione ac ordinatione predicte ecclesie hac vice nobis concedimus et comferimus ratum et gratum habituri quod secundum Deum super predicte ecclesie ordinatione et collatione alicui persone idonee qui possit de regimine animarum pro nobis et vobis in tremendo iudicio rationem reddere duxeritis ordinand', salvo in omnibus imposterum iure patronorum. In cuius rei testimonium presentes literas sigillo nostro fecimus consignari volentes hoc idem ad omnium notitiam pervenire.

Note: Date based on Robert Grosseteste as bishop of Lincoln and master John Ferentino as archdeacon of Norwich. Robert Grosseteste was consecrated 17 June 1235. John Ferentino first occurred as archdeacon 17 February 1229 and last occurred 29 January 1238 although his successor did not first occur until 15 August 1248 which provides the latest limit [Greenway, *Le Neve 1066-1300: Monastic Cathedrals*, p. 64]. Master Bernard was also instituted to the church of Cheddington by Bishop Hugh of Wells 1209 x 1235, whether he held the churches simultaneously or sequentially is not known [**no. 837**]. John Ferentino was instituted into another of Nostell Priory advowsons, the church of Charwelton [Northamptonshire], by Bishop Grosseteste [*Rot. Grosseteste*, pp. 234-35].

Note for **nos. 841, 845-48**. Refer to pedigree below which is based on references cited here. Humphrey (I) Hasteng granted the mill of Salford [Warwickshire] to Nostell Priory; his son and heir Attrop (I) also granted three churches, Newbald Pacey and Leamington Hastings, Warwickshire, and Chebsey, Staffordshire. Both grants were made before 7 January 1122 [**B004**]. Humphrey (I) was married to Lesclin and they had at least three sons: Attrop (I), Salomon [see **nos. 15, 25**] and Humphrey (II). Humphrey (I) was probably dead by 1121-7 [*K-R*, p. 1005]. Salomon was still alive as late as 1136 x 1141 [**no. 15**]. Humphrey (II) and his mother Lescelin granted two churches in Whitnash, Warwickshire and 'Heseleia' between January 1122 x July 1157, probably before February 1155, this gift may not have been effective, [see Chapter IV, **B007**]. The grants of Humphrey (I) and Humphrey (II) and Lesclin do not appear in the Cartulary but are reflected in royal confirmations. Attrop (I) occurred as early as 7 January 1122 [**B004**] and in 1166 he held five knights' fees of Harscoit II Mussard [*K-R*, p. 1005] and a fourth part of a knight's fee to the bishop of Coventry [*EEA* 16, no. 26]. Attrop (II) succeeded his father and Attrop (II) was dead by 1205 [*K-R*, p. 1005]. Attrop (II) must have had a son Humphrey (III) who may have predeceased him, as Robert (I) son of Humphrey claimed to be the heir of Attrop (II) [**no. 54**]. Robert (I) son of Humphrey and grandson of Attrop (II) brought suit against Nostell Priory for the advowson of the churches of Newbald Pacey, Leamington Hastings and Chebsey before 20 January 1222 which resulted in a final concord on 20 January 1229 [see **nos. 54, 855**]. Robert (I) had a son Robert (II) who confirmed the final concord of his father regarding the churches sometime after January 1229 [**no. 858**].



841. Confirmation in pure, free and perpetual alms by Roger [of Gloucester], bishop of Worcester, of the grant made by Attrop (II) de Hasteng to Prior Ansketil and the convent of the church of Newbald [Pacey, Warwickshire], with lands and tithes, for their own use after the death of Henry son of Peter of Northampton. ff112v-13r/pp. 272-73

[1167 x 9 August 1179, possibly after August 1172]

Rubric: Carta Rogeri [Nor *dotted for deletion*] Wygorniens' episcopi.

Rogerus Dei gratia Wigorniens' episcopus universis sancte matris ecclesie filiis salutem. Noverit universitas vestra nos caritatis intuitu et tam hospitalitatis fovende concessisse et presenti scripto nostro confirmasse Asketillo priori et canonicis sancti Osuualdi regis et martiris de Nostl' in puram et liberam [*f113r*] et perpetuam elemosinam in usus proprios ecclesiam de Neubold quam habent ex dono Aytropii de Hasteng cum terris et decimis et omnibus pertinentiis suis cum vacaverit post decessum Henrici filii Petri de Norhamton' salvis in omnibus episcopalibus et sinodalibus. Ea propter volumus et precipimus quatinus predictam ecclesiam de

Neubolt bene teneant et in pace et honorifice tamquam liberam elemosinam et nullus eis contra concessionem nostram et confirmationem super predictam ecclesiam iniuriam facere presumat vel contumeliam. Siquis vero contra hanc paginam vestram aliquid attemptare presumpsit indignationem Dei omnipotentis se noverit incursurum. Hiis testibus et cetera.

Printed: M. G. Cheney, *Roger of Worcester,* Appx 1 no. 48, dated 1167 x *c.* 1 Jan 1179.
Note: Date based on the institution of Henry son of Peter of Northampton and Bishop Roger of Worcester, see no. 857. Roger was consecrated bishop of Worcester on 23 August 1164 and died 9 August 1179. This confirmation must either follow [after August 1172 when the Bishop returned to England] or was time coincident with the institution which occurred no earlier than 1167. Ansketil occurred as prior of Nostell as early as 1155 x c. 1157 and he was dead by 2 April 1196 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. The church of Newbald Pacey was granted by Attrop (I) before 7 January 1122 [B004].

842. Notification by Archdeacon Stephen [de Swafeld] of Buckingham that upon the presentation of the prior and convent of St Oswald, master William (II) son of Fulk of Lincoln was received and instituted by H[ugh of Avalon], bishop of Lincoln, into the church of Cheddington [Buckinghamshire] and that Stephen inducted William into the corporal possession of the church. f113r/p. 273

[25 August 1189 x 16 November 1200]

Rubric: Carta Stephani Archidiaconi de Buhing'.

Universis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris Stephanus archidiaconus de Buchingham salutem. Quoniam temporalia facta lapsu temporis a memoria labuntur hominum nisi pagine mandentur et scripto, volentes notum esse quod factum est nec tempore labi, ad omnium vestrum volumus pervenire notitiam quod magister Willelmus filius Fulconis de Lincoln', ad presentationem prioris et conventus sancti Oswaldi de Nostl' ad ecclesiam de Chettend' que est in Buchinghamsire, tunc temporis vacantem, a domino H. Lincoln' episcopo est receptus et institutus, et per nos in corporalem possessionem predicte ecclesie missus. Huius rei cum multis aliis testes sumus et sigillum nostrum apposuimus.

Printed: Acta Archidiaconal no. 93 dated ?*c.*1190 x 16 November 1200.
Note: Date based on Stephen de Swafield as archdeacon of Buckingham and Bishop Hugh of Avalon. The predecessor of Stephen de Swafield last occurred 25 August 1189 and Stephen first occurred c.1194 and occurred last in September 1202, possibly as late as 4 June 1203 [Greenway, *Le New 1066-1300: Linc.*, p. 40]. Bishop Hugh of Avalon ruled as bishop of Lincoln from 21 September 1186 until his death 16 November 1200. William (II) son of Fulk was the clerk of bishops Hugh of Avalon (1186-1200) and William of Blois (1203-6), and held the prebend of *Decem Librarum* of Lincoln from 25 September 1205 x 10 May 1206; he first occurred as archdeacon of Stow on 22 May 1219 [Greenway, *Le New 1066-1300: Linc.*, pp. 46, 65-66]. William (II) son of Fulk made a bond to pay to Nostell Priory the annual pension of a half mark [no. 844]. Archdeacon Stephen also reported the resignation of Richard of Carlisle of this church which may have preceded or followed this institution [no. 843].

843. Notification by Richard of Carlisle that at the synod of Salisbury, and in the presence of Archdeacon Stephen of Buckingham, he voluntarily resigned the church of Cheddington [Buckinghamshire], which he held from the canons of St Oswald. f113r/p. 273

[25 August 1189 x September 1202, possibly as late as 4 June 1203]

Rubric: Carta Ricardi de Karleolo.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis Ricardus de Karleolo salutem. Noverit universitas vestra me in sinodo apud Salesbir' convocata sub presentia magistri Stephani archidiaconi de Buchingham spontanea voluntate resignasse ecclesiam de Chettendon' quam de canonicis sancti Osuualdi tenueram et ipsam imperpetuum abiurasse. Ne itaque contra factum meum veniendi aliqua imposterum prestetur occasio predictam

resignationem et abiurationem in presentem scripturam redegi et sigilli mei appositione communi.[a] Hiis [testibus] et cetera.

[a] For *communivi.*

Note: Date based on Stephen Swafield as archdeacon of Buckingham, see **no. 842** for dating. This document may be associated with the appointment of William son of Fulk, see note **no. 842.**

844. Bond by master William son of Fulk that he holds the church of Cheddington [Buckinghamshire] by the gift of the canons, rendering annually a pension of half a mark of silver. f113r/p. 273

The chapter of St Oswald, [25 August 1189 x 16 November 1200]

Rubric: Carta magistri Willelmi filii Fulconis.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis magister Willelmus filius Fulconis salutem. Noverit universitas vestra me tenere ecclesiam de Chettend' cum pertinentiis suis nomine canonicorum sancti Osuualdi de Nostl' et ex donatione eorundem, reddendo eis annuatim nomine pensionis dimidiam marcam argenti ad festum sancti Michaelis eis per proprium nuntium mittendam et de fidelitate eis observanda super predicte ecclesie possessione et prefata pensione solvenda sacramento corporaliter prestito in capitulo canonicorum cautionem prestitisse. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William son of Fulk's induction into corporal possession of the church, see **no. 842** for dating and additional information.

Note for **nos. 845-48, 861, 863.** These documents concerning the church of Newbald Pacey, Warwickshire, during the rule of William of Blois as bishop of Worcester are all dated on his rule and centred on the notice of the bishop that James de Trebis was admitted to the church of Newbald Pacey [**no. 861**]. William of Blois was consecrated 7 October 1218 and he died on 17 or 18 August 1236, these are the limits of these charters. Boetius, of the papal household, had previously held the church and his resignation letter [incomplete] to Nostell Priory was copied elsewhere in the Cartulary [see **no. 863**]. The church of Newbald Pacey was granted to Nostell Priory by Attrop (I) Hasteng before 7 January 1122 [B004], see note preceding **no. 841.**

845. Notification by S., dean of Warwick, and Richard, chaplain of the bishop of Worcester, to W[illiam of Blois], bishop of Worcester, that at bishop's mandate they had resolved that the church of Newbald [Pacey, Warwickshire] was vacant at the resignation of master Boetius of the papal household and the right of patronage is held by the prior and convent of St Oswald. The valuation of the church is 12*m.* They knew nothing personally of the parson presented. f113r/p. 273

[7 October 1218 x 18 August 1236]

Rubric: Littere de inquisitione super ecclesia de Neuboldt.

Reverendo domino et patri in Cristo W. Dei gratia Wigorn' episcopo devoti sui S. decanus Warwic' et Ricard' domini [*sic*] Wigorn' capellanus salutem et tam devotam quam debitam in omnibus reverentiam et obedientiam. Paternitati nostre significamus nos ad mandatum vestrum diligentem inquisitionem fecisse super ecclesia de Neubold' que vacat ut dicitur. Dicit autem inquisitio quod dicta ecclesia vacans est per resignationem magistri Boetii domini pape familiaris, ius patronatus spectat ad priorem et conventum sancti Osuualdi de Nostl' et est sine litigio. Estimatio dicte ecclesie xij. marcarum de persona presentata nichil scimus nisi per inspectionem persone. Valete.

Note: Date based on William of Blois rule as bishop of Worcester. There was a rural deanery of Warwick during the rule of William of Blois but nothing is known of 'S' [*EEA* 13, no. 29]. Richard, vicar of Rissington, was the

chaplain to William of Blois and was probably the Richard mentioned here [*EEA* 13, p. xxxvi, nos. 8, 28]. The parson to be presented was most likely James Trebis, see note preceding and documents referenced.

846. *Inspeximus* by Boetius of the papal household of the letter of W[illiam of Blois], bishop of Worcester, [recited, no. 861] by which James de Treb' clerk was admitted and instituted into the church of Newbald [Pacey, Warwickshire] upon the presentation of the prior and canons of St Oswald. f113r/p. 273

[7 October 1218 x 18 August 1236]

Rubric: Secunda litera de ecclesia de Neubold.

Universis presentes literas inspectantis Boetius domini pape familiaris salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos inspexisse literas patentes venerabilis patris domini W. Wigorn' episcopi de verbo ad verbum sub hac forma 'Universis Cristi fidelibus presentes literas inspecturis W. divina permissione Wigorn' episcopus eternam in Domino salutem. Noverit vestra universitas nos ad presentationem dilectorum in Cristo filiorum prioris et canonicis de sancto Osuualdo de Nostl' Ebor' diocesis admisisse Iacobum de Treb' clericum ad ecclesiam de Neubold et eum in eadem personam canonice instituisse, salvo nobis et successoribus nostris tam iure pontificali quam parochiali, salva etiam in omnibus dignitate Wigorn' ecclesie. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri appositione duximus roborand'. Hiis testibus et cetera.

Printed: *EEA* 13 no. 23 dated 7 October 1218 x 18 August 1236.
Note: Date based on Bishop of Worcester William of Blois, see note preceding **no. 845**. The letter which Boetius inspected was copied into the Cartulary [see **no. 861**].

847. Confirmation in the form of a chirograph by Prior John and the canons to James de Trebis of their grant to him of the church of Newbald [Pacey, Warwickshire] Worcester diocese, saving the ancient pension due to the canons. f113r/p. 273

[7 October 1218 x 18 August 1236]

Rubric: Carta Iohannis prioris.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Iohannes prior et conventus [sal *dotted for deletion*] sancti Osuualdi de Nostle salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos caritate contulisse ecclesiam de Neubold Wygorn' diocesis que ad nostram spectat donationem dilecto clerico nostro Iacobo de Trebis, salva nobis pensione debita et antiqua. Et in huius rei testimonium tam nos quam magister I. Romanus subdecanus Ebor' ad instanciam dicti Iacobi quia ad presens signum non habuit huic scripto in modo cyrographi confecto sigilla nostra apposuimus. Nos videlicet parti alteri penes dictum Iacobum residenti et dictus subdecanus parti alteri penes nos residenti. Teste capitulo nostro.

Note: Date based on rule as Bishop of Worcester by William of Blois, see note preceding **no. 845**. Prior John was probably elected c. 14 July 1208 and died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283].

848. Memorandum by the prior and canons to master H., bishop-elect of Meath [Ireland], and Vincent, archdeacon of Worcester, in the absence of the bishop of Worcester, stating that they presented John of Walton clerk to the church of Newbald Pacey, [Warwickshire] because of the recent constitution against the Italians. The result of the inquisition [recited] was reported by the dean of Warwick to the archdeacon of Worcester: the true patrons of the church of Newbald Pacey are the prior and convent of St Oswald, James de Trebis is the parson of the church and Ivo, who was last presented, had resigned all rights he had in the church by his letters patent. The presentee is legitimate and sufficiently learned for his age. The value of the church is 5*li.* ff113r-v/pp. 273-74

Ettington, 1 July or 5 September [1253 x c. 1256]

Rubric: Presentatio prioris et conventus ecclesia de Neubold.

Memorandum quod prior et conventus sancti Osuualdi de Nostl' presentaverunt per literas suas patentes magistro H. electo Midens' et domino Vincentio archidiacono Wigorn' vices venerabilis patris domini Wigorn' episcopi in eius absentia gerentibus Iohannem de Waltona clericum ad ecclesiam de Neubald Pasci occasione constitutionis nuper contra Italicos et ultra montanos edite et demandata fuit inquisitio facienda decano Warwich' in hiis que dictum negocium contingebant; quam quidem inquisitionem idem *[f113v]* decanus Warwich' dicto domino archidiacono transmisit in forma inferius annotata et dilata fuit institutio clerici presentati eo quod in ordinibus paciebatur defectum. Forma autem inquisitionis talis est: viro venerabili et dilecto magistro V. archidiacono Wigorn', decanus Warwich' salutem et tam debitam quam devotam cum omni subiectione reverentiam. Ad mandatum vestram de ecclesia de Neubald Pasci die octabis sancti Iohannis Baptiste in pleno capitulo apud Etingdon' diligentem fecimus inquisitionem de patronatu. Dicit inquisitio quod prior et conventus sancti Osuualdi de Nostl' sunt veri patroni; dicit etiam quod Iacobus de Trebis est persona dicit ecclesie dicti etiam quod Yvo ultimo presentatus resignavit omne ius suum si quod habuit in dicta ecclesia per literas suas patentes suo sigillo probato; de clerico nunc presentato dicit inquisitio quod legitimus est et bone conversationis secundum relationem fidedignitorum et secundum etatem suam sufficiens litteratus. Estimatio dicte ecclesie v. libre. In cuius rei testimonium dictus archidiaconus sigillum suum apposuit.

Note: Date based on Bishop-elect of Meath Hugh of Taghmon and Vincent of Abergavenny, archdeacon of Worcester. The predecessor of Hugh of Taghmon resigned July 1253 and Hugh was consecrated after June 1255. Vincent of Abergavenny was appointed archdeacon of Worcester in June 1243 during the rule of Bishop Walter Cantilupe and resigned after 21 June 1256 [Greenway, *La Neve 1066-1300: Monastic Cathedrals*, p. 106; *EEA* 13, p. xxxix-xl].

849. Quitclaim by Geoffrey son of Robert of Salford of all rights in the tenement in Salford [Warwickshire] which his father Robert once held of the prior and canons. f113v/p. 274

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Galfridi filii Roberti de Seldeford'.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Galfridus filius Roberti de Seldeford' dedi, concessi et hac presenti carta mea quietaclamavi de me et heredibus meis imperpetuum totum ius et clamium quod habui vel habere potui iure hereditario in tenemento quod pater meus Robertus quondam tenuit de priore et conventu sancti Oswaldi de Nostl' in villa de Seldeford' sine aliquo retenemento cum omnibus pertinentiis suis. Ita scilicet libere, quiete et absolute quod nec ego predictus G. nec aliquis heredum meorum de cetero neque in redditu neque in tenemento quod predecessores mei de dictis priore et conventu tenuerunt aliquid ius vel clamium exigere vel vendicare nobis poterimus. Et ut hec mea concessio, donatio et quieta clamatio robur optineant perpetue firmitatis presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on grant by Humphrey (I) Hasteng of this land. This land was probably part of the grant made before 7 January 1122 by Humphrey (I) Hasteng [B004]. A rent of 10*s* from a mill and toft and adjacent land was granted to the canons of Ranton Priory by Nostell Priory in 4 January 1255 x 1264 and this document may precede that grant [no. 860].

850. Notification by the Official of the bishop of Lincoln that he accepts that the prior and convent are the patrons of the church of Charwelton [Northamptonshire], Lincoln diocese and the annual pension is a mark by the hand of the rector. f113v/p. 274

[unknown]

Rubric: [*none*].

Universis Cristi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint officialis patris venerabilis domini Lincoln' episcopi salutem in Domino sempiternam. Intelleximus quod ecclesia de Charwalton' Linc' dyocesis cuius viri religiosi prior et conventus de sancto Oswaldo Ebor' diocesis sunt patroni pensionaria est eisdem in una marca annua quam dicti religiosi a rectoribus eiusdem pacifice perceperunt, prout tam per instrumenta autentica quam per virorum fidedignorum fidele testimonium plenius est acceptum. In cuius rei testimonium presentes literas eisdem fecimus in sigillo officialitatis Linc' communitas.

Note: No date can be assigned to this document as it was a later 14th-century entry made by other than Scribe A or B [see Chapter V]. Hugh of Cheddington granted the church of Charwelton with a hide of land and the tithes and customs and the grant was confirmed by King Henry I on 7 January 1122 [B004, no. 632]. The first Lincoln episcopal confirmation was by Bishop Robert de Chesney as early as 3 June 1162 x October 1164 [no. 834]. As early as the Valuation of Norwich in c. 1254 the Priory received a pension of 1*m* from the church of Charwelton; the church income was valued at 40*m* and taxed at 13*m* [no. 465]. It is not clear when the payment of the pension began and no document survived in the Cartulary. The advowson of the church was the subject of at least three controversies which may have necessitated the document here [nos. 55, 838, 1015]. Also see Chapter IV for further information regarding the church.

851. Assize of darrien presentment. Plea at Westminster between the prior and canon on the one part and Peter of Albingdon, master of the house of scholars of Merton, Oxford on the other part, whereby the prior and convent claim to hold the advowson of the church of Cheddington [Buckinghamshire] at the death of the last parson and presented master John de Santon, their clerk, who was admitted and instituted. Peter came and said that master Richard of Werplesdone' was master of the house not he at the time of the writ of 28 February 1285. Peter and Richard together knew nothing to give in their defence and thus the prior and canons recovered the right of presentation, the parson was admitted and the master is in mercy. f113v/p. 274

Westminster, Easter term 1285

Rubric: [*none*].

Placita apud Westm' coram T. de Weyland et sociis suis iusticiis domini regis de banco de termino Pasche anno regni regis E. filii regis H. xiij.

Assisa venit recognoscere quis advocatus tempore pacis presentavit ultimam personam que mortua [*sic*] est ad ecclesiam de Chedyngton' iuxta Ivyngo que vacat et cetera. Et cuius advocationem prior de sancto Oswaldo clamat versus magistrum Petrum de Albyndon' magistrum domus scolarium de Merton', de Oxon' et unde dicit que quidam Willelmus predecessor istius prioris tempore pacis tempore H. regis patris regis nunc presentavit quemdam magistrum Iohannem de Santon' clericum suum ad predictam ecclesiam qui ad presentationem suam in eadem fuit admissus et institutus et ultimo obiit persona in eadem et cetera. Et magister Petrus venit et dicit quod assisa non debet inde procedere quia dicit quod ipse non est magister predicte domus scolarium de Merston'. Immo quidam magister Ricardus de Werplesdone est magister dicte domus et fuit die impetrationis brevis sui, scilicet xxviij. die Februarii anno regni regis nunc xiij°. Qui quidem Ricardus presens est et Petrus quod ei possit respondere et conceditur ei quod respondeat simul cum predicto Petro. Et quia iidem Ricardus et Petrus nichil sciunt dare quare predictus prior presentationem suam ad predictam ecclesiam habere non debeat consideratum est quod predictus prior recuperet presentationem suam

ad predictam ecclesiam et habeat habere ad episcopum Lincol' quod non obstante reclamatione predictorum Ricardi et Petri ad presentationem predicti prioris ad predictam ecclesiam idoneam personam admittat et predictus magister in misericordia.

Note: See note preceding no. 826 regarding the grant of this church by Adeliza de Cheddington and her family. The Prior of Nostell Priory at the time of this document was Richard of Warter who succeeded Prior William of Clifford, mentioned here as having previously presented John Santon to the church of Cheddington. William of Clifford ruled from as early as 4 January 1255 until his death 16 August 1277 and his successor Richard of Warter died 16 August 1291 [Smith, *Heads* II, pp. 438-39]. This document was copied by other than Scribe A or B [see Chapter V].

852. Bond by John Lile, chaplain, in the chapter of the monastery of St Oswald before Prior Richard Hirst and all the chapter [of the convent], upon his presentation to the vicarage of the church of Leamington Hastings [Warwickshire], diocese of Coventry and Lichfield, whereby he promises to pay to the canons the annual pension of 10*li* from the church. f113v/p. 274

St Oswald, 24 February 1499

Rubric: [*none*].

Memorandum quod xxiiij^{imo} die Februarii anno Domini millesimo cccc lxxxxviij^{o} Iohannes Lile capellanus presentatus ad vicariam ecclesie de Lemyngton' Hastang in diocesi Coventren' et Lich' prestitit sacramentum in verbo sacerdotii inspectis sacrosanctis Evangeliis in capitulo monasterii sancti Oswaldi de Nostell' coram Ricardo Hirst priore et toto conventu acetiam Philippo Wentworth armigero, Georgio Flemyng generoso, Willelmo Watton', Edmundo Hill' et aliis personis fidedignis ad solvendum nobis fideliter pensionem nostram annuatim decem librarum terminis statutis de dicta ecclesia per vicarios eiusdem nobis ab antiquo debitam et consuetam. [*f114r*]

Note: Richard Hirst was admitted 18 February 1490 as prior of Nostell Priory and died before 6 November 1505 [Jones, *Le Neve 1300-1541: Northern Province*, p. 39]. This document was copied by other than Scribe A or B [see Chapter V].

853. Notification by Attrop (I) Hasteng to Bishop Robert [Peche] of Coventry [and Lichfield] of his grant in free, pure and perpetual alms to the prior and convent of the churches of Chebsey [Staffordshire], Leamington [Hastings, Warwickshire] and Newbald [Pacey, Warwickshire] with all lands and tithes pertaining to the churches. Attrop confirms the grant made by his father Humphrey (I) Hasteng of the mill of Salford [Warwickshire] with a toft and the land adjacent to the mill. f114r/p. 275

[13 March 1121 x 22 August 1126]

Rubric: Hic incipiunt carte de Lemigtona et Neubold <et Chebesey^{a}>. Carta Attropii Hastang.

Roberto Dei gratia Coventrensi episcopo et omnibus successoribus suis omnibusque sancte matris ecclesie filiis et omnibus heredibus suis tam presentibus quam futuris Attropus Hastang salutem. Notum sit omnibus nobis me [de]disse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostla et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam et puram et perpetuam elemosinam ecclesiam de Chebeseia et ecclesiam de Lamingtona et ecclesiam de Neubold cum omnibus terris, decimis, libertatibus et ceteris omnibus eisdem ecclesiis pertinentibus. Do etiam eis et confirmo molendinum de Saldeford cum terra et tofta et cum tota secta et ceteris omnibus pertinentiis que eidem molendino adiacent quod pater meus Hunfridus Hastang predicte ecclesie sancti Osuualdi prius dedit liberum et quietum ab omni servitio seculari imperpetuum. Quare ego volo et firmiter precipio ut hanc elemosinam meam quam pro salute anime mee feci

et patris mei et antecessorum et omnium heredum meorum pro Deo et petitione diligant et manuteneant. Huius donationis mee testes sunt et cetera.

[a] ms interlined in black ink.

Note: Date based on Bishop of Coventry Robert Peche and confirmation by King Henry I. Robert Peche was consecrated 13 March 1121 and died 22 August 1126. Both the grants of Humphrey (I) Hasteng and his son Attrop (I) were confirmed by King Henry I by 7 January 1122 [B004]. Humphrey Hasteng was dead by 1121-27 [*K-R*, p. 1005]. Attrop (I) was dead after 1166 and held five knights' fees of Harscoit II Mussard [*K-R*, p. 1005] and a fourth part of a knight's fee of the see of Coventry [*EEA* 16, no. 26]. See note preceding **no. 841.**

854. Confirmation by Attrop (II) Hasteng' son of Attrop (I) Hasteng the advowson of the churches of Chebsey [Staffordshire], Leamington [Hastings, Warwickshire] and Newbald [Pacey Warwickshire] with all lands and tithes pertaining to the churches and to the mill of Salford [Warwickshire] with a toft and the land adjacent to the mill. f114r/p. 275

[last half 12th century x 1205]

Rubric: Carta Attropii Hastang'.

Universis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris Haytropus Hastang' filius Aytropi Hastang' salutem in Domino. Noverit universitas vestra me caritatis intuitu et pro salute anime mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse et concessisse et hac carta mea confirmasse Deo et ecclesie beati Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam ecclesiam de Lamingtona et ecclesiam de Chebeseya et ecclesiam de Neubold' cum omnibus terris, decimis et omnibus earundem ecclesiarum pertinentiis et omne ius quod habui in advocatione iam dictarum ecclesiarum et ceteris omnibus ad easdem ecclesias pertinentibus. Sciant etiam universi presentes atque futuri me Aytropum causam Dei dedisse et hac carta confirmasse prenominate ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et eiusdem ecclesie canonicis molendinum de Saldeford' cum tofto et tota terra que adiacent eidem molendino et cum omnibus aliis eiusdem molendini pertinentiis sine retenemento in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni terreno servitio et seculari exactione. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Attrop (II) Hasteng. Attrop (II) succeeded his father after 1166 and occurred as early as 1164 x 1 January 1179 and probably as late as c.1180 see no. 841 [Gervers, *Knights St John*, 2, no. 35]. He was dead by 1205 [*K-R*, p. 1005]. The original grants made by Attrop (I) Hasteng and his father Humphrey (I) Hasteng were confirmed by 7 January 1122 [B004]. See note preceding **no. 841** concerning this family.

855. Confirmation with warranty by Robert (I) Hasteng son of Humphrey (III) Hasteng of the advowson of the church of Leamington [Hastings, Warwickshire] and Newbald [Pacey, Warwickshire]. He also confirms to the prior and canons the ancient pension from the church of Chebsey [Staffordshire] saving to himself the advowson of the church as agreed in a chirograph made between him and the canons in the king's court. He also confirms the mill of Salford [Warwickshire] with a toft and all the land adjacent to the mill. f114r/p. 275

[c. 20 January 1229]

Rubric: Carta Roberti Hastang'.

Universis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris Robertus Hastang filius Hunfridi Hastang' salutem in Domino. Noverit universitas vestra me caritatis intuitu et pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum et successorum meorum concessisse et hac carta mea confirmasse Deo et ecclesie beati Oswaldi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam, ecclesiam de Lemigtona et ecclesiam de Neubold cum omnibus terris, decimis et omnibus earundem [earun *dotted for deletion*] ecclesiarum pertinentibus et omne ius quod habui in advocatione iam dictarum ecclesiarum cum ceteris omnibus ad easdem ecclesias spectantibus. Concedo etiam eidem ecclesie sancti Osuualdi

debitam et antiquam pensionem quam canonici eiusdem ecclesie annuatim consueverunt de ecclesia de Chebeseya, salva mihi et heredibus meis advocationem illius ecclesie quam prior sancti Osuualdi remisit mihi et heredibus meis de se et successoribus suis imperpetuum, sicut continetur in cyrographo in curia domini regis inter nos confecto. Sciant etiam universi presentes et futuri me Robertum de Hastang causa Dei concessisse et hac carta mea confirmasse prenominate ecclesie beati Osuualdi de Nostle et eiusdem ecclesie canonicis molendinum de Saldeford' cum tofto et tota terra que adiacent eidem molendino et cum aliis eiusdem molendini pertinentiis sine retenemento in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni terreno servitio et seculari exactione. Istam vero concessionem et confirmationem tam ego [quam *dotted for deletion*] Robertus Hastang' quam heredes mei prefatis canonicis contra omnes homines warantizabimus. Et ad maiorem securitatem huius rei huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on final concord dated 20 January 1229 [**no. 54**]. The suit by Robert (I) Hasteng grandson of Attrop (II) Hasteng was based on his claim that the charters the Priory held of Attrop (II) were forged by someone who had stolen Attrop (II)'s chest, which included his seal, from the church of Leamington Hasting; the prior provided as his proof **nos. 853, 854, 857** [*Justices Eyre Warwks, etc.*, pp. 148, 263-65]. The final concord and this quitclaim suggest a compromise was reached such that the grants of Humphrey (I), Attrop (I) and Attrop (II) were to remain to the Priory at the cost of the right of presentation to Chebsey retaining only a pension to the Priory. The final concord was confirmed by Robert (II) son of Robert (I) [**no. 858**]. The Priory quitclaimed their right to this pension of 13*s* and the advowson during the rule of Prior William January 1255 x 1264 [**no. 862**]. The pension did not appear in the record of the Valuation of Norwich [**no. 465**]. See note preceding **no. 841** concerning this family.

856. Notification by G[eoffrey Muschamp], bishop of Coventry [and Lichfield], to the clerks of Winwick [Lancashire], Chebsey [Staffordshire] and Leamington [Hasting, Warwickshire] that since the prior of St Oswald had made obedience to him for the prior's benefices in the diocese, the clerks are to pay to the prior and canons all customary pensions including those which are in arrears and which had been withheld because of his earlier failure to do obedience. f114r/p. 275

[21 June 1198 x 6 October 1208]

Rubric: Carta G. Coventrens' episcopi.

G. Dei gratia Coventrens' ecclesie humilis minister dilectis filiis clericis de Wynewic' et Chebes' et Lemingtona salutem et benedictionem. Accessit ad nos dilectis noster prior de sancto Osuualdo Ebor' diocesis et de beneficiis suis in episcopatu nostro constitutis canonicam exibuit nobis obedientiam et reverentiam. Quo circa vobis mandamus et in virtute obedientie firmiter iniungimus quatinus pensiones consuetas et eidem debitas quas hucusque propter non factam obedientiam ei solvi prohibuimus decetero plenarie solvatis cum omnibus reragiis. Valete.

Printed: EEA 17, no. 120 dated 21 June 1198 x 7 October 1208.

Note: Date based on Bishop of Coventry Geoffrey Muschamp. Geoffrey Muschamp was consecrated 21 June 1198 and died 6 October 1208. The church of Winwick in 'Makerfeld' or Macclesfield was confirmed by King Henry I on 7 January 1122 as the gift of Stephen count of Mortain [created count before 1115 and King by 1135; see **B004, no. 35**]. The churches of Chebsey and Leamington Hasting were granted to Nostell Priory by Attrop (I) Hasteng [see note preceding **no. 841** for further information]. The prior of Nostell Priory would have been Robert of Woodkirk or Ralph of Bedford or John whose combined rules stretched from 2 April 1196 to the rule of John, elected c. 24 July 1208 and dead on 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 178-79, 283].

857. Notification by R[alph of Bedford], prior of the Worcester cathedral, and S[imon Luvel], archdeacon of Worcester, with the authority of Roger [of Gloucester], bishop of Worcester, that they have instituted Henry son of Peter of Northampton to the church of Newbald [Pacey, Warwickshire] upon the presentation of Prior A[nsketil] and the convent of St Oswald. Attrop (II) Hastang in their

presence at Whitnash renounced all his right to the advowson of the church to the prior and canons of St Oswald. ff114r-v, pp. 275-76

[1167 x 9 August 1179, probably November 1167 x August 1172]

Rubric: Carta R. prioris ecclesie Wigon'.

R. prior ecclesie Wigon' et S. eiusdem ecclesie archidiaconus omnibus Cristi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint salutem in Domino. Notum sit universitati vestre nos, auctoritate domini Rogeri Wigorn' episcopi qua fungimur, instituisse personam ecclesie de Newebold Henricum filium Petri de Norhamtona per presentationem A. prioris et conventus sancti Osuualdi de Nostl'. Preterea Aytrop Hastang universo iuri quod dicebatur habere in predicte ecclesie de Neubold advocatione publice in nostra presentia apud [*f114v*] Wichin' sub fidei religione renuntiavit, et totum ius advocationis prefate ecclesie prenominato priori et fratribus sancti Osuualdi de Nostl' libere et quiete sine omni reclamatione sui et heredum suorum in perpetuum[a] concessit. Hiis testibus, et cetera.

[a] ms *imperpetuum*

Printed: Acta Archidiaconal no. 262 dated 1167 x 1178, probably Nov 1167 x Aug 1172.

Note: Date based on Simon Luvel, archdeacon of Worcester, and Bishop of Worcester, Roger of Gloucester. Simon Luvel succeeded to the archdeaconry in 1167/68, providing the earliest limit, and died 1189/90 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: Monastic Cathedrals*, p. 105]. Bishop Roger was consecrated 23 August 1164 and died 9 August 1179 providing the latest limit. Kemp suggests this document was sealed while Bishop Roger was out of England during the Becket affair which limits the date further [*Acta Archidiaconal*, p. 168]. Bishop Roger confirmed the grant to Nostell Priory of the tithes and use of the church after the death of Henry son of Peter of Northampton [no. 841].

858. Notification by Robert (II) Hasteng, knight, lord of Leamington Hasting [Warwickshire] that having examined the final concord made in the king's court between his father Robert (I) Hasteng on the one part and the prior and canons on the other part, recognizes he has no rights in the advowson or the patronage of the church of Leamington Hastings and he acknowledges that the prior and canons are legally the patrons of the church when it is vacant. f114v/p. 276

[January 1222 x 1264]

Rubric: Carta Roberti Hastang'.

Universis sancte matris ecclesie filiis presens scriptum visuris vel audituris ego Robertus Hastang miles dominus de Lemington' Hastang salutem in Domino. Quam liquet mihi evidenter per inspectionem cuiusdam finalis concordie factum in curia domini regis per dominum Robertum Hastang patrem meum inter ipsum ex una parte et priorem et conventum de sancto Osuualdo de Nostleye ex altera me nichil iuris habere in advocatione seu patronatu ecclesie de Lemington' Hastang; ideo priorem et conventum de sancto Osuualdo supradicto veros patronos dicte ecclesie fore recognosco et ius patronatus ad supradictos priorem et conventum cum dictam ecclesiam vacare contigerit de iure pertinente debere. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei impressione de consensu meo expresso corroboravi.

Note: Date based on final concord of Robert (I) Hasteng and Nostell Priory [no. 54] and the latest entry made by Scribe A [see Capter V]. Robert (I) Hasteng made a final concord c. January 1222 and quitclaimed his rights to the churches of Newbald Pacey and Leamington Hastings [Warwickshire], retaining to himself, Robert (I), the advowson of Chebsey in exchange for an annual pension to Nostell Priory [no. 855]. The fact that Robert (II) Hasteng was only interested in Leamington Hastings may suggest that he had no right to claim Newbald Pacey.

859. Notification by Edmund, archdeacon of Coventry, that he invested Nigel, his clerk, with the church of Leamington [Hastings, Warwickshire] upon the presentation of Prior A[nsketil] and the canons of St Oswald. f114v/p. 276

[7 December 1159 x 10 July 1176]

Rubric: Carta Eadmundi Coventrens' archidiaconi.

Edmundus Coventrens' archidiaconus omnibus filiis sancte matris ecclesie salutem. Noscant tam posteri quam presentes quod nos, presentatione A. prioris de sancto Osuualdo et concessione conventus eiusdem loci, dedimus et concessimus ecclesiam de Lemingtona cum omnibus pertinentiis suis et libertatibus Nigello clerico nostro in perpetuam elemosinam, et eum inde canonice investivimus. Et ut donatio ista imperpetuum valitura insolubili gaudeat firmitate, eam presentis carte et sigilli nostri attestatione corroboravimus. Hiis et cetera

Printed: Acta Archidiaconal, no. 16 dated 1160 x 10 July 1176.

Note: Date based on Edmund as archdeacon of Coventry. Edmund succeeded Richard Peche as archdeacon when the latter was elected Bishop after 7 December 1159 and Nicholas, his successor, was in office by 10 July 1176 [*Acta Archidiaconal*, no. 16]. Ansketil first occurred as prior 1155 x c.1157 and died 2 April 1196 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283].

860. Grant in the form of a chirograph with warranty in pure and perpetual alms by Prior William and the convent of St Oswald to the church and canons of St Mary of Ranton [Staffordshire] of the annual rent of 10*s* from the mill of Salford with a toft and the adjacent land [Warwickshire], namely that which they had as a gift from Attrop (I) Hasteng and confirmed by Robert (I) Hasteng. f114v/p. 276

[4 January 1255 x 1264]

Rubric: Carta Willelmi prioris.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis presens scriptum visuris vel audituris frater Willelmus prior sancti Osuualdi de Nostl' et eiusdem loci humilis conventus eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra nos de communi capituli nostri consensu et unanimi assensu concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie beate Marie de Ranton' dilectis fratribus nostris canonicis ibidem Deo servientibus redditum annuum decem solidorum quem quidem redditum percipere consuevimus de molendino de Seldeford' cum tofto et terra eidem adiacentibus que habuimus de dono Aytropii Hastang et confirmatione Roberti Hastang in liberam, puram et perpetuam elemosinam; tenend' et habend' dictis canonicis et eorum successoribus libere, quiete, honorifice et pacifice in puram et perpetuam elemosinam. Nos vero et successores nostri predictum redditum cum omnibus pertinentiis suis prout scriptum est contra omnes homines warantizabimus quamdiu carte dictorum meipsi et Roberti nobis warantizare poteruit. Ut autem hec nostra concessio perpetue firmitatis robur optineat tam signum commune capituli dictorum canonicorum de Ronton' presenti scripto in modum cirographi confecto hinc inde est appositum. Testibus capitulis nostris.

Note: Date based on rule of Prior William of Clifford and latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. William [of Clifford] was the only prior by that name before 1264 [Knowles, *Heads* I, pp. 178-79, 283; Smith, *Heads* II, pp. 438-39]. This land and mill were granted by Humphrey (I) Hasteng [see **B004, no. 853**]. Ranton [or Ronton or De Sartis] was an Augustinian house in Staffordshire and was by this time no longer a cell of Haughmond [KH, p. 171]. This probably included the land that Geoffrey son of Robert of Salford quitclaimed [**no. 849**].

861. Notification by W[illiam of Blois], bishop of Worcester, that he admitted James de Trebis, clerk to the church of Newbald [Pacey] upon the presentation of the prior and convent of St Oswald. f114v/p. 276

[7 October 1218 x 18 August 1236]

Rubric: Carta W. Wigon' episcopi.

Universis Cristi fidelibus presentes litteras inspecturis W. divina permissione Wigorn' episcopus eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra nos ad presentationem dilectorum in Cristo filiorum prioris et conventus de sancto Osuualdo de Nostl' Ebor' diocesis admisisse Iacobum de Trebis clericum ad ecclesiam de Neubald et eum in eadem personam canonice instituisse salvo [nostris *dotted for deletion*] nobis et successoribus nostris tam iure pontificali quam parochiali, salva etiam in omnibus dignitate Wigorn' ecclesie. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli nostri duximus roborandum. Hiis testibus et cetera.

Printed: EEA 13 no. 23 dated 7 October 1218 x 18 August 1236. See no. 846.

Note: Date based on Bishop of Worcester, William of Blois, see note preceding **no. 845** concerning the church and James de Trebis. Hoskins states that the *acta*, in particular the phraseology *'presentes literas inspecturis W. divina permissione'*, would make Walter de Gray an improbable originator of the letter recited [*EEA* 13, p. 18]. This document was quoted in its entirety by Boetius, of the papal household, who previously held the church [see **nos. 845, 846, 863**].

862. Quitclaim in the form of a chirograph by Prior William and the convent of St Oswald to Gilbert, rector of the church of Chebsey [Staffordshire], and to the patrons of all claims to the annual pension of 14*s.* f114v/p. 276

[4 January 1255 x 1264]

Rubric: Carta Willelmi prioris.

Omnibus Cristi fidelibus hoc presens scriptum visuris vel audituris frater Willelmus prior humilis sancti Osuualdi de Nostl' et eiusdem loci conventus ordinis sancti Augustini Ebor' diocesis salutem in Domino sempiternam. Universitati vestra notum facimus quod de communi capituli nostri concensu et unanimi assensu remisimus et imperpetuum quietum clamavimus domino Gilberto rectori ecclesie de Chebesei et eiusdem ecclesie successoribus et patronis totum ius nostrum et clamium quod in eadem ecclesia habuimus vel habere poterimus ratione cuiusdam pensionis seu annui redditus xiiij. solidorum. Ita videlicet quod nos seu successores nostri a dicta ecclesia seu ab eiusdem ecclesie rectoribus seu patronis ratione dicte pensionis seu annui redditus nobis imposterum exigemus. Et quia volumus ut hec nostra remissio et quietaclamatio perpetuum robur optineat, ita scilicet quod prenominata ecclesia de Chebesey ac eiusdem ecclesie rectores et patroni ab omni exactione et subtractione ratione dicte pensionis seu annui redditus quantum ad nos et successores nostros pertinent penitus fuit liberi, soluti et immunes hanc cartam in modo cirographi confectam, cuius altera pars penes nos residet signo dicti rectoris signatam de communi capituli nostri consensu et unanimi assensu sigilli nostri communis munimine corroboravimus. Testibus et cetera.

Note: Date based on rule of William of Clifford as Prior of Nostell Priory and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. The predecessor of William of Clifford died 4 January 1255 and William died 16 August 1277 [Smith, *Heads* II, pp. 438-39]. This pension was agreed in a final concord between Robert (I) Hasteng c. January 1220 x 1229 [**no. 54**] and a quitclaim [**no. 855**].

863. Incomplete letter from Boetius, member of the papal household, to the prior and canons of St Oswald resigning the church of Newbald [Pacey], diocese of Worcester, of which the canons have the right of patronage. f114v/p. 276

[7 October 1218 x 18 August 1236]

Rubric: Littere Boecii domini pape familiaris.

Viris prudentibus et discretis et amicis in Cristo karissimis priori et fratribus sancti Osuualdi Ebor' diocesis Boetius domini pape familiaris cum sincera dilectione salutem. Ecclesiam de Neubold quam in Wigorn'

diocesi optinemus et in qua ius patronatus habens nobis tamquam patronis ipsius libere resignamus reser[*f115r*] [T*his charter is incomplete as the next four medieval folios are missing, medieval pp. 277-284.*]

Note: Date based on rule of Bishop of Worcester William of Blois, see note preceding **no. 845** concerning this charter.

864. Grant by William (I) son of Ralph son of Siward of Bramham to his brother Moses of 1$^{1/2}$ bovates of land in Bramham from the prebend of St Oswald [described], rendering annually to William (I) 2*s* for the land and toft and 6*d* for the lay fee. f115r/p. 285

[late 12th century x 11 June 1234]

Rubric: Hic incipiunt carte de elemosinaria. Carta Willelmi filii Rad[ulfi] filii Siwardi de Brameham.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Willelmus filius Rad[ulfi] filii Siwardi de Bram[e]ham dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Moysi fratri meo et heredibus suis in feodo et hereditate unam bovatam terre et dimidiam de prebenda sancti Osuualdi in Bram[e]ham, illam scilicet bovatam terre et dimidiam que iacent iuxta terram Alexandri filii Willelmi et unum toftum iuxta semitam que ducit ad ecclesiam de Bram[e]ham versus orientem et medietatem totius laici feudi mei quod teneo in Brameham cum omnibus pertinentiis et libertatibus ad predictas terras pertinentibus infra predictam villam et extra pro homagio et servitio suo; tenend' et habend' de me et heredibus meis ille et heredes sui libere, solute et quiete ab omni servitio et exactione et demanda, reddendo annuatim mihi et heredibus meis pro predicta terra bovata terre et dimidia duos solidos per annum ad duos terminos, scilicet xij. denarios ad Pentec' et xij. denarios ad festum sancti Martini. Et pro predicto laico feudo sex denarios per annum ad duos terminos, scilicet tres denarios ad Pentec' et iij. denarios ad festum sancti Martini. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William (I) and Moses sons of Ralph son of Siward, see note preceding **no. 644** for further information concerning dates and people. William (I) was an active adult from the late 12th x mid-13th centuries and Moses was dead by 11 June 1234 [**no. 871**]. This grant must be after the death of Ralph son of Siward.

865. Grant with warranty by William (II) son of Moses of Bramham to William son of Moses of Allerton with the marriage of his sister Mabel of a bovate of land and toft in Bramham which William (II) [of Bramham] held from his uncle William (I), namely from the prebend of Saint Oswald, and 3 acres of land (two acres in Holmes and an acre near Birkesheued) which he holds in lay fee, rendering annually 16*d* for the bovate and toft and 4*d* for the lay fee. If Mabel dies without an heir of her body the land shall return to William (II) son of Moses of Bramham. f115r/p. 285

[late 12th century x 11 June 1234]

Rubric: Carta Willelmi filii Moysi de Brameham.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Moysi de Brameham dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo filio Moysi de Alverton' in libero maritagio cum Mabilia sorore mea unam bovatam terre in territorio de Brameham quam teneo de Willelmo avunculo meo, scilicet de prebenda sancti Osuualdi que iacet versus occidentem iuxta dotem matris mee cum tofto dicte terre pertinente, et tres acras terre quas teneo de laico feodo, quarum due acre [iani *dotted for deletion*] iacent ad Holmas et una acra iacet ad Birkesheued in occidentali parte dotis matris mee cum omnibus pertinentiis, libertatibus et asiamentis predictis terris et tofto pertinentibus infra villam et extra; tenend' et habend' eidem Willelmo et heredibus suis qui de predicta Mabilia sorore mea exibunt imposterum. Si vero predicta Mabilia sine herede de corpore suo decesserit predicte terre mihi et heredibus meis in pace reddibunt. Predictus vero Willelmus et heredes sui qui de predicta Mabilia sorore mea exibunt, reddent mihi et heredibus meis annuatim pro predicta bovata terre et

tofto sexdecim denarios ad duos terminos anni, scilicet octo denarios ad Pentec' et octo denarios ad festum sancti Martini in yeme, et pro dicto laico feodo quatuor denarios ad predictos terminos pro omni servitio, consuetudine, exactione et demanda. Ego vero et heredes mei predicto Willelmo filio Moysi de Alverton' et heredibus suis de predicta Mabilia procreatis predictas terras cum tofto et aliis pertinentiis suis per predictum servitium contra omnes homines warantizabimus, defendemus et adquietabimus imperpetuum. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Moses son of Siward of Bramham and his son William (II), see note preceding **no. 644** for further information concerning dating and this family. William (II) occurred as early as the late 12th century and Moses son of Siward was dead by 11 June 1234 **[no. 871]**.

866. Sale by William (II) son of Moses of Bramham to the prior and canons for the use of their almonry, of a bovate of land with a toft and buildings in Bramham from the prebend of St Peter York [Minster], rendering annually to his uncle William (I), the clerk, 16*d* and also 3 acres of land which he held from his uncle William (I)'s lay fee, namely 2 acres at Holmes and one at Birkesheued, rendering annually to his uncle William (I) clerk 4*d*. For this sale and quitclaim the canons gave William (II) son of Moses of Bramham 5*m* of silver. f115r/p. 285

[late 12th century x17 June 1240]

Rubric: Carta Willelmi filii Moysi de Brameham.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Willelmus filius Moysi de Brameham salutem in Domino. Noveritis me vendidisse, concessisse et hac presenti carta confirmasse priori et conventui de sancto Osuualdo de Nostl' ad opus elemosinarie eorundem unam bovatam terre in villa de Brameham cum tofto dicte bovate et edificiis in eodem plantatis, que tenui de Willelmo clerico patruo meo de prebenda beati Petri Ebor', reddendo inde annuatim dicto Willelmo et heredibus suis xvj. denarios ad duos terminos, videlicet octo ad festum sancti Martini in yeme et octo ad Pentec' pro omni servitio et demanda. Vendidi etiam eisdem ad idem opus tres acras terre quas tenui de dicto Willelmo de laico feudo, quarum due iacent ad Homes et una ad Birkesheued, reddendo inde dicto Willelmo et heredibus suis quatuor denarios annuatim ad predictos terminos pro omni servitio et demanda. Pro hac vero venditione et sigilli mei confirmatione dederunt mihi predicti prior et conventus quinque marcas argenti in magna mea necessitate. Ego vero et heredes mei predictam bovatam terre et acras cum omnibus earundem libertatibus et pertinentiis predictis priori et conventui per predictum servitium warantizabimus et defendemus ubique et imperpetuum. Et in huius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William (II) son of Moses of Bramham, see note preceding **no. 644** for further information concerning dates and this family. This three acres of land may be the same which William (II) granted to William son of Moses of Allerton with his sister Mabel in marriage **[no. 865]**. His grant was for the lifetime of his sister Mabel and the land was leased by William of Allerton for ten years beginning 11 June 1234 **[no. 871]**. William (II) son of Moses of Bramham was dead by 17 June 1240 **[no. 869]**. This grant to Nostell was confirmed by his uncle William (I) son of Ralph son of Siward of Bramham, also known as William, the clerk, of Bramham **[no. 867]**.

867. Confirmation by William (I) of Bramham son of Ralph son of Siward of the sale made by his nephew William (II) son of Moses of St Oswald for the use of the almonry of a bovate of land with a toft of the prebend of [Bramham] saving to himself the annual rent of 16*d*. William (I) of Bramham also confirms the sale made by William (II) son of Moses to the almonry of St Oswald of 3 acres of land from the lay fee, saving to William (I) of Bramham the annual rent of 4*d*. ff115r-v/pp. 285-86

[late 12th century x 17 June 1240]

Rubric: Carta Willelmi de Brameham filii Rad[ulfi] filii Siwardi.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Willelmus de Bram[e]ham filius Rad[ulfi] filii Siwardi salutem in Domino. Noverit universitas vestra me concessisse et presenti carta confirmasse priori et conventui de sancto Osuualdo de Nostl' ad opus elemosinarie eorum venditionem quam fecit eisdem Willelmus filius Moysi nepos meus, scilicet unam bovatam terre et toftum eiusdem cum edificiis in eodem positis de prebenda beati Petri et eorundem, salvo mihi et heredibus meis redditu quod inde percipere consuevi, scilicet xvj. denarios annuos ad duos terminos, scilicet medietatem ad festum sancti Martini in yeme et aliam medietatem ad Pentec' pro omni servitio et demanda. Concessi etiam et confirmavi *[f115v]* predictis priori et conventui ad idem opus venditionem quam fecit eisdem dictus W. de tribus acris terre de laico feodo, salvo mihi et heredibus meis annuo redditu quatuor denariorum ad dictos terminos pro omni servitio et demanda. Et in huius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William (I) son of Ralph son of Siward, see note preceding **no. 644** for further information concerning dating and this family. William (II) son of Moses, nephew of William (I) granted the three acres to William of Allerton with his sister Mabel in marriage **[no. 871]**. William (II) was dead by 17 June 1240 when his sister and probable co-heiress settled a writ of *mort d'ancestor* with Nostell Priory for this land **[no. 869]**.

868. Lease by Prior William and the convent of St Oswald to William of Clifford and Alice his wife of a bovate of land in Bramham, namely that which they bought from William son of Moses, rendering annually to the prior and convent 9*s* of silver. If William and Alice are impleaded the canons will not warrant. f115v/p. 286

[4 January 1255 x 1264]

Rubric: Carta Willelmi prioris concessa Willelmo de Clifford'.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit frater Willelmus prior et conventus sancti Osuualdi de Nostl' salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos concessisse Willelmo de Clifford et Alicie uxori sue unam bovatam terre cum pertinentiis suis in Bram[e]ham, illam scilicet quam emimus de Willelmo filio Moysi; tenend' et habend' sibi et heredibus suis de nobis et successoribus nostris libere et quiete, pacifice et integre, reddendo inde annuatim elemosinarie nostre novem solidos argenti, medietatem ad festum sancti Martini in yeme et aliam medietatem ad Pentec' pro omni seculari servitio, exactione et demanda. Si vero predicti Willelmus et Alicia vel heredes eorum de predicta terra fuerint implacitati eam non warantizabimus eisdem. In huius rei testimonium huic scripto sigilli capituli nostri apposuimus. Teste capitulo nostro.

Note: Date based on the rule of Prior William [of Clifford] and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. The only Prior William of Nostell Prior before 1264 was William of Clifford: the predecessor of William of Clifford was dead on 4 January 1255 and Prior William died 16 August 1277 [Knowles, *Heads* I, pp. 178-79, 283; Smith, *Heads* II, pp. 438-39]. William son of Moses of Bramham was dead by 17 June 1240 when his sister Alice settled a writ of *mort d'ancestor* for this and other property **[no. 869]**.

869. Quitclaim in the form of a chirograph between Prior Stephen and the convent on the one part and Alice daughter of Moses of Bramham on the other as a result of a writ of *mort d'ancestor* which Alice brought regarding a bovate of land of the prebend of [Bramham] and 3 acres of the lay fee in Bramham which the prior and canons had bought from William, brother of Alice. Alice quitclaims all right in the land to the prior and convent. The prior and convent lease to Alice at perpetual farm a house, a toft and 3 acres of the lay fee, rendering annually to the almonry 2*s*. If Alice is impleaded for the house or acres the prior and convent will not warrant. f115v/p. 286

17 June 1240

Rubric: Quieta clamatio Alicie filie Moysi de Brameham.

Anno gratie m° c°c° xl° die sancti Botulfi ita convenit inter dominum Stephanum priorem et conventum de sancto Osuualdo ex una parte et Aliciam filiam Moysi de Bram[e]ham ex altera, videlicet quod cum dicta Alicia portasset breve domini regis de morte antecessoris super unam bovata terre que est de prebenda beati Petri et tribus acris de laico feodo in villa de Bram[e]ham quas dicti prior et conventus emerunt de Willelmo fratre dicte Alicie, dicta Alicia totum ius quod in predicta terra habuit dictis priori et conventui quietum imperpetuum clamavit. Dicti prior et conventus domum et toftum dicte terre et tres acras laici feodi, quarum due iacent ad Homes et una ad Birkesheued, dicte Alicie et heredibus suis ad perpetuam firmam concesserunt, reddendo inde annuatim elemosinarie eorumdem duos solidos scilicet xij. denarios ad festum sancti Martini in yeme et xij. denarios ad festum Pentec'. Et sciendum est quod si dicta Alicia vel heredes sui fuerint implacitari de domo et acris dicti prior et conventus eas non warantizabunt. Et in huius rei testimonium huic scripto cyrographato apposita sunt signa partium parti, scilicet penes Aliciam residenti signum prioris et conventus parti vero penes priorem et conventum residenti signum Alicie. Hiis testibus et cetera.

Note: This charter provides the latest date for William (II) son of Moses of Bramham, see note preceding **no. 644** for further information concerning dating and this family. William (II) sold this land to Nostell Priory with the consent of his uncle William (I) son of Ralph son of Siward [**nos. 866, 867**]. This charter suggests that Alice was the co-heiress [with her sister Mabel] or heiress of her brother William son of Moses.

870. Lease in the form of a chirograph by Prior Stephen and the convent to Hugh son of William son of Gamel for 10 years at farm of a bovate of land in Bramham, namely that which they had bought from William (II) son of Moses, rendering annually to the almonry 8*s* of silver. f115v/p. 286

31 May 1243

Rubric: Cyrographum inter priorem et conventum ex una parte et Hugonem filium Willelmi filii Gam'.

Anno gratie m° c°c° xl° tertio ad Pentec' ita convenit inter dominum Stephanum priorem et conventum de sancto Osuualdo ex una parte et Hugonem filium Willelmi filii Gamelli ex altera, videlicet quod dicti prior et conventus dimiserunt dicto Hugoni unam bovatam terre in Bram[e]ham ad firmam usque ad terminum decem annorum, illam videlicet bovatam quam emerunt de Willelmo filio Moysi, reddendo inde annuatim elemosinarie eorum octo solidos argenti, medietatem ad festum sancti Martini in yeme et medietatem ad Pentec'. Dictus autem Hugo tactis sacrosanctis iuravit se fideliter predictum servitium redditurum et quod nullum ingenium vel artem inveniet per quam dicti prior et conventus de possessione sua possint perturbari vel impediri. Et in huius rei testimonium sigilla partium huic scripto cyrographato hinc inde sunt apposita. Hiis [testibus] et cetera.

Note: This land was granted by William (II) son of Moses and confirmed by his uncle William (I) son of Ralph [see note preceding **no. 644** and **nos. 866, 867**]. This lease was renewed by Prior Robert de Behall in June 1253 [**no. 872**].

871. Lease by William son of Moses of Alverton to Hugh of Oglethorpe for 10 years at farm of a bovate of land with a toft and 3 acres of land in Bramham, namely the land which William of Allerton received in marriage with Mabel sister of William (II) son of Moses of Bramham, rendering annually to William 7*s* 8*d*. f115v/p. 286

11 June 1234

Rubric: [*none*].

Anno ab incarnatione domini m° c° c° xxx° quarto ad Pentec' sequens facta est hec conventio inter Willelmum filium Moysi de Alverton' et Hugonem de Oclestorp', videlicet quod predictus Willelmus dimisit predicto Hugoni unam bovatam terre in villa de Brameham cum tofto ad firmam usque in x. annos cum tribus acris terre et omnibus pertinentiis et asiamentis pertinentibus ad predictam terram in territorio de Bram[e]ham de prebenda sancti Osuualdi que iacet versus occidentem, quam Willelmus filius Moysi de Brameham dedit predicto Willelmo de Alverton' in legitimo maritagio cum Mabilia sorore sua, et ipse predictus Hugo reddet annuatim predicto Willelmo sibi et heredibus suis vel cuicumque assignare voluerit vij. solidos et octo denarios, medietatem ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini in yeme. Et ipse predictus Willelmus warantizabit predictam terram predicto Hugoni et heredibus suis vel cuicumque assignare voluerit contra omnes homines et feminas et ab omni servitio seculari et quod hec conventio rata sit et stabilis testes invenerunt et sigillis suis corroboraverunt. Hiis testibus et cetera.

Note: William son of Moses of Bramham granted this land to Nostell Priory with the consent of his uncle William (II) son of Ralph of Bramham [see note preceding **no. 644** for further information concerning this family, also see **nos. 865, 866** for the original grant]. Hugh son of Henry of Oglethorpe occurred October 1260 as a juror [*Yorks F. 1246-1272*, pp. 68, 69n; *Kirkby Inquest*, p. 190] and was probably the eldest son and heir of his father Henry son of William of Oglethorpe who occurred frequently in the Bramham section of the Cartulary [**nos. 591, 622, 1177, 1183, 657**].

872. Lease for 10 years at farm in the form of a chirograph by Prior Robert and the convent to Hugh son of William son of Gamel of a bovate of land in Bramham, namely that which they bought from William (II) son of Moses, rendering annually to the almonry 9*s*. For this Hugh gave the canons half a mark. ff115v-116r/pp. 286-87

8 June 1253

Rubric: Carta Roberti prioris concessa Hugonis filii Willelmi filii Gamelli.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit frater Robertus prior et conventus de sancto Osuualdo salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos dimisisse et ad firmam tradidisse Hugoni filio Willelmi filii Gamelli unam bovatam terre cum pertinentiis in Brameham, illam videlicet bovatam quam emimus de Willelmo [de *dotted for deletion*] filio Moysi usque ad terminum decem annorum continue completorum, termino incipiente ad Pentec' anno domini m° c°c° l° tertio; tenend' [*f116r*] et habend' predicto Hugoni usque ad predictum terminum, reddendo inde annuatim elemosinarie nostre novem solidos, videlicet iiij^{or} solidos et sex denarios ad festum sancti Martini in yeme et iiij. solidos et vj. denarios ad Pentec'. Dictus autem Hugo tactis sacrosanctis iuravit se fideliter predictum servitium redditurum et quod nullum ingenium vel artem inveniet per quam nos de possessione nostra possimus perturbari vel impediri. Dedit etiam nobis dictus Hugo in initio huius conventionis dimidiam marcam pre manibus. In cuius rei ego frater Robertus prior et dictus Hugo presenti scripto cyrographato hinc inde sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus et cetera.

Note: This lease was first arranged by Prior Stephen on 11 June 1234 [**no. 871**]. See note preceding **no. 644** concerning William son of Moses. Hugh son of William of Gamel occurred in the Cartulary only in these two leases.

873. Grant with warranty by Matilda of Foulby daughter of Alan the clerk to William Pigaz of a messuage with the crop of her land in Foulby [described, Huntwick], rendering annually to Matilda 4*d*. f116r/p. 287

[late 12th century]

Rubric: Carta Matildis de Foleby.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Matild[is] de Folebi filia Alani clerici dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo Pigaz pro homagio et servitio suo quondam mesuagium cum vestura de terra mea in Folebi, habens in longitudine tres percatas et quinque pedes et in latitudine tres percatas et quinque pedes, illud scilicet quod iacet inter me et Adam filium Iohannis; tenend' et habend' sibi et heredibus suis vel cui assignare voluerit de me et de heredibus meis libere et quiete, pacifice et integre, pure et perpetue cum omnibus libertatibus, asiamentis eidem mesuagio pertinentibus, reddendo inde annuatim ille et heredes vel assignati sui mihi et heredibus meis quatuor denarios, duos scilicet ad festum sancti Michaelis et duos ad Pascha pro omni servitio, consuetudine et demanda. Ego vero prefata Matildis et heredes mei warantizabimus et defendemus predictum mesuagium cum suis pertinentiis predicto Willelmo et suis heredibus vel assignatis ubique et in omnibus et contra omnes homines imperpetuum. Ut autem omnia predicta rata maneant et inconcussa presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrence of William Pigaz [Pigace]. William Pigaz occurred as a witness to charters of the Percy family in 1182 x c. 1185 and c.1190 x 1195 [*EYC I*, no. 231; *EYC* II, no. 1207]. Matilda was married to Alexander when William Pigaz granted this land to Nostell Priory and at that time she quitclaimed her 4*d* which suggests that Matilda had a right to this land in her own name [**nos. 874, 875**]. Her father Alan the clerk was mentioned in a different transaction in Foulby [**no. 790**].

874. Sale and quitclaim by William Pigaz of Foulby, with the assent of Matilda of Foulby and her husband Alexander, to the almonry of St Oswald of his house with all land in Foulby [Huntwick] which he held of Matilda, rendering annually to Matilda 4*d*. For this the almoner gave William 20*s*. f116r/p. 287

[late 12th century]

Rubric: Carta Willelmi Pigaz.

Omnibus has literas visuris vel audituris Willelmus Pigaz de Folebi salutem in Domino. Noverit universitas vestra me ex assensu et consensu Matildis de Folebi et Alexandri viri eius vendidisse, concessisse et hac presenti carta confirmasse elemosinarie de sancto Osuualdo de Nostl' domum meam in Folebi cum tota terra quam de predicta Matildi prius tenui; tenend' et habend' libere et quiete, pacifice et integre cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus et communis et omnibus aliis asiamentis infra villam et extra predicte terre pertinentibus, reddendo inde annuatim predicte Matildi et heredibus suis quatuor denarios ad duos terminos pro omni consuetudine et demanda, medietatem videlicet ad festum sancti Michaelis et aliam medietatem ad Pascha. Ego vero et heredes mei omnia predicta cum omnibus pertinentiis suis predicte elemosinarie in omnibus et contra omnes homines warantizabimus et defendemus imperpetuum. Pro hac autem venditione et confirmatione dedit mihi elemosinarius predicte elemosinarie viginti solidorum premanibus. Et ad maiorem huius rei securitatem presens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrence of William Pigaz, see note **no. 873** regarding the donor and dating.

875. Quitclaim by Matilda daughter of Alan clerk of Foulby of her right and claim to the annual rent of 4*d* which she had received for the land in Foulby [Huntwick] which she granted to William Pigaz and which he had sold to the almonry of St Oswald. f116r/p. 287

[late 12th century]

Rubric: Carta Matildis filie Alani clerici.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Matildis filia Alani clerici de Folebi salutem in Domino. Noverit universitas vestra me quietum clamasse et imperpetuum remisisse elemosinarie sancti Osuualdi de Nostl' annuum redditum quatuor denariorum quem solebam percipere de terra quam dedi Willelmo Pigaz in Folebi, qui eam postea dicte elemosinarie vendidit. Et in huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrence of William Pigaz, see note **no. 873** regarding the donor and dating.

876. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms for the use of the almonry by Alan of Breedon of a toft with buildings in [West] Hardwick [described, Wragby], namely the toft [described] he bought from Benedict son of Robert Gayner. f116r/p. 287

[first half 13th century, before 1244, probably 18 November 1240 x 1244]

Rubric: Carta Alani de Bredona.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Alanus de Bredon' salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam ad opus elemosinarie eorundem unum toftum cum edificiis in eo plantatis, quod videlicet toftum emi de Benedicto filio Roberti Gayner in villa de Herdewic cum omnibus eiusdem tofti libertatibus et pertinentiis. Quod videlicet toftum iacet iuxta toftum quod emi de Thoma clerico filio magistri Swani coci in orientali parte eiusdem tofti et habet longitudinis septies xx^{ti} pedes et decem, latitudinis vero iuxta viam, centum et tres pedes erga campum vero latitudinis octoginta et quinque pedes. Ego vero Alanus et heredes mei vel assignati omnia predicta predictis prout predictum est warantizabimus et defendemus ubique et imperpetuum. Et in huius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on lease of this land by Nostell Priory during the rule of Prior Stephen, see **no. 878** for dating. Alan of Breedon held this land of William le Hore of Kinsley who confirmed the grant [**no. 877**]. The confirmation and lease were most likely time coincident which limits this date further.

877. Confirmation by William le Hore of Kinsley of the above grant made by Alan of Breedon to the prior and canons of a toft in [West] Hardwick in William's fee which Alan bought from Benedict son of Robert le Gayner. ff116r-v/pp. 287-88

[first half 13th century, before 1244, probably 18 November 1240 x 1244]

Rubric: Carta Willelmi le Hore de Kyneslay.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus le Hore de Kyneslay salutem in Domino. Noverit universitas vestra me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi et canonicis ibidem Deo servientibus ad opus elemosinarie eorundem donum quod fecit eis Alanus de Bredon', scilicet unum toftum in Herdwic quod emit de Benedicto filio Roberti le Gayner de feodo meo cum omnibus libertatibus et pertinentiis eiusdem, prout in carta dicti Alani plenius [*f116v*] continetur. Et in huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on lease of this land by Nostell Priory during the rule of Prior Stephen, see **no. 878** for dating. Alan of Breedon granted this land to Nostell Priory and it was leased to Robert of the infirmary [see **nos. 876, 878**. William son of William of Kinsley occurred 1204 x 1209 but nothing else is known of him [*EYC* III, no. 1284].

878. Lease of life tenancy by Prior Stephen and the convent to Robert of the infirmary of the land in [West] Hardwick which Alan of Breedon gave to the almonry, rendering annually to the almoner 3*s* 4*d* of silver. f116v/p. 288

[18 November 1240 x 1244]

Rubric: Carta Stephani prioris concessa Roberto de infirmaria.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Stephanus prior et conventus de sancto Osuualdo salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos concessisse et hac presenti carta confirmasse Roberto de infirmaria in vita sua terram illam in Herdewic quam Alanus de Bredon' dedit elemosinarie nostre, reddendo inde annuatim dicte elemosinarie tres solidos et quatuor denarios argenti ad tres terminos, videlicet ad festum sancti Martini in yeme xiiij. denarios et ad Pascha xiij. denarios, ad festum sancti Osuualdi xiij. denarios. Et in huius rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum apposuimus. Teste capitulo nostro.

Note: Date based on rule of Stephen as prior of Nostell Priory. The predecessor of Stephen died 18 November 1240 and Stephen ceded office in 1244 [Smith, *Heads* II, p. 438]. This document establishes the latest limits for the grant by Alan of Breedon and its confirmation by William le Hore of Kinsley [**nos. 876, 877**]. It is likely that all three documents were time coincident.

879. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms for the use of the almonry to buy shoes for the poor by William (II) son of Isolda of Preston, crusader, of a bovate of land in Purston [Jaglin], namely that which Walter Bonservise once held. f116v/p. 288

[13th century, before 27 September 1237]

Rubric: Carta Willelmi filii Ysolde de Prestona.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Willelmus filius Ysolde de Preston', crucesignatus, dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et elemosinarie canonicorum sancti Osuualdi de Nostl' ad sotulares pauperum emendos, unam bovatam terre in territorio de Preston', pro salute anime mee et antecessorum et successorum meorum, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, cum omnibus pertinentiis suis et libertatibus et asiamentis infra villam et extra sine aliquo retenemento: illam videlicet bovatam quam Walterus Bonservise aliquando tenuit; habendam et possidendam libere, pacifice, honorifice, et quiete ab omni servitio et consuetudine et seculari exactione, faciendo inde tantum forinsecum servitium quantum pertinet ad [*letter dotted for deletion*] unam bovatam terre unde sex carucate terre et dimidia faciunt feodum unius militis. Ego vero Willelmus crucesignatus et heredes mei warantizabimus, manutenebimus, et defendemus predictam bovatam terre cum omnibus pertinentiis suis predictis canonicis et predicte elemosinarie eorum, secundum quod predictum est, ubique et in omnibus et contra omnes homines imperpetuum. Ut autem hec mea donatio, concessio, et confirmatio sine omni contradictione et reclamatione mei et heredum meorum rata et inconcussa perpetuis maneat temporibus presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus, et cetera.

Note: Date based on subsequent grant of this land by Prior John, **no. 881**. See note preceding **no. 722** for information concerning this family. Emma wife of William (II) quitclaimed her dower right to this bovate of land [**no. 880**].

880. Quitclaim by Emma wife of William (II) son of Isolda of Preston of all her dower right to a third part of a bovate of land in Purston [Jaglin], namely that which her late husband granted to the almonry to buy shoes for the poor. f116v/p. 288

[13th century, before 27 September 1237]

Rubric: Carta Emme quondam uxoris Willelmi filii Ysolde.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Emma uxor Willelmi filii Ysolde de Prestona salutem in Domino. Noveritis me tactis sacrosanctis abiurasse et in mea libera potestate quietum clamasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus totum clamum et ius quod habui vel habere potui in tertia parte illius bovate terre in Prestona, quam quondam sponsus meus dedit elemosinarie predictorum canonicorum de sancto Osuualdo in puram et perpetuam elemosinam ad emendos sotulares perpetuo in usus pauperum. Ita quod nec ego dicta Emma nec aliquis ex parte mea aliquid iuris in prefata terra possimus nobis vendicare imperpetuum. Ut autem hec abiuratio et quieta clamatio perpetuis temporibus rata maneant et inconcussa presentem cartam sigilli mei impressione roboravi.

Note: Date based on subsequent grant of this land by Prior John of Nostell Priory, **no. 881**. See note preceding **no. 722** for further information on this family. William (II) granted this land to Nostell Priory [**no. 879**].

881. Confirmation by Prior J[ohn] and the convent to Helen of Purston [daughter of Herlewin] of a bovate of land in Purston [Jaglin], namely that which Walter Bonservise once held and which William (II) of Preston son of Isolda gave to them, rendering annually to the almoner 4*s* of silver. f116v/p. 288

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta I. prioris concessa Helene de Prestona.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris I. prior et conventus sancti Osuualdi de Nostl' eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra nos dedisse et concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Helene de Prestona cum omnibus pertinentiis et libertatibus et asiamentis ad eandem terram pertinentibus fil[ie] Herlewini et heredibus suis unam bovatam terre in territorio de Prestona cum omnibus pertinentiis et libertatibus et asiamentis ad eandem terram pertinentibus infra villam et extra, illam videlicet bovatam terre quam Walterus Bonservise quondam tenuit et quam Willelmus de Preston' filii Ysolde nobis dedit; tenend' de nobis et de elemosinaria nostra sibi et heredibus suis in feodo et hereditate libere, quiete, pacifice et honorifice, reddendo inde annuatim nobis et elemosinarie nostre quatuor solidos argenti ad duos terminos, medietatem scilicet ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini in yeme pro omni servitio et consuetudine et exactione ad nos et ad elemosinariam nostram pertinente faciendo, inde forinsecum servitium quantum pertinet ad unam bovatam terre unde sex carucate terre et dimidia faciunt feudum unius militis. Nos vero predictam bovatam terre cum suis pertinentiis warantizabimus secundum quod predictum est predicte Helene et heredibus suis contra omnes homines quamdiu predictus Willelmus filius Ysolde et heredes sui eam nobis warantizaverint. Et ut hoc ratum habeatur presentem cartam sigilli nostri appositione roboravimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rule of Prior John of Nostell Priory. John was probably elected c. 24 July 1208 and he died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. William (II) of Preston granted this land to Nostell Priory and his wife Emma quitclaimed her dower right [**nos. 879, 880**]. See note preceding **no. 722** for further information regarding William (I) Preston and his family. Nothing further is known regarding Helen of Purston [Jaglin].

882. Lease by the prior and convent at perpetual farm to John son of Warner of Pontefract of the land in Pontefract on the road called 'Fullonum' [described] which his father had bought from Gilbert of

Suwelle [Southwell] and which had been given to the almoner, rendering annually to the almoner 2*s* of silver. The prior and convent retain the right of distraint. ff116v-117r/pp. 288-89

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Iohannis filii Warneri de Pontefr'.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Iohannes filius Warneri de Pontefr' eternam in Domino salutem. Noveritis universitas vestra me recepisse a priore et conventu de sancto Osuualdo ad perpetuam firmam terram illam quam pater meus emit de Gilberto de Suwelle in villa de Pontefr' in vico qui dictur Fullonum et iacet inter terram que fuit Iohannis filii Asketilli et terram Roberti de Suwelle et eandem elemosinarie dictorum prioris et conventus donavit, reddendo inde annuatim dicte elemosinarie duos solidos argenti ad duos terminos, medietatem videlicet ad Pentec' et aliam [*f117r*] medietatem ad festum sancti Martini in yeme apud sanctum Osuualdum pro omni servitio et demanda ipsos contingente. Reddam insuper heredibus Gilberti de Suwelle firmam dicte terre quam pater meus inde reddere consuevit. Si vero ego vel heredes mei a solutione firme dicte elemosinarie debite cessaverimus licebit dictis priori et conventui nos tam in dicta terra quam in aliis terris nostris ubicumque fuerint invente ad dignam distringere satisfactionem. Hanc vero solutionem fideliter faciendam ego Iohannes pro me et heredibus meis tactis sacrosanctis iuravi. Et in huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrences of Warner of Pontefract and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Warner of Pontefract occurred 20 October 1251 and 7 April 1269 which suggests that he was still alive when this land was leased to his son [*Yorks F. 1246-1272*, pp. 24-5, 165]. The transactions between Warner of Pontefract and Gilbert of Southwell do not occur in the Cartulary. 'Fullonum' may intend Fuller's Street although no such street remains in Pontefract.

883. Quitclaim by Emma daughter of William son of Luke of Swinton of all right and claim in half a bovate of land in Swinton which William her father had sold to Henry Prudfot and Henry later sold to the house of St Oswald. f117r/p. 289

[11 November 1224 x 18 November 1240]

Rubric: Carta Emme filie Willelmi filii Luce de Swintona.

Universis Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Emma filia Willelmi filii Luce de Swinton' salutem in Domino. Noverit universitas vestra me concessisse, remisisse et imperpetuum quietum clamasse de me et heredibus meis domui de sancto Osuualdo totum ius et clamium que habui vel aliquo modo habere potui in dimidia bovata terre vel eius pertinentiis in villa de Swintona, quam dictus Willelmus pater meus vendidit Henrico Prudefot et dictus H. postea domui sancti Osuualdi de Nostle. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis [testibus] et cetera.

Note: Date based on Henry Prudfot. See note preceding **no. 383** for further information concerning the family of Prudfot. Henry Prudfot leased land which he had purchased from William 'Lucas' on 11 November 1224 and this charter fulfils the confirmation of Emma as legal heir of this land although this document was probably considerably after her father's grant; Henry Prudfot had purchased this land from William Lucas and then leased the property before granting it to Nostell Priory [**nos. 377, 386, 886**]. Henry Prudfot's heir was his daughter Juliana who in 1230 x 1244 granted this land to Nostell Priory [**no. 370**]. The earliest date of this document was 11 November 1224 when Henry purchased the land and 18 November 1240 was the latest date of Juliana's quitclaim of the land to Nostell Priory.

884. Quitclaim by Gilbert Prudfot to the almonry of the rent of 1*d* which he used to receive for half a bovate of land in Swinton and which his father Henry Prudfot sold to the house of St Oswald. f117r/p. 289

[11 November 1224 x 1264]

Rubric: Carta Gilberti Prudfot.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Gilbertus Prudfot salutem in Domino. Noverit universitas vestra me remisisse et imperpetuum quietum clamasse de me et heredibus meis elemosinarie sancti Osuualdi redditum unius denarii quem inde annuatim percipere solebam pro dimidia bovata terre in Swinton', quam pater meus Henricus Prudefot dicte domui vendidit. Et in huius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Henry Prudfot and Gilbert his son and the latest entry made by Scribe A. See note preceding no. 363 regarding Henry Prudfot. Henry Prudfot married Agnes [no. 885] and had at least two children, Gilbert and Juliana. Henry Prudfot occurred as late as 11 November 1244 [no. 886]. Between 1230 x 1240 his daughter Juliana accepts a corrody at Nostell Priory [no. 374]. Gilbert Prudfot occurred in January 1251-2 and as late as 1302 holding a bovate in the honour of Skipton [*Kirkby Inquest*, p. 190]. This is the half a bovate of land which Henry purchased from William Lucas [no. 365] and subsequently granted to the almoner of Nostell Priory [no. 377, 368].

885. Quitclaim by Agnes late wife of Henry Prudfot of Swinton of all dower right or claim to a third part of half a bovate of land in Swinton which her husband Henry had sold to the prior and convent for the use of the almoner. For this the prior and canons gave Agnes half a mark of silver. f117r/p. 289

[11 November 1224 x 18 November 1240]

Rubric: Carta Agnetis quondam uxoris Henrici Prudfot de Swintona.

Omnibus has literas visuris vel audituris Agnes quandam uxor Henrici Prudfot de Swintona salutem in Domino. Noveritis me remisisse et quietum clamasse priori et conventui sancti Osuualdi de Nostle totum ius et clamium que habui in tertia parte unius dimidie bovate terre in Swinton' nomine dotis, quam videlicet dimidiam bovatam terre dictus Henricus maritus meus vendidit predictis priori et conventui ad opus elemosinarie eorum. Pro hac vero remissione et quietaclamatione dederunt mihi dicti prior et conventus dimidiam marcam argenti. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Henry de Prudfot and Juliana daughter of Henry Prudfot. See note preceding no. 363 concerning other transactions of the Prudfots. Henry Prudfot was alive as late as 11 November 1224 when he leased the land in question and was probably dead by the time his daughter Juliana received a corrody from Nostell Priory [nos. 886, 370]. He purchased this land from William Lucas and granted it to Nostell Priory [nos. 377, 368]. It is possible that Agnes remarried and was later styled 'Agnes del Ker' and her son Richard del Kerr and her daughter Juliana Prudfot occurred in other transactions with Nostell Priory. Gilbert Prudfot, son of Agnes and Henry confirmed this grant [no. 884].

886. Lease for a period of 6 years (beginning 11 November 1224) in the form of a chirograph by Henry Prudfot to Roger and Juetta his wife of half a bovate of land in Swinton [described in various locations] which had been the land of William Lucas, rendering annually to Henry Prudfot 6*d*. For this Roger gave to Henry 8*s* 3*d*. Emma daughter of William Lucas, the legal heir of the land, shall quitclaim to Henry her third part of the land. f117r/p. 289

11 November 1224

Rubric: Cyrographum inter Henricum Prudfot et Rogerum et Iuetam uxorem suam.

Hec est conventio facta inter Henricum Prudfot et inter Rogerum et Iuetam uxorem suam, scilicet quod idem Henricus dimisit eidem Rogero et Iuete unam dimidiam bovatam terre in Swinton' cum pertinentiis de terra que fuit Willelmi Lucas, scilicet quinque acras terre in illo essarto quod dictur Lucasrode et medietatem tofti extra ortum predicti Henrici et tres percatas in Scletfeld et unam percatam super Ballebrom et dimidiam acram

super Mekesburclif et unam percatam super Dikefurlandes et dimidiam percatam super Les Heuelle et dimidiam acram ad stagnum molendini et unam percatam ad Hillehalt et dimidiam acram super Rumes; habend' et tenend' a festo sancti Martini anno ab incarnatione domini m° c°c° xx° quarto usque ad terminum sex annorum sequentium pro sex denariis per annum, medietatem ad Pentec' et medietatem ad festum sancti Martini pro omnibus servitiis et pro octo solidis et tres denariis quos predictus Rogerus dedit predicto Henrico in initio huius conventionis. Si forte alter vel uterque istorum infra hunc terminum obierit heredes eorum eandem conventionem inter se legaliter tenebunt et hec ex utraque parte affidaverunt. Hanc autem conventionem concessit et tenere affidavit Emma filia Willelmi Lucas que est iusta heres predicte terre et sigillum suum huic scripto in testimonio apposuit, quo termino peracto predicta terra quieta reddibit predicto Henrico et iustis heredibus de predicto Rogero et Iueta et heredibus suis. Hiis testibus et cetera.

Note: Emma daughter of William Lucas confirmed this land [no. 883] although after Henry Prudfot granted the land to Nostell Priory [nos. 368, 377]. See note preceding no. 363 for further information concerning Henry Prudfot.

887. Lease with warranty by Alexander son of William the skinner [*pelliparius*] to Robert Walevant of all his land with dwellings in Wragby, namely that which Ivo held of him, rendering annually to Alexander 1*d.* f117r/p. 289

[late 12th century x 7 June 1227]

Rubric: Carta Alexandri filii Willelmi Pelliparii.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Alexander filius Willelmi Pelliparii dedi, concessi et hac presenti carta confirmavi Roberto Walevant pro homagio et servitio suo totam terram in villa de Wraggeby cum domibus et omnibus pertinentiis suis quam Yvo tenuit de me; tenend' et habend' sibi et cuicumque assignare voluerit libere, quiete et honorifice perpetuis temporibus de me et heredibus meis, reddendo inde annuatim unum denarium ad Pascha pro omni servitio et seculari exactione. Ego vero Alexander et heredes mei warantizabimus et defendemus totam terram prenominatam cum pertinentiis suis prefato Roberto et suis assignatis perpetuo ubique et contra omnes homines. Ut autem hec mea donatio et concessio cunctis temporibus rata maneat et inconcussa presentem cartam sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera. *[f117v]*

Note: Date based on Alexander the skinner, son of William the skinner. Alexander the skinner was dead by 7 June 1227 [no. 763]. See note preceding no. 759 concerning Alexander. Nothing is known of Robert Walevant nor of Ivo.

888. Receipt by Prior John Huddersfield and the convent for 50*s* received from master George Radcliff, parson of the church of Winwick, Lancashire, for the arrears from the annual rent of 100s. f117v/p. 290

Purston Jaglin, 3 April 1437

Rubric: [*none*].

Noverint universi per presentes me Iohannem Huddresfeld' priorem monasterii sancti Oswaldi de Nostell' recepisse et habuisse die confectionis presencium de magistro Georgio Radcliff persona ecclesie de Wynwyk in comitatu Lanc' quinquagintaa solidos a retro existentes de termino sancti Michaelis et Pasche ultra preteritos: videlicet de arreragiis eiusdem annui redditus centum solidorum mihi et successoribus meis de personis predicte ecclesie de Wynwyk debiti, de quibus quidem quinquaginta solidis sic a retro existentibus per

me recept' fateor me fore solutum dictumque Georgium et executoros suos de eisdem arreragiis [inde *deleted*] quietum per presentes. In cuius rei testimonium huic presenti scripto sigillum officii mei apposui. Dat' apud Preston Iaklyn' in comitatu Ebor' die marcurii [*sic*] in septimana Pasche anno regni regis Henrici sexti post conquestum quinto decimo.

Note: The church of St Oswald in Macclesfield, Winwick parish, Lancaster, was granted by Stephen, then Count of Mortain, later King, and confirmed by King Henry I on 7 January 1122 [B004]. Nostell Priory had received a pension of 50*s* from the church as early as August 1131 x 1133, see no. 35 [*EEA* 14, p. xl]. In 1231 the pension was 15*m*, increased to 24*m* in 1247, to be paid equally to the chapter of Lichfield and Nostell Priory [see note no. 147]. The treasurership of Lichfield was collated to George Radcliff on 3 March 1435, with the prebend of Sawley attached, remaining as such until his appointment to the archdeaconry of Chester on 26 April 1449, with the prebend of Bolton attached; he was dead before 19 January 1454 [Jones, *Le Neve 1300-1541: Coventry & Lichfield Diocese*, pp. 12-13]. The pension was 3 years in arrears by April 1451 [no. 889]. The election of John of Huddersfield, sometimes known as Robert, as prior of Nostell Priory was confirmed on 5 August 1427 and he resigned 5 September 1472 [Jones, *Le Neve 1300-1541: Northern Province*, p. 39]. In the mid-1300s the Priory had also had difficulty receiving their pension payments [see nos. 147, 856]. This document was copied by a scribe other than Scribe A or B [see Chapter V].

889. Receipt by Prior J[ohn] H[uddersfield] and the canons for 15*li* from master G[eorge] R[adcliff] parson of the church of Winwick, Lancashire, for the arrears from the annual rent of 100*s* which the parson owed the canons for the last 3 years. f117v/p. 290

Purston Jaglin, 26 April 1451

Rubric: [*none*].

Noverint universi per presentes me I. H. priorem monasterii sancti Oswaldi de Nostell' recepisse et habuisse die confectionis presencium de magistro G. R. persona ecclesie de Wynwyk in comitatu Lanc' quindecim libras de arreragiis cuiusdam annui redditus centum solidorum michi et successoribus meis de personis predicte ecclesie de W. debiti, de quibus quidem quindecim libris de arreragiis annui redditus predicte: videlicet de tribus annis proxime preteritis predicte ante datum presencium fateor me fore solutum dictumque G. et executoros suos de arreragiis illis esse quietum per presentes. In cuius rei testimonium huic presenti scripto sigillum officii mei apposui. Dat' apud Preston Iakelyn' in comitatu Ebor' [duodecim die Februarii Octobri *lined through*] die lune proxima post festum <Pasche> anno regni regis Henrici sexti post conquestum vicesimo novo. [*f118r*]

Note: See no. 888 concerning the pension from St Oswald, Macclesfield, Winwick parish, Lancaster and George Radcliff when the pension had been in arrears in 1437 [no. 888]. This document was copied by a scribe other than Sribe A or B [see Chapter V].

890. An agreement between parishioners of the vills of Ross, Elwick, Detchant, Middleton, Belford, and Islestone [Bamburgh Northumberland and parishioners named] on the one part and the prior and convent on the other, whereby it is agreed that due to the great mortality and pestilence that faces these parishes and their great distance from the cemetery of the parish church of Bamburgh that they may bury their dead at the cemetery at Belford. There should be no loss to the priory or to the parish church of Bamburgh. f118r/p. 291

Chapter of Nostell, 24 June 1349
Belford, 7 July 1349

Heading: Barumburgh'.

Per hanc indenturam presentibus pateat et futuris quod facta supplicatione per dominos Iohannem Darcy, Thomam Gray, Iohannem de Lilburn' milites, Thomam de Dalton', Iohannem de Dychent, Michaelem de Presson', Willelmum de Elwyke et Iohannem Haubergell' ac alios parochianos et inhabitatores villarum de

Rosse, Elwyke, Dychent, Medelton', Belforth' et Yesyngton' infra parochiam ecclesie parochialis de Baumburgh' limites et loca decimationis eiusdem vigore existentes, pretendentes loca in quibus inhabitant ab ecclesia parochiali predicta multum distare, ac mortalitatem maximam et pistilentiam inhibi imminere quod sepultura ipsis et successoribus in cimiterio capelle de Belforth' infra eandem parochiam situate, et ab ecclesia predicta canonice dependentis per religiosos viros priorem et conventum monasterii sancti Oswaldi de Nostell' Ebor' diocesis, ecclesiam parochialem de Baumburgh' predictam cum dicta capella de Belforth' et aliis capellis ab eadem ecclesia dependentibus in proprios usus optinentis, in forma iuris canonice concedatur. Prefati religiosi prior et conventus predicti dictorum dominorum Iohannis, Thome, Iohannis, Thome, Iohannis, Michaellis, Willelmi et Iohannis ac ceterorum incolarum et inhabitantium villarum de Rosse, Elwyke, Dychent, Medilton', Belforth' et Yesyngton' predictarum supplicationibus in quantum cum Deo possent, salvo iure ecclesie sue supradicte volentes favorabiliter inclinare, consenserunt quod ex causis antedictis prefati parochiani sui in cymiterio capelle de Belford' predicte pro se successoribus suis, futuris temporibus perpetuis, canonicam habeant sepulturam, dum tamen in ecclesie et capelle sue predictarum non cedat preiudicium aliquale; prefatique Iohannes, Thomas, Iohannes, Thomas, Iohannes, Michaellis, Willelmus et Iohannes ac cetera omnes et singuli incole et inhabitatores, prelibati voluerunt, promiserunt et expresse consenserunt et eorum quilibet voluit, promisit et expresse concessit pro se successoribus suis de salvando religiosos viros et ecclesiam suam predictam summo indempnes. Et si contingat, quod absit, aliquibus temporibus futuris, religiosos viros vel ecclesiam suam, predictos occasione concessionis sepulture memorate per predictos parochianos vel eorum successores dampnificari aliqualiter sive ledi, super quibus quidem dampno et lesione, assertioni prefati domini prioris et ipsius successores cuiuscumque vel procuratores ecclesie sui predicte qui pro tempore fuit omnino stetur et adhibeatur per omnia plena fides, quod extunc predicta sepultura cesset omnino presensque concessio nullus sit vigoris, roboris nec virtutis quousque omne illud quod iniuste factum fuerit aliquibus temporibus futuris per predictos parochianos vel eorum successores in preiudicium predictorum religiosorum virorum, ecclesie sue seu capelle predictarum rationabiliter predictis religiosis viris, ecclesie sue et capelle correctum fuerit omnino et satisfactum. In cuius rei testimonium dicti religiosi viri parti huius indenture penes dictos parochianos remanenti sigillum suum commune apposuerunt, alteri vero parti penes dictos religiosos remanenti prefati parochiani Iohannes, Thomas, Iohannes, Michaellis, Willelmus et Iohannes sigilla sunt incognita, sigillum domini archidiaconi Northumbr' apponi procuraverunt et ipsorum quilibet procuravit et nos officii nostri apposuimus testimonium premissorum. Dat' in capitulo sancti Oswaldi predicti in festo nativitatis sancti Iohannis Baptiste anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo nono videlicet quoad unam partem, et dat' quoad aliam apud Belforth' in festo translationis sancti Thome martiris anno supradicto. *[f118v]*

Printed: Bateson, *Northumb. Hist.* 1, p. 385-6 n.

Note: The pestilence and mortality mentioned was the plague or Black Death which swept across England in 1348-1349. The seal of the archdeacon of Northumberland mentioned in the text would have been that of William de Salopia who occurred as early as 13 June 1349 [Jones, *Le New 1300-1541: Northern Provinc*, p. 114]. This document was copied by a scribe other than Scribe A or B [see Chapter V].

891. *Inspeximus* and confirmation by Hugh [du Puiset], bishop of Durham, of the churches of St Oswald and St Aidan of Bamburgh with chapels, lands and tithes to the prior and canons of St

Oswald as contained in the confirmations of King Henry I and King Henry II, and which had been given for the promotion and augmentation of the canons' hospitality, shall revert to their use after the death of Hugh Murdac the clerk. The bishop is to be received in confraternity and will be a beneficiary of prayers in the priory church in the same manner as a prior. f118v/p. 292

[March 1161 x 3 March 1195, probably after 1171]

Rubric: Hic incipiunt carte de Bamburgo. Carta Hugonis Dunolmens episcopi.

Hugo Dei gratia Dunolm' episcopus omnibus successoribus suis et omnibus sancte matris ecclesie filiis eternam in Domino salutem. Ad pastoris spectat officium subditis et maxime religionis nominis professis sollicitudinis curam impendere, pacem providere et que religiose viventium collata sunt utilitatibus summo opere fovere et perpetuo stabilire. Huius igitur rationis intuitu et divine miserationis obtentu et pro salute animarum regum illustrium Anglie Henrici primi et Henrici secundi et heredum suorum et in remissionem peccatorum meorum et pro animabus predecessorum et successorum nostrorum pontificum concessimus et episcopali auctoritate confirmavimus ecclesie sancti Osuualdi regis et martiris de Nostla et dilectis filiis nostris et amicis canonicis ibidem Deo famuliantibus ecclesias sancti Osuualdi et sancti Aydani de Baenburc cum capellis, terris, decimis et cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis libere et quiete et plenarie in puram et perpetuam elemosinam possidendas, quas de donatione et concessione et confirmatione regum predictorum Angl', scilicet Henrici primi et Henrici secundi, sicut eorum carte quas inspeximus testantur rationabiliter adepti sunt. Ita ut liceat eis ad ecclesie sue promotionem et hospitalitatem augmentandam fructus et omnes obventiones et possessiones iam dictarum ecclesiarum de Baenburc post decessum Hugonis Murdac clerici in proprios usus convertare, salvis episcopalibus consuetudinibus et Dunelmens' ecclesie dignitate. Prior vero et conventus prefate ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' nos in fraternitatem domus sue suscipientes caritatis intuitu concesserunt quod anniversarium diem obitus nostri et successorum nostrorum pontificum sub ea veneratione sub qua et prioris eiusdem domus facient celebrari. Ut igitur hec nostra concessio et confirmatio perpetuis temporibus firmiter observetur eam presentis scripti serie et sigilli nostri appositione duximus roborandam. Hiis testibus et cetera.

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 75n; *EEA* 24 no. 113 dated 1160 x *c.* 1173.

Note: Date based on confirmation by King Henry II and the death of Bishop Hugh du Puiset. King Henry II confirmed the advowson, including the proviso of the incumbency of his clerk Hugh Murdac, on March 1161 x 15 December 1184 which provides the earliest date [no. 19]. Hugh du Puiset died 3 March 1195, providing the latest possible limit. Algar the priest, probably the previous incumbent, died 1170 x 1171 which may further limit the date. Algar was named as the incumbent as early as 19 October 1119 x 26 November 1120 and if his death was as late as 1171 would suggest a long adult life span [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 75n]. Another mandate granting the church to Nostell Priory by King Henry II dated c.1165 x December 1175, possibly August 1175, does not mention Hugh Murdac but he was probably still the incumbent [no. 17]. See note to no. 19 for further information concerning Hugh Murdac and the church of Bamburgh; also see note to no. 44 concerning the succeeding incumbents.


Note for nos. 892, 893, 900, 901, 905, 918, 920, 1294-1312. See pedigree below which is based on the sources cited here. The brothers Robert and Thomas (I) of Warenton were sons of William of Warenton. William may also have been known as William of Fleetham [no. 1307]. Thomas (I) married Hawisia and although no timeframe can be discovered for his lifetime the subsequent generation was active in the mid-13th century which suggests Thomas (I) son of William of Warenton had an active adult life in the late 12th x early 13th centuries, a time frame which could thus be applied to his brother Robert as well. Bateson suggests that Thomas (I) married during the time of King Henry I but this would seem improbable in view of the active adult live of his children in the late 13th century [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 249]. Although Robert son of William married and arranged his wife's dower if she survived him, her name is not known [nos. 1296, 1298]. It is not clear if Robert had issue but a quitclaim by Adam son of 'Robert of Fleetham' may have been his son [no. 1303]. The land Robert son of

William of Warenton granted to the priory was a gift from his brother Thomas (I) and it is possible Robert was the younger son of William of Warenton [**no. 1312**].

Thomas (I) had at least two children: Juliana and Ingram. This generation has relatively few dates to frame their adult life. Juliana's husband Simon (III) Lucker occurred in 1244 [**no. 895**] and was married to Juliana by at least 1258 and he was dead before February 1279 when his wife Juliana granted land to her nephew Simon [**no. 1297**].

Ingram son of Thomas (I) occurred at least as late as 19 September 1268 [*Cal. Inq. PM Henry III*, pp. 209-10 no. 672] and was still alive when his sister Juliana granted land to his son Simon of Warenton before 9 February 1279 [**no. 65**]. He was probably dead before 25 July 1288 when his younger son and heir Simon quitclaimed his rights to lands granted to Nostell Priory [**no. 1305**]. Juliana received land in Fleetham as her marriage right, of which she had the right to dispose as she dictated, from John of Tuggal and Christina Taglington but their identity and relationship to Juliana is not clear [**no. 1297**].

Ingram son of Thomas (I) had at least four children: Thomas (II), Simon, Agnes and William. Thomas (II) of Warenton was the eldest son of Ingram but died before 24 April 1256, without issue and probably before his father. Thomas (II) held all the land of Warenton, except one carucate, for a half a knight's fee of John 'le Viscunt' [see **nos. 906, 907**] in 1242-3 [*Testa de Nevill*, p. 1117]. Thomas (II)'s widow Lucy was the grandaughter of William de Heron and had married secondly Thomas de Akilde [**nos. 62, 905**]. At the death of Thomas (II) his brother Simon of Warenton, was described as the heir of Ingram [**no. 1295**]. Simon of Warenton married firstly Mariote [**no. 1297**] and secondly, by 9 February 1279, he was married to Christina [**no. 65**]. Simon son of Ingram was still alive 25 July 1288 [**no. 1305**] and probably as late as 22 May 1298 [*Cal. Inq. PM. Edward I*, iii, p. 305 no. 423]. Agnes, daughter of Ingram, was married Stephen Stokes by 9 February 1279 [**no. 66**]. William son of Ingram also occurred in the Cartulary as a benefactor of Nostell Priory [**no. 920**].



892. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Robert of Warenton brother of Thomas (I) of Warenton, knight, of 2 bovates of land in Fleetham [Northumberland] in numerous parcels [described], one of which Alan son of Fughil once held, and part of his toft in Fleetham [boundaries described] with a communal gate [*porta*] between the canons' portion of this toft and his remaining portion. If Robert's wife shall survive him his heirs shall give her the third part of the residue of his land in Fleetham in the name of her dower. ff118v-119r/pp. 292-93

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Roberti de Warnetham.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Robertus de Warnetham frater domini Thome de Warnetham militis salutem in Domino. Noverit universitas vestra me concessisse et dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostle et priori et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam duas bovatas terre cum pertinentiis in territorio de Fletham, illas

scilicet bovatas sine retenemento quarum unam Alanus filius Fughil aliquando tenuit et aliam que in hiis continetur particulis incipiendo ad sellionem de Fletlowe ex australi parte aque et lanulant iuxta Avenel Heauerlant; et rodam iuxta Balkam et Hengende Wellerode; et but versus occidentem ad Lamilant et holde lonunge; et but iuxta croftum Gemme; et longam sellionem ex boreali parte de Medelowe; et longam sellionem ex boreali parte de Neles Knol et Nohlange Ebroc; et duas buttas ad Pilenioende; et ye Northermaste halle dale Ebroc on Odes Dike; ye halle dale at northlange creneslowe; ye Burneflat; ye but scilicet halle dale sub Brerilowe Knol; et unam sellionem ex australi parte Hop Hakerlowe; ye Northermastelant o ye lange furlange; ye westere dringtnelant; ye eastere Fletham furlange; ye lant Bitwene; ye Harelowe; ye halle dale o Brade halfaker; ye northermaste Flaske under ye lange furlange; ye northermaste halle dale atte lange furlange; ye westermaste lant; ye crokes; ye litle but aut de Schowelle Brat o Blake mittlinge; ye northlange o vestehalf ye Beres, ye eastere dotde mere; ye westermare but bi ye burne sitleid [st *dotted for deletion*] yulf ye sowderermaste tunge. Et preterea dedi et concessi dictis priori et conventui quandam partem tofti mei in Fletham ex australi parte rivuli, que pars tofti habet in se unam latitudinem ubique, videlicet latitudinem xl[a] et vij. pedum et in longitudine extendit se quantum reliqua pars eiusdem tofti que mihi remanet se extendit. Et sciendum quod quedam porta fiet in capite predicti tofti inter me et dictos canonicos que erit communis mihi et heredibus meis et ipsis et eorum assignatis imperpetuum; tenendas et habendas libere, pure[a] et perpetue sicut ulla elemosina liberior, purior et quietior esse potest. Si autem contingat quod uxor mea me supervixerit heredes mei facient illi plenariam tertiam suam de residuo terre mee de Fletham nomine dotis ad quantitatem que debent eam contingere de bovatis et parte tofti prenominatis. Et ego predictus Robertus et heredes mei totam predictam terram cum pertinentiis dictis priori et conventui imperpetuum warantizabimus et in omnibus defendemus. Ut igitur omnia predicta dibite[b] firmitatis robur optineant presentem cartam [*f19r*] sigilli mei minutione et appositione roboravi. Testibus et cetera.

[a] ms corrected from *purae* [b] sic for *debite.*

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 285.

Note: Date based on relationship to Thomas (I) of Warenton, see note preceding for dating and this family. Thomas (I) of Warenton granted to his brother Robert four bovates of land which included the bovate which Alan son of Fughil once held [**no. 1312**]. Robert of Warenton issued a separate charter which granted to Nostell Priory the bovate of land which Alan son of Fughil once owned with instructions for his wife's dower rights in Fleetham [**no. 1298**]. Robert of Warenton also granted additional land in Fleetham and the liberty to use the mill of Fleetham [**no. 1296**].

893. Sale and quitclaim with warranty by Ingram of Warenton of all lands and tenements he holds from the prior and canons in the vills of Elford and Fleetham [Northumberland] and he surrenders all documents and muniments he holds concerning these lands and tenements. For this the canons gave Ingram a sum of money. f119r/p. 293

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Ingerami de Warrendam.

Omnibus Cristi fidelibus hanc cartam visuris vel audituris Ingeramus de Warendam salutem. Noveritis me reddidisse, relaxasse et quietumclamasse imperpetuum a me et heredibus meis domino meo priori de sancto Osuualdo de Nostle et eiusdem loci conventui et eorum successoribus, pro quadam summa pecunie quam mihi dederunt, totas terras et tenementa que tenui de predictis priore et conventu in villis de Eleford' et Fletham tam in dominicis quam in servitiis, villanagiis, homagiis, wardis, releviis, eschaetis, molendinis et omnibus aliis pertinentiis suis sine aliquo retenemento; habend' et tenend' dictis priori et conventui et eorum

successoribus imperpetuum libere, quiete et integre ut tenementum suum proprium. Ita quod nec ego Ingeramus nec heredes mei nec aliquis nomine nostro ius vel clamium versus predictas terras et tenementa cum pertinentiis supranominatis aliquo modo exigere possimus imposterum vel vendicare. Et insuper pro me et heredibus meis reddidi dictis priori et conventui omnia scripta et munimenta que ego Ingeramus vel antecessores mei de predicto priore vel eius predecessoribus de predictis terris et tenementis cum pertinentiis habuimus. Ita quod si forte aliquod scriptum aliquo tempore futuro inde inveniatur pro nullo habeatur. Concedo etiam et presenti carta confirmo quod si predictus prior et conventus vel eorum successores per me vel heredes meos vel per aliquem nomine nostro de predictis terris et tenementis cum pertinentiis prenominatis implacitantur aut vexentur. Ego Ingeramus et heredes mei predictas terras et tenementa cum pertinentiis dictis priori et conventui et eorum successoribus contra omnes homines et dotes mulierum imperpetuum warantizabimus et defendemus. In cuius rei testimonium presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Ingram of Warenton and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Ingram of Warenton was the heir of his father Thomas (I) and he was living as late as 1279 and probably dead by July 1288, see note preceding **no. 892**. His son and heir Simon of Warenton entered into a final concord to quitclaim his right to this land c. 25 July 1288 [**no. 1301, 1306**]. This grant by Ingram may have included the rents he granted to Nostell Priory from six acres in Fleetham [**no. 1299**].

894. Grant and quitclaim by Robert (II) de Muschamp of his serf [*nativum*] William of Middleton son of Thomas of Ross and his issue and chattels which Robert had proved his right before the itinerant justices in Newcastle. f119r/p. 293

11 November 1249

Rubric: Carta Roberti de Muscampi.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Robertus de Muscamp' eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse, quietum clamasse priori et conventui de sancto Osuualdo de Nostle pro anima patris mei et matris mee et antecessorum meorum et successorum Willelmum de Middelton' filium Thome de Ros quondam nativum meum quam distrationam coram iusticiarios itinerantibus apud Novum Castrum cum tota sequela sua et cum omnibus catallis suis et omnibus aliis rebus quocumque modo ad eum spectantibus; tenend' et habend' in liberam, puram et perpetuam elemosinam sine aliqua calumpnia de me et heredibus meis imperpetuum. Et ego dictus Robertus et heredes mei dictum Willelmum cum tota sequela sua et cum omnibus catallis suis sicut prescriptum est predicto priori et conventui de sancto Osuualdo contra omnes homines warantizabimus ubique defendemus. Et ut hec mea donatio, concessio, quietaclamatio et huius presentis carte mee confirmatio rata et stabilis imperpetuum permaneat huic scripto sigillum meum apposui. Datum die sancti Martini in yeme anno grate m° c°c° xl° nono. Hiis testibus et cetera.

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 83n.

Note: Robert de Muscamp occurred in 1220 in a disagreement with Nostell Priory regarding his lack of payment of the tithes of mills and hay and the oblations to the church of Belford [**nos. 911, 1315**]. Robert (II) de Muschamp was dead by 13 October 1251 [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, pp. 375, 395].

895. An agreement between Simon (III) of Lucker on the one part and the prior and convent on the other part concerning the advowson of the chapel of Lucker [Northumberland] and impediments to the men of the canons of Bamburgh in Lucker [Northumberland], whereby Simon quitclaims all right and claims to the advowson of the chapel to the prior and canons (which the canons had from an ancient grant). Simon agrees that the chaplains of the chapel and the two men of the canons holding 2 bovates of land in Lucker, shall have all communal rights without supervision by the forester or serjeant [*serviens*] saving to Simon the enclosures called Wasandemerstrother and Winnelei cum Flaskes. The clerk of the chapel shall have commons rights for 2 cows and their issue and sufficient firewood with supervision of his serjeant [*serviens*]. Simon will render annually to the church of Bamburgh 9*s* for the tithes for 2 mills then established. The prior and canons grant that Simon will be quit of all other tithes of the mills. ff119r-v/pp. 293-94

1244

Rubric: Carta Symonis de Lucre.

Omnibus Cristi fidelibus Symon de Lucre salutem. Noverit universitas vestra quod cum contentio mota fuisset inter me et priorem et conventum sancti Osuualdi de Nostl' super advocatione capelle de Lucre et super impedimentis hominum canonicorum de Bambur in villa de Lucre existentium; item super introitibus et existibus [*sic*] communis et aliis asiamentis eorumdem canonicorum et hominum suorum. Et ego Symon predictus vocatus essem ad iudicium peremptorie super premissis responsurus in hunc modum dicta contentio conquievit anno grate m° c°c° xl° quarto, videlicet quod ego Symon omne ius et clamium pro me et heredibus meis quod habui vel habere potui in advocatione predicte capelle priori et conventui et ecclesie de Bamburc remisi et imperpetuum quietum clamavi. Et sciendum est quod capellanus qui serviturus est capelle de Lucre que spectat ad ecclesiam de Bamburc et duo homines predictorum canonicorum qui tenent duas bovatas terre cum pertinentiis in villa de Lucre quibus capella de Lucre dotata est ab antiquo. Habebunt omnia communa asiamenta ad villam de Lucre pertinentia sine visu forestarii vel servientis et sine aliquo impedimento infra villam et extra, salvis predicto domino Symoni suis defensis, scilicet Wasandemerstrother et Winnelei cum Flaskes. Clericus vero dicte capelle communam habebit ad duas vaccas cum sequela earum et habebit focale sufficiens sibi per visum servientis. Cotarius vero predictorum canonicorum pro voluntate sua sibi querere molendinum. Item ego Symon et heredes mei ecclesie de Bamburc solvemus annuatim novem solidos tantum modo nomine decime ad duos terminos pro duobus molendinis tunc fundatis, scilicet quatuor solidos et sex denarios ad Pentec' et quatuor solidos et sex denarios ad festum sancti Martini in yeme. Concesserunt autem [*f119v*] predicti prior et canonici quod ego Symon et heredes mei quieti erimus ab omni decima predictorum molendinorum pro novem solidis prenominatis. Et ad maiorem securitatem presenti scripto ego Symon et predictus prior hinc inde sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus et cetera.

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 237n.

Note: On 20 January 1221 Simon (II) of Lucker admitted to paying 2*s* in tithes of hay and mills for the mill of Lucker [no. 908]. Simon (III) Lucker was married to Juliana daughter of Thomas (I) of Warenton, see note preceding no. 892. The parish of Bamburgh had been granted to Nostell Priory by King Henry I and confirmed on 7 January 1122 although there were difficulties in the right of presentation until the 1200s, but the ancient charter mentioned here may be the charters of King Henry I [B004].

896. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Simon of Lucker 'the third' of 2 tofts with crofts and 3 bovates of land in his demesne in Lucker, [Northumberland, various locations described]. The canons shall have the same freedoms as the canons of Alnwick and their tenants and they may enclose with a wall or a ditch their tofts and crofts and they may make the marshland firmer for building or planting or peat. f119v/p. 294

[13th century, before 1244]

Rubric: Carta Symonis de Lucre tertii.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Symon de Lucre tertius salutem in Domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et animarum omnium antecessorum et successorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus duo tofta cum croftis et tres bovatas terre cum pertinentiis de dominico meo in villa et territorio de Lucre, unum scilicet toftum cum crofto que est proximum tofto domini Willelmi de Turbervill' ex occidentali parte quod continet infra se in longitudine et latitudine, unam acram et dimidiam et dimidia acra tofti abbutat super Warnet et ad fontem versus capellam beati Petri, idem toftum continet in latitudine decem perticatas terre, et aliud toftum cum crofto de dimidia acra super Fawenside et totum mariscum proximo adiacentem eidem tofto ex occidentali parte de predictis autem tribus bovatis terre, sex acre cum duabus acris prati iacent super Bleristan; et septem acre una roda minus super Benlandes et octo [are *dotted for deletion*] acre una roda minus super culturam Roberti et due acre una roda minus ex australi parte de Winelei; et quatuordecim acre una roda minus super [af *dotted for deletion*] Alichfeld; tenend' et habend' Deo et predicte ecclesie et predictis canonicis in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum omnibus pertinentiis suis communis et asiamentis [in *dotted for deletion*] infra villam de Lucre et extra, in bosco et plano, viis, semitis, aquis, stagnis, petariis et mariscis et moris, scilicet in omnibus locis ubi canonici de Alnewic et eorum tenentes in predicta villa et territorio communicant libere, quiete, pure et pacifice cum liberis introitibus et exitibus adeo libere, sicut aliqua elemosina in episcopatu Dunolm' liberius et purius tenetur aut possidetur. Et licebit predictis canonicis et eorum tenentibus claudere tofta sua et crofta cum marisco prenominato muro sepe vel fossa et eisdem edificare et plantare et de marisco facere quicquid ad comodum suum voluerint et firmare terras predictas de mariscis sive de petariis. Ego vero predictus Simon et heredes mei omnia predicta Deo et predictis ecclesie et canonicis contra omnes homines et dotes mulierum warantizabimus et imperpetuum defendemus. Si autem contingat quod predicti canonici vel eorum tenentes predictam terram vel partem eiusdem vi vel ratione amiserint, ego predictus Synon [*sic*] et heredes mei plenarium escambium faciemus eidem de terra nostra de Lucre nisi eligere voluerint ad equivalentiam terre amisse. Ut autem omnia predicta perpetue firmitatis robur optineant presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 235n.

Note: Date based on Simon (III) of Lucker and the lease of this land by Prior Stephen. See note preceding **no. 892** concerning Simon (III) of Lucker. Prior Stephen leased this land before 1244 [**no. 898**]. The mention of the same freedoms as the canons of Alnwick may refer to the grant made by Simon (III) Lucker to the Premonstratensian house of canons at Alnwick [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 235n; KH, pp. 84-5].

897. Similar but not identical repeat of no. 895. ff119v-120R/pp. 294-95

1244

Rubric: Carta Symonis de Lucre.

Omnibus Cristi fidelibus Symon de Lucre salutem. Noverit universitas vestra quod cum contentio mota fuisset inter me et priorem et conventum sancti Osuualdi de Nostle super advocatione capelle de Lucre et super impedimentis hominum canonicorum de Bamburc in villa de Lucre existentium; item super introitibus et exitibus communis et aliis asyamentis eorundem canonicorum et hominum suorum et sequela multure quam ab' [*sic*] ipsis hominibus exigebam in hunc modum dicta contentio conquievit anno gratie m° c°c° xl° quarto: videlicet quod ego Symon omne ius et clamium pro me et heredibus meis quod habui vel habere potui

in advocatione predicte capelle priori et conventui et ecclesie de Bamburg' remisi et imperpetuum quietumclamavi. Et sciendum est quod capellanus qui serviturus est capelle de Lucre que spectat ad ecclesiam de Bamburg' et duo homines predictorum canonicorum qui tenent duas bovatas terre cum pertinentiis in villa de Lucre quibus capella de Lucre dotata est ab antiquo habebunt omnia communa et asiamenta ad villam de Lucre pertinentia sine visu forestarii vel servientis et sine aliquo impedimento infra villam de Lucre et extra, salvis mihi defensis meis, scilicet Wasandemerstrother et Wymeleye cum Flaskes. Clericus vero dicte capelle communam habebit ad duas vaccas cum sequela earum et habebit focale sufficiens sibi per visum servientis. Cotarius vero predictorum canonicorum habebit unam vacca cum sequela et focale per visum servientis sicut et clericus sequela etiam quam a dictis hominibus ad moledina mea exigebam eis imperpetuum remisi. Item ego Symon et heredes mei ecclesie de Bamburc solvemus annuatim ix. solidos tantum nomine decime ad duos terminos pro duobus molendinis tunc fundatis, scilicet iiij. solidos et vj. denarios ad Pentec' et iiij. solidos et vj. denarios ad festum sancti Martini in yeme. Concesserunt autem predicti prior et canonici quod ego Symon et heredes mei [*f120r*] quieti erimus ab omni decima predictorum molendinorum pro novem solidis prenominatis. Et ad maiorem huius rei securitatem presenti scripto ego Simon et predicti prior et conventus huic scripto cyrographato sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus et cetera.

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.*. 1, p. 237n.

Note: This document differs from **no. 895** only in that the *cotarius* of the canons may also have common rights for a cow. See note **no. 895** for further information.

898. Lease by Prior Stephen and the convent to Walter son of William of Chett', their clerk, of the land in Lucker [Northumberland] which they had from the gift of Simon (III) of Lucker 'the third' [as described no. 896], rendering annually 2*s* to the prior and convent. f120r/p. 295

[18 November 1240 x 1244]

Rubric: Carta Stephani prioris concessa Waltero filio Willelmi de Chett' clerico.

Omnibus Cristi fidelibus hanc cartam visuris vel audituris Stephanus prior de sancto Oswaldo et eiusdem domus conventus salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos ex comuni sensu [*sic*] et assensu capitali nostri concessisse, dedisse et hac presenti carta nostra confirmasse Waltero filio Willelmi de Chett' clerico nostro pro servitio suo duo tofta cum croftis et tres bovatas terre de dominico cum suis pertinentiis et libertatibus in villa et territorio de Luker sine aliquo retenemento, que habemus in puram et perpetuam elemosinam de dono domini Simonis de' [*sic*] Luker tertii, sicut carta eius quam de eo habemus testatur, unum scilicet toftum cum crofto quod est proximum tofto domini W. de Turbervill' ex occidentali parte quod continet infra se in longitudine et latitudine unam acram et dimidiam et dimidia acra tofti abbutat super Warner et ad frontem versus capellam beati Petri, idem toftum continet in latitudine decem perticatas terre, et ad toftum cum crofto de dimidia acra super Fawenside et totum mariscum proximo adiacentem eidem tofto ex occidentali parte de predictis a [*sic*] tribus bovatis terre sex acre cum duabus acris prati iacent super Bleristan; et septem acre una roda minus super Benlandes; et octo acre una roda minus super culturam Roberti; et due acre una roda minus ex australi parte de Winelei, et quatuordecim acre una roda minus super Faulfelde; tenend' et habend' sibi et heredibus suis vel eorum assignatis de nobis et successoribus nostris imperpetuum, libere, pure, quiete, pacifice et honorifice cum omnibus pertinentiis suis communis et asiamentis infra villam de Luker et extra cum liberis introitibus et exitibus, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in viis et semitis, in aquis et stagnis, in molendinis, in pectariis, in mariscis et moris et in omnibus locis

ubi canonici de Alnewic et eorum tenentes in predicta villa et territorio communicant, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris duos solidos, scilicet duodecim denarios ad Pentec' et xij. denarios ad festum sancti Martini in yeme, pro omnibus servitiis, consuetudinibus, exactionibus, ausiliis, releviis et omnibus aliis demandis que a nobis vel a successoribus nostris vel ab aliquo exigi possunt vel debent; et licebit Waltero et heredibus suis vel eorum assignatis claudere tofta sua et crofta cum marisco prenominato muro sepe vel fossa et in eisdem edificare et plantare et de marisco facere quicquid ad suum comodum voluerint et firmare terras predictas de mariscis sive de petariis. Prohibemus etiam ne quis canonicorum nostrorum vel ballivorum dicto Waltero et heredibus suis vel eorum assignatis iniuriam vel gravamen de predicto tenemento iniuste inferant vel inferri promittant. Si vero predictus Walterus vel heredes sui vel assignati sui in forisfactum versus nos vel successores nostros inciderint dabunt pro forisfacto xij. denarios tantum et nullam ad placita nostra facient sequelam nisi habeant aliquem implacitare vel aliquis illos. Ego vero Stephanus prior de sancto Osuualdo et eiusdem domus conventus dicto Waltero et heredibus suis vel eorum assignatis dictam terram cum pertinentiis suis ut predictum est pro predicto servitio contra omnes homines et feminas warantizabimus imperpetuum et defendemus. Et in huius rei testimonium huic scripto sigilli nostri capituli autenticum apposuimus. Hiis testibus et cetera.

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 236n.

Note: Date based on grant of land by Simon (III) of Lucker and the rule of Prior Stephen. This was the land which Simon (III) Lucker granted to Nostell Priory [no. 896]. The predecessor of Stephen as prior of Nostell Priory died 18 November 1240 and Stephen ceded office in 1244 [Smith, *Heads* II, p. 438].

899. Sale and quitclaim by Adam de Prendregest and his wife Margaret to the prior and convent by the hand of William of Clifford then proctor of the church of Bamburgh, of all the lands and tenements which they hold of the canons in the vills of Fleetham and Elford [Northumberland], except the third part of the mill of Fleetham which is Margaret's dowry. For this the canons gave Adam and Margaret a sum of money. f120r/p. 295

[13th century, before 1255]

Rubric: Carta Ade de Prendregest'.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Adam de Prendregest et Margareta uxor sua salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos ex communi consensu et assensu nostro quietum clamasse imperpetuum domino nostro priori de sancto Osuualdo de Nostl' et eiusdem loci conventui et eorum successoribus pro quandam summa pecunie quam nobis dederunt totas terras et tenementa que tenuimus de predictis priore et conventu in villis de Fletham et de Helforda tam in dominicis quam in servitiis, villagiis, homagiis, escaetis et omnibus aliis pertinentiis suis sine aliquo retenemento, excepta tertia parte molendini de Fletham que accidit predicte Margarete nomine dotalici; tenend' et habend' dictis priori et conventui libere, quiete et integre ut tenementum suum proprium. Ita et nec ego Adam nec Margareta uxor mea nec aliquis nomine nostro ius vel clamium versus predictas terras et tenementa cum pertinentiis suis aliquo modo exigere possimus imposterum vel vendicare. Ego vero Adam de Prendregeste et Margareta uxor mea spontanea voluntate nostra in manu fratris Willelmi de Clifforda tunc procuratoris ecclesie de Bamburc affidavimus et fideliter promisimus[a] et sine fraude et malo ingenio omnia prescripta erga predictos priorem et conventum observabimus illesa. Et ad maiorem securitatem huic scripto sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus et cetera.

[a] ms *premisimus*

Note: Date based on William of Clifford. William of Clifford occurred as the proctor of Bamburgh c.1248 and was probably the same William of Clifford who was prior of Nostell Priory after 4 January 1255 until his death 16 August 1277 [Smith, *Heads* II, p. 329]. The mill of Fleetham was held by Robert of Warenton, brother of Thomas (I) of Warenton but there is nothing in the Cartulary to explain Margaret's relationship to the descendants of the Warenton family or by what right she held a third of the mill [**no. 1296, also see note preceding no. 892**].]

900. Grant by William of Breedon, chaplain, of an acre of land called Kirkeflat in the territory of Bamburgh [Northumberland, described], rendering annually to Thomas (II) of Warenton 1*d* or a pair of gilt spurs. f120r-v/pp. 295-96

[13th century, before 24 April 1256, possibly before September 1240]

Rubric: Carta Willelmi de Bredon' capellani.

Omnibus has literas visuris vel audituris Willelmus de Bredon' capellanus salutem in Domino. Noverit universitas vestra me divine caritatis intuitu et pro salute anime mee dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie beati Osuualdi [*f120v*] de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus unam acram terre in territorio de Bamburg' in cultura que vocatur Kirkeflat, illam videlicet que iacet inter terram Willelmi filii Avenel et terram Nigelli de Bamburg'; tenend' et habend' libere et quiete, pacifice et integre cum omnibus asiamentis ad eandem acram pertinentibus, reddendo inde annuatim Thome de Warneham et heredibus suis vel suis assignatis unum denarium vel unum par cyrotecarum in die sancti Osuualdi pro omni servitio et demanda et omnibus contingentibus. Et ut ista donatio et concessio stabilis sit et firma presens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Thomas (II) of Warenton. Thomas (II) was dead by 24 April 1256 [**no. 62**]. William of Breedon occurred as the proctor of the cell of Bamburgh on 16 September 1240 which suggests this document was at least before that date [**no. 901**]. See note preceding **no. 892** concerning Thomas (II) of Warenton and his family.

901. Quitclaim, following a dispute, by Thomas (II) of Warenton to Brother William of Breedon, then proctor of the church of Bamburgh, of his right to collect, in advance of the due date, a part of the farm of William's men in Elford [Northumberland] and the men will only pay this if they wish. For this quitclaim William gave Thomas (II) a sum of money. f120v/p. 296

16 September 1240

Rubric: Quoddam contentio inter Thomam de Warneham inter W. de Bredon'.

Anno gratie m° c°c° xl° dominica proxima post exaltationem sancte crucis cum contentio mota fuisset inter dominum Thomam de Warneham ex una parte et fratrem Willelmum de Bredona tunc procuratorem ecclesie de Bramburg' ex altera super eo quod ipse Thomas indibite exigeret ab hominibus suis de [clifford *dotted for deletion*] Eleford quolibet anno quamdam partem firme sue ante debitos terminos et ipse Willelmus non pateretur sed incontrarium contenderet tandem contentio mota in hunc modum quievit: videlicet quod predictus Thomas pro se et omnibus successoribus suis predictos homines et eorum successores ab huius exactione quietos clamavit imperpetuum, nisi ipsi homines sua sponte hoc facere velint, et pro hec quietaclamatione dedit predictus W. predicto Thome quamdam summam pecunie. In cuius rei testimonium predictus Thomas huic scripto sigillum suum apposuit. Hiis testibus et cetera.

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 286n.

Note: Thomas (II) of Warenton was dead by 24 April 1256 [**no. 62**]. William of Breedon appeared earlier as with the title 'chaplain' [**no. 900**].

902. Grant with warranty by Richard son of William the cook of Bamburgh to the convent of St Oswald and the church of St Aidan of Bamburgh [Northumberland] of all his land with burgage and buildings in Bamburgh [described]. f120v/p. 296

[mid-13th century, before 1264]

Rubric: Carta Ricardi filii Willelmi coci de Bamburg'.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Ricardus filius Willelmi coci de Bamburg' salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta confirmasse priori et conventui sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis eorumdem in ecclesia sancti Aydani de Bamburg' ministrantibus totam terram meam cum burgag[iis] et edificiis quam habui in villa et territorio de Bamburg', tam illam que me contingebat iure hereditario quam illam quam de dono seu de emptione sine aliquo alio modo in aliquo tempore ab aliquibus iuste adquiseram. Est autem terra illa cum burgagiis iuxta viam que ducit ad Straythe ad occidentem et extendit se usque ad pratum domini regis et iacet inter terram quondam Ade filii Alberi et terram Roberti filii Rogeri de Hopum; tenend' et habend' dictis priori et conventui et antedictis canonicis adeo libere, quiete et honorifice sicut aliqua burgagia infra villam de Bamburc et extra liberius, quietius et honorificentius dari possit vel possideri cum omnibus libertatibus et asiamentis et liberis consuetudinibus ad tantum tenementum pertinentibus. Ego vero dictus Ricardus et heredes mei totam prenominatam terram cum burg[agiis] et edificiis predictis priori et conventui et eorundem canonicis ut prefatum est contra omnes homines warantizabimus et imperpetuum defendemus, excepto servitio domini regis quod debetur pro tanto tenemento secundum consuetudinem ville de Bamburc. Et ad maiorem huius rei securitatem huic scripto sigillum meum duxi apponendum. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Richard son of William and the latest entry made by Scribe A [see chapter V]. Richard was dead by 20 November 1293, the latest date by which his son Walter son of Richard had made a writ of entry for this land against William Gray of Bramham and Nostell Priory [nos. 1209, 1306].

903. Grant by Prior John and the convent to Robert of Alnham, clerk, that, for his quitclaim of all the tenement which he held of them in Bamburgh [Northumberland, described], the canons grant that whomsoever holds their chapel of Tuggal [Northumberland] shall annually render 4*s* of silver to Robert. f120v/p. 296

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta Iohannis prioris concessa Roberto de Alnham.

Omnibus has literas visuris vel audituris Iohannes prior et conventus sancti Osuualdi de Nostl' eternam in Domino salutem. Noverit universitas nostra nos dedisse et concessisse et hac nostra presenti carta confirmasse Roberto de Alnham clerico et quibus assignare voluerit quatuor solidos argenti annuatim a nobis percipiendos pro quieta clamatione totius tenementi quod de nobis tenuit in villa de Bamburc, secundum quod iacet inter cimiterium sancti Aydani et terram quod Adam Dod de nobis tenuit pacandos ei annuatim vel assignatis suis, medietatem ad festum sancti Martini et aliam medietatem ad Pentec'. Et ut quietius et liberius ipse vel eius assignati ad predictos terminos predictos quatuor solidos annuatim percipiant. Providimus et presentis carte testimonio confirmavimus ut quicumque terram ad capellam nostram de Tugehal' spectantem de nobis tenuerit eidem Roberto de Alnham clerico vel eius assignatis predictos quatuor solidos solvat annuatim ad predictos terminos sine omni contradictione et difficultate. Ipse vero Robertus abiuravit et quietum clamavit pro se et pro omnibus successoribus suis totum predictum tenementum imperpetuum. Ita

quod nec ipse nec successores eius aliquid iuris vel clamii poterunt habere decetero versus predictum tenementum de Bamburc vel predictam terram de Tugehal' vel versus ipsum qui eam de nobis tenuerit nisi tantum de predictis quatuor solidis eis ad predictos terminos annuatim fideliter solvendis. Et ut omnia predicta rata maneant et inconcussa tam nos quam ille presentem cartam sigillis nostris hinc inde positis roboravimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Prior John of Nostell Priory. John was probably elected c. 24 July 1208 and he died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283].

904. Sale and quitclaim by Robert the clerk of Alnham to the prior and canons of the annual rent of 4*s* from his tenement in Bamburgh [described, Northumberland] which he had sold to the canons. ff120v-121r/pp. 296-97

[c. 24 July 1208 x 1264]

Rubric: Carta Roberti clerici de Alnham.

Omnibus has literas visuris vel audituris Robertus clericus de Alnam eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me vendidisse et hac presenti carta [*f121r*] mea quietum clamasse pro me et heredibus et successoribus meis domino priori et conventui de sancto Osuualdo annuum redditum quatuor solidorum pro tenemento meo in villa de Bamburg' quod eis vendidi pro quatuor solidis annuatim percipiendis, secundum quod iacet inter cimiterium sancti Aydani et terram Ade Dod. Ita quidem quod nec ego nec aliquis ex parte mea aliquid iuris vel clamii habere poterimus versus predictum tenementum de Bamburg' nec versus dictum annuum redditum quatuor solidorum decetero. Et ut omnia predicta rata maneant et inconcussa presentem cartam sigilli mei appostione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rule of Prior John of Nostell Priory and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. The tenement describe here was granted to Nostell Priory, with the 4*s* rent agreed, during the rule of Prior John and his election c. 24 July 1208 provides the earliest date, see no. 903.

905. Quitclaim by William Heron of all rights and claim to land in Elford [Northumberland], namely that which he held by seisin in the name of Thomas (II) son of Ingram of Warenton and his '*neptis*' Lucy. f121r/p. 297

[13th century, probably before 24 April 1256]

Rubric: Carta Willelmi Heyrun.

Omnibus Cristi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris Willelmus Heyrun salutem. Noveritis me remisisse et presenti scripto quietum clamasse pro me et heredibus meis et successoribus meis seu assignatis meis domino priori et conventui de sancto Osuualdo de Nostl' et eorum successoribus imperpetuum totum ius et clameum quod habuimus vel aliquo modo habere potuimus in terra de Eleford' cum pertinentiis sine aliquo retenemento. Ita quod nec ego nec heredes mei successores vel assignati mei versus predictam terram de Eleford cum pertinentiis ratione vel nomine saysine quam de predicta terra cum pertinentiis habui sub nomine Thome filii Ingrami de Warenham et Luciane neptis mee nec aliquis nomine nostro ius vel clameum aliquo tempore decetero exigere possimus aut vendicare. Et in huius rei testimonium presens scriptum sigilli mei impressione roboravi. Hiis [testibus] et cetera.

Note: Date based on death of Thomas (II) of Warenton. Thomas (II) of Warenton, son of Ingram of Warenton, predeceased his father and his widow Lucy had married secondly Thomas Akilde by 24 April 1256 [no. 62]. The mention of Thomas (II) suggests that he was still alive at the recording of this quitclaim. William de Heron, was

constable of Bamburgh castle as early as 1246 and Sheriff of Northumberland in 1257 [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, pp. 32-34].

906. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by John the sheriff [*vicecomes*] son of John the sheriff [*vicecomes*] to the church of St Aidan, Bamburgh [Northumberland] of all his land called Hokemores [described Northumberland] in lieu of his tithes of hay of Burton and those paid by his men. f121r/p. 297

[13th century, before 25 July 1245]

Rubric: Carta Iohannis vicecomitis filii Iohannis vicecomitis.

Universis sancte matris ecclesie filiis Iohannes vicecomes filius Iohannis vicecomitis salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et animarum antecessorum et successorum meorum concessisse, dedisse et hac mea presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Aydani de Bamburg' in liberam, puram et perpetuam elemosinam totam terra illam que vocatur Hokeneris cum libero introitu et exitu ad eandem illam, scilicet terram que iacet ex meridionali parte de Humriges et protenditur a terra arabili que est ex occidentali parte de Hokeneris usque ad divisam que est inter me et Thomam de Warneham versus orientem et habet ex meridionali latere Humberforde flate nomine decime feni mei de Burtona et feni hominum meorum de eadem; habendam et tenendam libere, quiete, solute et pacifice sicut aliqua elemosina potest liberius, quietius et honorificentius concedi et dari. Ego vero Iohannes et heredes mei warantizabimus totam predictam terram et defendemus Deo et predicte [ecclesie *omitted*] sancti Aydani ubique in omnibus et contra omnes homines. Ut autem omnia prescripta rata maneant imperpetuum et inconcussa presentem cartam sigilli mei appositione corroboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on John son of John the sheriff 'le Visconte' and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. John son of John the sheriff occurred with his father in a grant to the Cistercian nuns of Coldstream, Berwick and his father was dead by 1244 [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, pp. 201n, 289]. In 1242-3 John 'le Viscunt' held in chief of the king for 3 knights' fees in Warenton, Burton and elsewhere in Northumberland and Thomas (II) Warenton held of John for a half knight's fee [*Testa de Nevill*, p. 1117]. John confirmed a grant of land leased during the rule of Prior Robert [de Behall], which suggests an active adult life of the mid 13th century [nos. 907, 917]. John 'le Visconte' was dead by 25 July 1245 [*Cal. Inq. PM Henry III*, p. 12 no. 48]. Thomas (II) of Warenton mentioned as a neighbour was dead by 24 April 1256, see note preceding no. 892.

907. Lease with warranty in the form of a chirograph by Prior Robert and the convent to William Duglas of all the land in the *cultura* called Redeforde Pornlayes in Warenton [Northumberland] which Walter of Warenton the chamberlain gave to canons, rendering annually to the canons half a mark of silver. f121r/p. 297

[18 May 1246 x 4 January 1255]

Rubric: Carta Roberti prioris concessa Willelmo de Duglas.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit frater Robertus prior et conventus sancti Osuualdi de Nostle salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos dedisse, concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse domino Willelmo de Duglas et heredibus vel assignatis suis totam terram cum pertinentiis quam Walterus de Warneham camerarius nobis dedit in territorio [*corrected from* territoriotorio] de Warneham in cultura que vocatur Redeforde Pornlayes'; tenend' et habend' dicto Willelmo et heredibus vel assignatis suis libere, quiete, pacifice et integre, reddendo nobis annuatim dimidiam marcam argenti ad duos anni terminos, videlicet medietatem ad festum sancti Martini in yeme et aliam medietatem ad Pentec' pro omni servitio seculari, exactione et demanda. Nos vero totam predictam terram cum pertinentiis predicto Willelmo

et heredibus vel assignatis suis pro predicto servitio contra omnes homines warantizabimus et defendemus. In cuius rei testimonium nos et predictus Willelmus huic scripto cyrographato sigilla nostra mutuo apposuimus.

Note: Date based on rule of Robert de Behall as prior of Nostell Priory. Robert's predecessor as prior died 18 May 1246 and Robert died 4 January 1255 [Smith, *Heads* II, p. 438]. This land was granted to Nostell Priory by Walter of Warenton, chamberlain and son of Adam of Warthecop [no. 916]. The grant was confirmed by John son of John the sheriff [no. 917].

908. The sentence by papal judges delegate B[artholomew] the abbot of Alnwick and master A. archdeacon of Northumberland, with the authority of lord P[andulf] papal legate, concerning the tithes of the mills and hay which N. the proctor of the church of Bamburgh [Northumberland] was claiming in the name of the church. A. of Bradford confessed to having paid until now 12*d* to the church of Bramham for the mill of Bradford, Simon of Lucker likewise confessed to paying until now 2*s* to the same for the mill of Lucker and W. of Wlecest [Outchester] confessed to paying to the same 3*s* for his mill in Outchester. All admitted that they paid this not by force but voluntarily. The judges directed that the tithes lawfully belong to the church of Bamburgh and all the tithes were to be paid. ff121r-v/pp. 297-98

Bamburgh, 20 January 1222

Rubric: Quedam sententia super quibusdam decimis molendini et feni.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit B. dictus abbas de Alnewic et magister[a] A. archidiaconus Norhumbrie salutem in Domino. Sciat dilectio vestra quod Alexander de Bradeford', Symon de Lucre et Willelmus de Wlecestre milites constituti coram nobis in iudicio auctoritate domini P. legati Anglie pro decimis molendinorum et feni, quas N. procurator ecclesie de Bamburc ab ipsis nomine ecclesie vendicabat. Confessus est A. de Bradeford se et predecessores suos xij. denarios actenus solvisse ecclesie de Bamburc nomine decime de molendino de Bradeford. Symon vero predictus confessus est se et predecessores suos actenus solvisse ij. solidos ecclesie de Bamburc de molendino de Lucre nomine decime. W. etiam de Wlecestre confessus est se et predecessores suos actenus solvisse iij. solidos ecclesie de Baenburc de molendino de Wlecestre nomine decime. Interrogati si decimam predictam solverent per coactionem aliquam vel firmam vel compositionem responderunt quod non sed voluntate spontanea. Et nos auditis interrogationibus et responsionibus partium auctoritate predicti legati [*f121v*] mediante iustitia ad legitimas decimas de molendinis sepedictis ecclesie de Bamburc persolvendas sententialiter condempnamus. Act' apud Bamburc' anno incarnationis Domini m° cc° xxi°, die scilicet sanctorum Fabiani et Sebastiani. Testibus et cetera.

[a] ms *magistro*.
Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 295n.

Note: Alexander of Bradford, Simon (III) of Lucker and William of Ulcestre [Outchester] witnessed a grant made by Thomas (II) of Warenton to the Cistercian house of nuns of Coldstream, Berwick, which is dated by the witness of William Biscop, chaplain of Bamburgh, Biscop occurred with William of Breedon proctor of Bamburgh [nos. 916, 917] [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 136n]. Simon (III) was otherwise active as early as 1244 and was dead by 1288, see note preceding no. 892. A William Ulcestre occurred in the 1270s and thus a contemporary of Simon (III) [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 201n]. William of Ulcestre occurred in 1278 [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 201, 201n]. It is possible the men in this document are of an earlier generation as there was an earlier William of Ulcestre and a Simon (II) of Lucker.

909. Agreement between Prior John and the convent on the one part and Ralph de Gaugy on the other whereby the prior grants that Ralph and his heirs may have a chapel in their court at the new place called Neubigginke [Newstead, Northumberland] on the condition that the parish church of Bamburgh will retain all spiritual rights and all the oblations and obventions on certain specified

holidays, on all other days all offerings at mass of Ralph or his wife or friends may be retained by the chaplain. The mother church will receive all mortuary dues and the chaplain may only hear confessions, administer sacraments or absolution when there was a danger of death. The chaplain is to swear fealty to the prior of Nostell or the proctor of the church of Bamburgh. If the chaplain fails in his duties he will be removed by the prior or the proctor. f121v/p. 298

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta Iohannis prioris concessa Radulfo de Gaugy.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ita convenit inter Iohannem priorem et conventum de sancto Osuualdo de Nostl' ex una parte et Rad[ulfum] de Gaugy ex altera, videlicet quod predicti prior et conventus concesserunt predicto Rad[ulfo] et heredibus suis ut habeant capellam suam in curia sua apud novum locum qui dictur Neubigginke sub hac forma: scilicet quod predicti prior et conventus retinuerunt sibi omnia spiritualia et omnia que matricem ecclesiam contingunt in omnibus et omnes oblationes et obventiones principales et solempnes et debitas specialitur vero die Nativitatis Domini, die sancto Pasche, die purificationis beate virginis et die Assumptionis beate virginis in cuius honore capella predicta edificatur. Si vero aliis diebus predictus dominus R. de Gaugy vel uxor sua vel alii qui ad eos amicitie vel familiaritatis causa advenerint ex devotione ad missam offerre voluerint. Concesserunt predicti prior et conventus ut capellanus qui capelle deserviet illud sine contradictione ad opus suum retineat. Si vero aliquem de domo vel familia predicti Rad[ulfi] vel aliquam aliorum infirmari vel mori ad predictum locum contigerit de matrice ecclesia de Bamburc omnia ecclesiastica iura percipient et ecclesia de illis denariis suum percipiet quia capellanus illius capelle neminem recipiet ad confessionem nisi in periculo mortis nec aliquod faciat sacramentum; similiter de purificationibus et huius casibus omnibus capellanus vero non qui dicte capelle deserviet dicto priori vel procuratori ecclesie sue de Bamburc presentabitur et fidelitatem faciet antequam celebret; et iurabit quod in omnibus se fideliter habebit erga predictum priorem et conventum et ecclesiam suam de Bamburc et quod omnes oblationes et obventiones et omnia alia que eos contingunt fideliter et sine fraude. Si ipsi presentes non fuerint ad opus ipsorum servabit et servari procurabit et quod fideliter decimas suas dabit si averia vel huiusmodi in parochia nutrierit similiter si wangium vel terram habuerit. Si vero predictus capellanus aliquibus predictis articulis contrarius inventus fuerit, licebit predicto priori vel suo procuratori ipsum quotiens voluerint per tali causa amovere. Ut autem hoc firmitatis robur optineant dicti prior et conventus ex una parte et dictus R. ex altera hoc scriptum sigillis suis hinc inde appositis roboraverunt[a]. Hiis testibus et cetera.

[a] ms corrected from *roboverraverunt.*

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 260n and suggests a date *c.* 1230.

Note: Date based on rule of Prior John of Nostell Priory and occurrence of Ralph Gaugy. John was probably elected Prior of Nostell Priory c. 24 July 1208 and he died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. Robert Gaugy also occurred 23 May 1258 and held land in Newstead [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 236, 236n].

910. Agreement between the prior and convent on the one part and Robert of Ulcestre [Outchester] on the other whereby the prior and canons grant that Robert may have at his expense an oratory and a chantry in his court of Outchester [Northumberland] saving any indemnity to the mother church of Bamburgh and all oblations and obventions. The chaplain shall swear fealty to the prior and convent represented by the proctor of the church of Bamburgh. The chaplain shall not hear confession, nor give absolution nor the sacrament unless there was a danger of death. f121v/p. 298

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta prioris et conventus concessa Roberto de Ulecest'.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ita convenit inter priorem et conventum sancti Osuualdi de Nostel' ex una parte et dominum Robertum de Ulecest' ex altera, videlicet quod predicti prior et conventus

concesserunt predicto Roberto ut habeat oratorium suum in curia sua de Ulecest' et cantariam suam in eodem ad sumptos suos omnibus diebus vite sue tantum ad usum suum et uxoris sue et libere familie sue de Ulec' et hospitum suorum, salva in omnibus indempnitate matricis ecclesie sue de Bamburc sicuti de oblationibus et oventionibus et omnibus aliis que fient in predicto oratorio tam in diebus festis quam profestis. Capellanus vero qui dicto oratorio deserviet antequam divina ibidem celebrare presumat procuratori predictorum prioris et conventus qui pro tempore apud Bamburc residens fuerit presentabitur, qui iurabit quod in omnibus se fideliter habebit erga predictos priorem et conventum et ecclesiam suam de Bamburc. Ita quod nihil sibi de oblationibus sive de aliquibus rebus que ad matricem ecclesiam spectant retinebit nec aliquem ad confessionem recipiet neque ad purificationem nec aliquod ad huiusmodi ibi faciet sacramentum nisi in periculo mortis et hoc sub fideli testimonio quod si secus aliquando fecerit licebit supradictis priori et conventui sive procuratori ecclesie sue de Bamburc ipsum pro voluntate sua ammovere. Dictus vero Robertus omnia prescripta pro se et familia sua corporali prestito sacramento iuravit se fideliter observaturam et cum effectum procuraturum. In cuius rei testimonium presenti scripto cyrographato partes sigilla sua utrobique apposuerunt. Hiis testibus et cetera.

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 201n.
Note: Date based on occurrence of Robert of Ulcestre [Outchester] and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Robert of Ulcestre held a knight's fee of Robert de Muschamp in 1270 and occurred in the 55th regnal year of Henry III [29 October 1270-27 October 1271] as one of eleven knights selected to negotiate with representatives of Scotland concerning revision of the Border Laws [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, pp. 201, 201n, 249n].

911. Definitive sentence by the priors of Bridlington, Kirkham and Malton regarding the disagreement between the prior and convent of St Oswald and Robert (II) Muschamp, represented by A. chaplain, his proctor. Robert (II) Muschamp acknowledges that he will pay the tithes (of mills and hay) to the church of Bamburgh and the obventions of his house made at Belford to the church of Bamburgh and he will restore the land until the ownership can be determined. A. the chaplain swears this for Robert on penalty of 10*m.* ff121v-122r/pp. 298-99

Church of St Michael's Malton, 12 November 1220

Rubric: Quedam controversia mota inter priorem et Robertum de Muscamp'.

Sciant tam presentes quam futuri quod in crastino beati Martini anno dominice incarnationis m° c°c° xx. in ecclesia beati Michaelis apud Malton' coram dominis prioribus de Bridlington' et de Kirkeham et de Maltona controversia mota inter priorem et conventum sancti Osuualdi ex una parte et Robertum de Muschamp' ex altera in hac forma ex consensu utriusque partis est sopita quod ex parte predicti R. de Musco Campo per A. capellanum procuratorem ad transgrediend' datum est concessum quod decimas feni et molendinorum decetero plene persol[*f122r*]vet ecclesie de Bamburc et quod omnes obventiones de domo sua factas apud Beleford' predicte ecclesie de Bamburc decetero in pace dimittet et quod unam acram terre quam capellam de Beleford dant esse spoliatam predicte capelle restituet, salva questione proprietatis predicte acre. Et hec omnia ex parte predicti R. firmiter tenenda sub pena x. marcarum predictus A. capellanus in manu iudicum sollempniter affidavit.

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 374n.
Note: Robert (II) de Muscamp also occurred 11 November 1249 [no. 894]; Robert (II) was dead by 13 October 1251 when his wife Isabel was claiming dower rights in Middleton [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 395]. Robert had evidently invited the procurators of Bamburgh to come to his chapel at Belford to resolve this issue and when

they did not appear he sent his chaplain, A., to meet with the canons [no. 1315]. This agreement must have followed that letter.

912. Notification by Richard [Marsh], bishop of Durham, that he authorises the consecration of a cemetery at the chapel of Tuggal [Northumberland] by R[obert], bishop of Ross, as long as it does not prejudice the mother church of Bamburgh [Northumberland]. f122r/p. 299

[2 July 1217 x 1 May 1226]

Rubric: Carta Ricardi Dunolm' episcopi.

Omnibus Cristi fidelibus presentes literas visuris vel audituris Ricardus Dei gratia Dunolm' episcopus domini regis cancellarius salutem in Domino. Universitati vestre significamus quod per dedicationem cimiterii capelle de Tuggehal' auctoritate nostra per venerabilem fratrem nostrum dominum R. Roscen' episcopum factam voluimus aliquod preiudicium gravari matrici ecclesie de Bamburg, ad quam dicta capella de iure pertinente dinoscitur. In huius rei testimonium huic scripto sigillum nostrum apposuimus. Valete.

Printed: *EEA* 25, no. 251; Bateson, *Hist. Northumb. 1*, p. 345n.

Note: Date based on rule of Richard Marsh, bishop of Durham. Richard Marsh was consecrated Bishop of Durham on 2 July 1217 and died 1 May 1226. Robert was consecrated bishop of Ross 17 February x 1 March 1215 and died in probably 1249. Margaret de Vescy had petitioned Bishop Richard for this cemetery [no. 914].

913. Grant by Prior William [of Clifford] and the convent of St Oswald to William de Valoignes, knight, that he may have a chapel in his court at Newham [Northumberland] to celebrate divine service, safeguarding the rights of the mother church of Bamburgh [Northumberland]. The chapel may have its own chaplain who will swear an oath of fealty to the proctor of the church of Bamburgh. f122r/p. 299

[1 January 1255 x 1264]

Rubric: Carta Willelmi prioris concessa Willelmo de Waloniis.

Universis sancte matris ecclesie filiis presentes literas visuris vel audituris frater Willelmus prior de sancto Osuualdo de Nostl' et eiusdem loci conventus salutem in Domino sempiternam. Noveritis quod cum manerium domini Willelmi de Valoniis militis in villa de Neuham' que est de parochia de Bamburc' per tria miliaria distet a matrici ecclesia de Bamburc. Ita quod propter loci distanciam idem miles et uxor sua et familia sua libera ad predictam matricem ecclesiam comode accedere non possit ad audiend' divina. Nos predicti militis et uxoris sue precibus inclinati eisdem eorumque heredibus quantum in nobis est concedimus ut infra predictum manerium de Neuham capellam habeant in qua per proprium suum capellanum divina audiant quandocumque sibi placuerit una cum libera familia sua, salva in omnibus et per omnia indempnitate matricis ecclesie de Bamburc super cuius indempnitate capellanus qui in dicta capella ministrat vel pro tempore ministrabit sacramentum fidelitatis et obediencie procuratori ecclesie de Bamburc eiusque successoribus prestabit. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum apposuimus. Teste capitulo nostro.

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 271n.

Note: Date based on rule of William of Clifford as prior of Nostell Priory and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. The predecessor of William died 4 January 1255 and William died 16 August 1277 [Smith, *Heads* II, pp. 438-39]. William de Valoignes was also known as William Comyn of Kilbride held the manor of Newham direct from the king for military service and he died in 1282 [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 271].

914. Notification by Margaret de Vescy that the cemetery of the chapel of Tuggal [Northumberland] was consecrated by Robert, bishop of Ross, on the authority of Richard [Marsh], bishop of Durham, without prejudice to the mother church of Bamburgh [Northumberland]. f122r/p. 299

[2 July 1217 x 1 May 1226]

Rubric: Carta Margarete de Vescy.

Omnibus Cristi fidelibus presentes litteras visuris vel audituris Margar[eta] de Vescy salutem. Noveritis quod cum dedicatum fuerit cimiterium capelle de Tuggehal', ad petitionem meam auctoritate domini Ricardi Dunolm' episcopi domini regis cancellarii per manum domini Roberti eadem gratia Roscen' episcopi, ne aliquod preiudicium vel gravamen matrici ecclesie de Bamburg imposterum possit gravari. Huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 345n.

Note: Date based on the rule of Bishop of Durham, Richard Marsh. Bishop Richard confirmed Margaret de Vescy's request [no. 912]. It is possible this was Margaret de Vescy wife of Eustace de Vescy, lord of Alnwick and illegitimate daughter of William the Lion, King of Scots and thus half-sister of King Alexander II of Scotland; Margaret was a widow by August 1216 and her son William de Vescy did not come of age until 1226 [Turner, 'Eustace de Vescy', *DNB*, art. 28253].

915. Notification by Alexander of Middleton Marescald [Marshall] that the prior and convent grant him a lifetime licence to have an oratory and chantry in his court at Middleton [Northumberland] safeguarding the rights of the mother church and of the chapel of Belford. A chaplain may celebrate there if he swears an oath of fealty to the proctor of the church of Bamburgh. All income from the oratory will be given to the church of Bamburgh [Northumberland] saving the mass penny to the chaplain. f122r/p. 299

[mid-13th century, before 1264]

Rubric: Carta Alexandri de Mideltona.

Omnibus Cristi fidelibus presentes literas visuris vel audituris Alexander de Midelton' Marescald' salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod dominus prior et conventus de sancto Osuualdo dederunt mihi licentiam habendi oratorium infra curiam meam apud Midelton' et habendi cantariam in eodem tantum modo in vita mea ad sumptos meos omnimodos, salva in omnibus indempnitate matricis ecclesie de Bamburg' et capelle de Beleford. Ita quod successores mei ratione huius concessionis nichil sibi imposterum iuris possint vendicare habendi iidem oratorium vel cantariam. Capellanus vero qui ibidem celebraturus erit antequam ibi celebret matrici ecclesie de Bamburc faciet fidelitatem de omnibus fideliter observandis et procuratori ecclesie de Bamburc tradendis que de proventibus predicti oratorii evenerint, salvo tantum modo denario missali. Ego vero Alexander Marscald' tactis sacrosanctis Ewangeliis iuravi quod fideliter omnia predicta observabo. Hiis [testibus] et cetera.

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 395n.

Note: Date based on relationship with Robert (II) de Muschamp and latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Robert (II) de Muschamp held the chapel of Belford in November 1220 [no. 911]. The subsidiary relationship described here between Middleton chapel and Belford chapel suggest a possible relationship between Alexander of Middleton and the Muschamp fee. Bateson suggests that the family of 'marshal' inherited the Muschamp fee in Middleton before the mid-13th century and since Robert (II) Muschamp was dead by October 1251 and was succeeded by his three daughters as co-heiresses it is possible that Alexander of Middleton had received the manor in Middleton after Robert (II) de Muschamp's death [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, pp. 375, 395].

916. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Walter of Warenton, chamberlain, son of Adam of Warthecop to canons of St Oswald of all his land with meadow and pasture in Redeforde

in the fields called Withewrthe in the territory of Warenton [Northumberland, described]. ff122r-v/pp. 299-300

[mid-13th century, before 4 January 1255]

Rubric: [*none*].

[O]mnibus Cristi fidelibus presentem cartam visuris vel audituris Walterus de Warnetham camerarius filius Ade de Warthecop eternam in Domino salutem. Noverit vestra me pro salute anime mee et anime Aline uxoris mee et animarum omnium antecessorum meorum et successorum meorum concessisse, dedisse et hac mea presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi regis et martiris de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam totam terram meam ad Redeforde in territorio de Warnetham ex aquilonari parte de Redeforde in campo qui vocatur Withewrthe integre sicut iacet ex utraque parte regie vie que venit ab austro et protenditur ad Beleford cum prato et pastura et ceteris omnibus infra metas culture illius contentis et cum omnibus pertinentiis, libertatibus et aisiamentis ad terram illam spectantibus sine aliquo retenemento liberam, solutam et quietam ab omni seculari servitio et exactione, ita scilicet liberam et quietam sicut aliqua elemosina liberior esse possit et quietior. Ego vero Walterus et heredes mei warantizabimus et defendemus totam predictam terram cum omnibus suis pertinentiis et libertatibus predicte ecclesie sancti Oswaldi et predictis canonicis ubique in omnibus et contra omnes homines tanquam dominicam elemosinam nostram. [*f122v*] Et ut hoc perpetuis temporibus ratum sit et stabile presentem cartam sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus Willelmo Biscop, Willelmo de Bredon' capellanis, Waltero clerico de Chett', Ricardo filio Thome, Rogero Seinpol, Symone de Kente, Thoma Fullon', Henrico Lorimer et multis aliis.

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 214n.

Note: Date based on lease of this land by Prior Robert of Behall, prior of Nostell Priory, see **no. 907**. This land was leased to William Duglas during the rule of Prior Robert whose predecessor died 18 May 1246; and Robert died 4 January 1255 which provides the latest date of this document, see **no. 907**, [Smith, *Heads* II, p. 438]. This grant was confirmed by John son of John the sheriff before his death 25 July 1245 [**no. 917**]. All of the witnesses here, plus others, also witnessed the confirmation of John son of John the sheriff 'le Visconte' suggesting these two documents may have been issued near the same time. Copied by possibly Scribe B [see Chapter V]. William of Breedon was the proctor of Bamburgh 16 September 1240 [**no. 901**]. William Biscop occurred as the chaplain of Bamburgh [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 136n].

917. Confirmation by John the sheriff son of John the sheriff of the grant made by Walter of Warnham, chamberlain, to canons of St Oswald of a *cultura* of land in Redeforde in the territory of Warnham [Northumberland]. f122v/p. 300

[13th century, before 25 July 1245]

Rubric: [*none*].

[O]mnibus Cristi fidelibus presentem cartam visuris vel audituris Iohannes vicecomes filius Johannis vicecomitis salutem. Noveritis me pro salute anime mee et animarum antecessorum et successorum meorum concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi regis et martiris de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam donum quod Walterus de Warnetham camerarius fecit eidem domui de una cultura terre cum suis pertinentiis que iacet ad Redeforde in territorio de Warnetham integre, secundum tenorem carte ipsius Walteri quam inde habent. Et ut hoc ratum sit et stabile presentem cartam sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus: Willelmo Biscop, Willelmo de Bredon' capellanis, Waltero clerico de Chett', Ricardo filio Thome, Symone filio Thome filio Ode, Nigello

Corviser, Iohanne filio Henrici, Gilberto cum Albo equo, Roberto cum Albo equo, Rogero Seinpol, Rogero de Talerington', Simone de Kente, Thome Fullone', Henrico Loriner, Roberto filio Goldewini et multis aliis.

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 214n.

Note: Date based on John 'le Visconte'. John 'le Visconte' was dead by 25 July 1245 [*Cal. Inq. PM Henry III*, p. 12 no. 48]. See note no. 916 for witnesses. The land of this grant by Walter of Warenton was leased by the Priory to William Duglas [nos. 907, 916]. Also see no. 906 for further information regarding John son of John the sheriff or 'le Visconte'. Copied by possibly Scribe B [see Chapter V].

918. Grant and quitclaim by Simon son of Ingram of Warenton of all the lands and tenements in the vills of Elford and Fleetham [Northumberland] which his father Ingram quitclaimed to the canons and all the land in Elford which his father Ingram once gave to Thomas (II) the first born brother of Simon. For this the canons gave Simon a sum of money. f122v/p. 300

[24 April 1256 x 15 July 1288]

Rubric: [*none*].

[O]mnibus Cristi fidelibus ad quos scriptum pervenerit Symon filius Ingerami de Warenham salutem. Noveritis me concessisse et quietum clamasse imperpetuum de me et heredibus meis priori et conventui de sancto Osuualdo de Nostl' et eorum successoribus pro quadam summa pecunie quam mihi dederunt omnes terras et tenementa que Ingeramus pater meus reddidit ac relaxavit et quietum clamavit eisdem in villa de Helford et Fletham tam in dominicis quam in servitiis villenagiis, homagiis, wardis et releviis, eschaetis, molendinis et omnibus aliis pertinentiis suis sine aliquo retenemento. Et preterea concessi et quietum clamavi de me et heredibus meis dictis priori et conventui totam illam terram cum pertinentiis in Elford quam aliquando pater meus Ingeramus dedit Thome fratri meo primogenito; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete et integre imperpetuum. Ita quod nec ego Symon nec heredes mei nec aliquis nomine nostro ius vel clamium versus predictas terras et tenementa cum pertinentiis supra nominata aliquo modo exigere poterimus imposterum vel vendicare. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui.

Note: Date based on death of Thomas (II) son of Ingram of Warenton and the memorandum by Simon of Warenton citing this document. Thomas (II) son of Ingram was the eldest son of Ingram of Warenton who was dead by 24 April 1256 [no. 62]. Subsequently Simon a younger son of Ingram was his father's heir and on 25 July 1288 he recorded that he had quitclaimed his right to this land, and probably included this document as proof [nos. 1304, 1305]. See note preceding no. 892 for further information concerning this family. Copied by possibly Scribe B [see Chapter V].

919. Grant in free, pure and perpetual alms by Thomas of Hoppen son of Thomas of Wetewde of his serf [*nativius*] Simon son of John the clerk of Tuggal [Northumberland] with all his issue and chattels. f122v/p. 300

[mid-13th century, before 1294]

Rubric: [*none*].

[O]mnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Thomas de Hopum filius Thome de Wetewde salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac mea presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi regis et martiris de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam puram et perpetuam elemosinam Simonem filium Iohannis clerici de Tughal' nativium meum cum tota sequela sua et catallis suis. Ita videlicet que nec ego nec aliquis heredum meorum in dicto Symone sequela sua et catallis suis aliquid iuris vel clamum ratione nativitatis nobis imposterum poterimus vendicare. Et ut hec

mea donatio, concessio et confirmatio robur firmitatis optineat imperpetuum sigillum meum presentibus apposui. Hiis [testibus] et cetera.

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 345n.

Note: Date based on latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Hoppen, Bamburgh, was held by Simon (III) of Lucker during the reign of King Henry III, but it was possibly granted to Edmund of Hoppen after 1288 to hold by suit of court [Bateson, *Hist. Northumb.* 1]. It is possible Thomas was a descendant of Edmund. Copied by possibly Scribe B [see Chapter V].

920. Sale and quitclaim by William son of Ingram of Warenton of all the lands and tenements in the vills of Elford and Fleetham [Northumberland] which his father Ingram quitclaimed to the canons and all the land in Elford which his father Ingram once gave to Thomas first born brother of William. For this the canons gave William a sum of money. f122v/p. 300

[13th century, after 24 April 1256]

Rubric: [*none*].

Omnibus Cristi fidelibus ad quos scriptum presens pervenerit Willelmus filius Ingerami de Warnetham salutem. Noveritis me concessisse et quietum clamasse imperpetuum de me et heredibus meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostell' et eorum successoribus pro quadam summa pecunie quam mihi dederunt omnes terras et tenementa que Ingeramus pater meus reddidi et relaxavit et quietum clamavit eisdem in villis de Elford' et Fletham tam in dominicis quam in servitiis, villenagiis, homagiis, wardis, releviis et eschaetis, molendinis et omnibus aliis pertinentiis suis sine aliquo retenemento. Et preterea concessi et quietum clamavi de me et heredibus meis dictis priore et conventui illam terram cum pertinentiis in Elford' quam aliquando pater meus Ingeramus dedit Thome fratri meo primogenito; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete et integre imperpetuum. Ita quod nec ego Willelmus nec heredes mei nec aliquis nomine nostro ius vel clamium versus predictas terras et tenementa cum pertinentiis supranominatis aliquo modo exigere poterimus in posterum vel vendicare. In cuius rei testimonium. [*f123r*]

Note: Date based on death of Thomas (II) of Warenton and death of Ingram of Warenton his father. William of Warenton was a younger son of Ingram of Warenton, see note preceding **no. 892** for this family. Both William and Simon issued charters quitclaiming rights to land granted by Ingram in which they describe the land as 'once held by Thomas the first born' a title which would seem superfluous if Thomas (II) was still alive, but as Thomas died without heirs and the land reverted to Ingram who subsequently grants it, the acknowledgement by his brothers would seem appropriate. Thomas (II) was dead by 24 April 1256 [**no. 62**]. Ingram was still alive c. 9 February 1279 and dead by July 1288 [**nos. 65, 1305**]. Copied by other than Scribe A or Scribe B [see Chapter V].

921. *Quo Warranto* response by the prior and convent for their manor in Sookholme [Nottinghamshire] concerning their rights of soc and sac, toll and theam, infangtheof and other customs, as granted to them in charters by Kings Henry I, Henry II, Richard I and Edward I. ff123r-v/pp. 301-302

[1274 x 1294]

Rubric: Sulkholme.

Prior de sancto Oswaldo summonitum ad respondendum domino regi de placito quo warranto clamat habere libertates subscriptas in manerio suo de Sulgholm' et quod teneat omnes terras suas in manerio predicto sok et sak, toll' et theam et infangthef et quod ipsi et homines sui sint quieti de teloneo, passagio et pontagio et omni consuetudine et prior per attornatum suum venit et quo ad hoc quod clamat tenere omnes terras suas in manerio suo de Sulgholm' cum sok et sak, toll' et theam et infangthif et cetera dicit quod dominus Henricus filius Willelmi conquestoris quondam rex Anglie concessit Deo et sancto Oswaldo et ipsius ecclesie et

canonicis ibidem Deo servientibus omnes elemosinas suas quas dedit Deo et sancto Oswaldo et omnes alias elemosinas quecumque dictis canonicis dare sunt vel dabuntur quandocumque eis dederit vel dare voluerit et precipit ut bene et in pace, quiete et honorifice ea teneant cum sok et sak, toll' et theam et infangthif et omnibus aliis liberis consuetudinibus in nemore et planis, in terris et in aquis, pratis et pascuis et in omnibus locis et profert ipsius Henricus regis cartam cuius data est apud Wynton' que hoc idem testatur et quo ad hoc quod clamat quod ipsi et homines sui sint quieti de theolonio, passagio et pontagio et omni consuetudine. Dicit quod ipse clamat acquietantias illas pro se et successoribus suis in dominicis terris suis tantum. Et dicit dominus Henricus nuper rex Anglie secundus per cartam suam precepit quod totum corrodium omnes res canonicorum de quibus homines sui poterunt affidare quod eorum sunt dominice sint quieti de theolonio, passagio et pontagio et omni consuetudine et cetera et prohibuit ne quis super hoc homines suos vel res suas iniuste disturbet super decem librarum forisfactura et profert ipsius Henrici regis secundi cartam quo predictas acquietantias testatur in forma predicta et cetera. Profert etiam quandam aliam cartam eiusdem Henrici regis secundi in qua quidem continetur quod inter ceteras consessiones et confirmationes quas idem Henricus rex eisdem canonicis fecit, voluit et firmiter precepit quod predicti canonici bene et in pace, quiete et honorifice elemosina et possessionem suas teneant cum soka et saka, toll' et theam, infangthef et omnibus aliis liberis consuetudinibus suis in nemore et in plano, terris et aquis et pascuis et passagiis et omnibus locis et cetera. Profert etiam cartam sub nomine domini R. quondam regis Anglie cuius data est apud Gorram xij. die Aprilis anno regni regis primo que testatur quod idem R. rex Anglie illam concessionem et donationem quas quondam predictus Henricus avus patris ipsius R. predicte ecclesie sancti Oswaldi et canonicis fecit prout in carta ipsius H. regis plenius continetur concessit et confirmavit et voluit et firmiter precepit quod predicti canonici bene et in pace, quiete et honorifice teneant in soka et saka, toll et theam, et infangthef et omnibus aliis liberis consuetudinibus in nemore, plano, terris, aquis et pascuis et passagiis et in omnibus locis. Profert etiam cartam domini E. quondam regis Anglie avi domini regis nunc cuius data est apud Wynton' x. die Novembris anno regnis sui viij. que testatur quod idem E. rex avus et cetera omnes donationes et concessiones necnon et omnes possessiones quas prefati canonici habuerunt ex dono bone memorie predicti domini H. regis filii conquestoris triavi patris sui et similiter eandem libertatem et easdem leges quas habuerunt ex dono et confirmatione predicti H. regis triavi predicti domini H. regis patris sui per cartam predictam Deo et ecclesie predicte et canonicis ibidem concessit et confirmavit voluit firmiter et precepit quod predicta ecclesia sancti Oswaldi et canonici ibidem omnia predicta que habuerunt predicto die confectionis eiusdem carte regis E. et sicut ea tunc iuste possederunt, haberent et tenerent in perpetuum bene et in pace cum soka et saka, toll' et theam et infangthef et omnibus aliis libertatibus et omnibus liberis, consuetudines in bosco, plano, pratis, pascuis, terris, aquis et passagiis et omnibus locis prout carte donatorum quas predicti canonici inde habent quas inspexit rationabiliter testantur et sicut predicti canonici libertatibus predictis hactenus rationabiliter usi sunt et cetera. Unde dictit quod ipse et predecessores sui a tempore confectionis cartarum predictarum huc usque usi sunt libertatibus predictis virtute concessionum, donationum et confirmationum in cartis predictis contentarum prout eas nunc clamat et eo warento et cetera. Et Willelmus de Denom qui sequitur pro rege petit quod inquiratur qualiter libertatibus predictis usi sunt et a quo tempore set postea presentant iuratores wapentagii de Bersetlow quod idem prior habet visum franciplegii in predicto manerio

suo de Sulgholm. Ideo predictus visus capiatur in manu domini regis. Postea predictus prior petit predictam visum per plenariam et cetera. Et idem prior dicit quod ipse et predecessores sui et omnes qui predictum manerium tenuerunt a tempore quo non extat memoria habuerunt visum franciplegii in predicto manerio tanquam eidem manerio pertinentem. Et eo waranto clamat visum franciplegii et Willelmus de Denom qui sequitur et cetera dicit quod predictus prior non habet pilloriam neque tambrell' nec alia iudicialia que ad visum franciplegii pertinent et cetera. Et hoc petit quod inquiratur et cetera. Et petit quod inquiratur de rege si predictus prior et predecessores sui habuerunt visum predictum in forma predicta clamii et si sic tunc qualiter et quo usi sunt visu illo. Ideo inquiratur pro rege iurati dicunt per sacramentum suum quod predictus prior et omnes predecessores sui semper habuerunt in eodem manerio sok et sak, et theam. Et dicunt quod idem prior et omnes predecessores sui pro se et pro hominibus suis cuiuscumque conditionis sint semper fuerunt quieti de theolonio, pontagio et passagio et de omni consuetudine, ex[c]epto tantum quod per hoc verbum' pontagium intelligatur factura pontium sive pontis et ipse una cum aliis debet facere et reparare pontem de Notingham qui dicitur le Corbrig'. Et dicunt quod ipse nec aliquis predecessorum suorum unquam habuerunt predicto manerio infangthif seu furtas. Dicunt easdem quod ipse et omnes *[f123v]* predecessores sui a tempore quo non estat memoria habuerunt visum franciplegii ibidem ex[c]epto tantum quod nunquam [?] accidit quod ipsi sciunt quod idem prior seu predecessores sui habuerunt emendas assise panis in eodem manerio eo quod nunquam panis venalis furnitus fuit ibidem. Dicunt etiam quod non est ibi pilloriam neque tumbrell'. Dicut etiam ea quod idem prior et omnes predecessores sui semper usi sunt amerciare omnes illos qui deliquerunt in articulis visus franciplegis quotienscumque deliquerunt adeo bene tertia vice et pluries sicut prima vice vel secunda et non ponendo eos ad iudicium corporale ideo visus predictus capiatur in manu domini regis et predictus prior in misericordia pro suo falso clamore quo ad quietantias pro hominibus suis et similiter quo ad infangthef et furtas. Postea venerunt Robertus Russell' et Willelmus de Estfeld' et fecerunt finem cum domino rege de duabus marcis pro libertate ipsius prioris ipsi priori rehabenda: ideo idem prior rehabeat predictam libertatem suam utendum ea prout ad habemus libertatem requiritur salvo iure regis. Et quo ad omnes alias libertates exceptis quietancias pro hominibus suis et infangthef et furtis idem prior ad presens eat inde sine die salvo iure regis et cetera.

Note: Date based on the *Quo Warranto* inquiries mandated by King Edward I. The proofs which the Priory provided were **nos. 7 [B007], 27, 34, 36, 71.** Copied by a scribe other than Scribe A or Scribe B [see Chapter V].

922/923. Definitive sentence by the Official of the Court of York concerning the case between the prior and convent of St Oswald of Nostell on the one part and Nicholas del Green vicar of Rothwell regarding the responsibility for the repair of the choir of the church of Rothwell. The vicar is to be responsible for the repair and maintenance of the chancel and the choir of the church. Endorsed by John of Hanby, clerk, scribe and registrar of the official of the Court of York. f123v-124r/pp. 302-303

21 July 1376

Sententia diffinitiva per officialem curie Ebor' data super reparatione cori ecclesie de Rothewell'.

Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint Officialis curie Ebor' salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod nos in ecclesia cathedrali beati Petri Ebor' loco consistorali eiusdem pro tribunali sedentes et in causa de qua inferius memoratur inter partes infrascriptas debite procedentes sententiam diffinitivam in eadem causa vicesimo primo die mensis Iulii anno Domini

millesimo ccc^imo^ septuagesimo sexto in scriptis protulimus sub hac forma: In nomine Dei amen. Auditis et intellectis meritis cause super reparatione et emendatione defectuum cancelli ecclesie parochialis de Rothewell' Ebor' diocesis, mote et pendente coram nobis Officiali curie Ebor' inter religiosos viros priorem et conventum monasterii sancti Oswaldi de Nostell' ordinis sancti Augustini Ebor' diocesis, dictam ecclesiam de Rothewell' excepta portione vicarie in eadem canonice optinentes, partem actricem per magistrum Iohannem de Stanton' clericum procuratorem suum comparentem ex parte una et dominum Nicholaum del Green vicarium dicte ecclesie de Rothwell' primo personaliter et postmodum per magistrum Henricum de Axiholm' clericum procuratorem suum comparentem ex parte altera oblato nobis et dicte parti res libello cuius tenor talis est: In nomine Dei amen. Coram vobis domino officiali curie Ebor' vestro ve commissario generali dicit et in iure proponit procurator et procuratorio nomine religiosorum virorum prioris et conventus monasterii sancti Oswaldi de Nostell' ecclesiam parochialem de Rothewell' ipsis et eorum monasterio excepta portione vicarie dicte ecclesie assignata in propriis usibus appropriatam canonice optinent contra dominum Nicholaum del Green ipsius ecclesie de Rothwell' vicarium et contra quemcumque coram vobis in iudicio legitime comparentem pro eodem quod licet ex ipsius vicarie ordinatione canonica omnia et singula onera ipsi ecclesie debita et consueta ad vicarium ipsius ecclesie qui est et qui pro temporibus profuturis erunt notorie nomine vicarie predicte pertineant et pertinere debent et sicut ad omnes et singulos vicarios ipsius ecclesie qui a tempore ordinationis predicte fuerunt pertinebant ipsi quia vicarii omnes et singuli precessores et predecessores domini Nicholai vicarii qui nunc est singuli suis temporibus habemus onera et precipue onus reparationis et emendationis chori dicte ecclesie quotienscumque emendationes indigeat propriis suis sumptibus ut pote onus ipsius debitum et consuetum prout fuerat et est sustinuerunt, agnoverunt et effectualiter repararunt, et emendarunt prefatus tamen dominus Nicholaus nunc ipsius ecclesie vicarius quamplures defectus tam in coopertura quam in fenestris vitreis et parietibus lapideis chori ecclesie de Rothewell' predicte notorie invenientes reficere, emendare et reparare prout ex ordinatione predicta notorie tenetur non curavit neque curat set premissa facere, agnoscere et emendare absque causa rationabili sive iusta plus debite distulit, recusavit et recusat minus iuste in iuris iniuriam ecclesie scandalum et dictorum dominorum suorum preiudicium non modicum et gravamen. Que sunt publica, notoria et manifesta in decanatu Pontisfracti et diocesi Ebor' ac locis vicinis et super hiis ibidem laboravit et ad huc laborat publica vox et fama. Quare petit dictus procurator nomine quo supra probat in hoc casu de iure proband' dictum dominum Nicholaum vicarium ad predictos defectus in cancello predicto et coopertura eiusdem [*one word illegible*] reparandos debite et emendandos per vos dominum Officialem predictum vestrum ve commissarium in hac parte sententialiter et diffinitive condempnari ac canonice compelli et coherceri ulterius que sibi fieri et dominis suis predictis in premissis et ea contingentibus in omnibus quod est iustum et quod canonice convenerit institui hec dicit, petit ac probare intendit dictus procurator nomine quo supra coniunctim et divisim iuris beneficio sibi in omnibus [*f124r*] semper salvo. Lite ad dictum libellum per prefatam partem ream negative contestata iuramento de calumpnia et de veritate dicenda prestito huic et inde tradit que per dictam partem actricem positionibus et articulis et secutis responsionibus per prefatam partem ream ad easdem positiones ac quibusdam testibus per dictam partem actricem productis quibus in forma iuris admissis, iuratis et diligenter examinatis eorumque dictis et depositionibus pubplicatis et copiis eorundem partibus huic

et inde decreta datis terminis et prefixis ad dicend' in testes et eorum dicta necnon ad proponend' omnia in facto consistentia devium in ipsa causa concluso et termino ad audiend' sententiam diffinitivam dictis partibus prefixo et assignato. In quo termino adveniente partibus predictis coram nobis per procuratores suos supradictos in iudicio comparentibus ac sententiam diffinitivam in dicta causa per nos ferri cum instantia postulantibus. Unde nos Officialis predictus rimatis ipsius cause meritis et ad plenum discussis de consilio iurisperitorum nobis assidentium invocata spiritus sancti gratia ad sententiam diffinitivam procedimus in hunc modum: quia invenimus prefatos religiosos partem ut premittitur actricem intentionem suam coram nobis in iudicio deductam tam per confessionem propriam dicti vicarii partis ree iudicialiter factam quam per testes et alia documenta legitima sufficienter probavisse predictum vicarium ad predictos defectus in cancello supradicto et coopertura eiusdem [*illegible word*]debit reparandos et emendandos condempnamus sententialiter et diffinitive in hiis scriptis. In quorum omnium et singulorum testimonium atque fidem presentes literas nostras seu presens pubplicum instrumentum sententiam diffinitivam predictam continens per magistrum Iohannem de Hanby notarium pubplicum infra scriptum scribam nostrum et dicte curie registratorem scribi et pubplicari mandavimus nostri que sigilli appensione fecimus communiri. Lecta, lata et in scriptis pronunciata fuit antedicta sententia diffinitiva per nos Officialem supradictum in dicta ecclesia cathedrali loco predicto ut prefertur pro tribunali sedentes die, mense et anno Domini supradictis, indictione decima quarta, pontificatus sanctissimi in Cristo patris et domini nostri domini Gregorii divina providencia pape undecimi anno sexto, presentibus venerabilibus et discretis viris magistro Henrico Gudborn' commissario nostro generali, magistris Iohanne de Norton', Hugone de Fletham dicte curie Ebor' advocatis, Iohanne de Rouclif' et Nicholao de Esyngwald' eiusdem curie procuratoribus et aliis quampluribus testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

923. Et ego Iohannes de Hanby clericus Ebor' diocesis publicus apostolica auctoritate notarius ac prefati domini Officialis curie Ebor' scriba et registrator dicte sententie diffinitive prolationi et lecture necnon omnibus et singulis dum sic ut premittitur per reverendum virum magistrum Walterum de Syrlagh' decretorum doctorem canonicum Ebor' dicte curie Ebor' Officialem et coram eo agerentur et fierent anno, indictione, pontificatu, die, mense et loco supradictis una cum testibus prenominatis personaliter presens interfui eaque omnia et singula sic fieri, vidi et audivi et in hanc publicam formam redegi et cetera.

Note: See note preceding **no. 317** regarding the church of Rothwell. Of the officials named here Henry Godebarne held the prebend of Dunnington, York Diocese from 1379-1390 [Jones, *Le Neve 1300-1541: Northern Province*, p. 46]; Walter Skirlaw was at the time of this document the archdeacon of the East Riding from 1359-1385 and later Archbishop of York [Jones, *Le Neve 1300-1541: Northern Province*, p. 22]. These documents were copied by other than Scribe A or B [see Chapter V].

924. Sale with warranty by John of Berwick to William son of Robert le Harper of all his land in Gunthwaite [Penistone], namely that which Robert Drake held, rendering annually to John 4*s*. For this William gave to John 16*s*. f124r/p. 303

[first half 13th century]

Rubric: [*none*].

Sciant presentes et futuri quod ego Iohannes <de> Berewik dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo filio Roberti le Harper' pro homagio et servitio suo totam terram meam in Gunildethwayte sine retenemento, illam scilicet quam Robertus Drake tenuit infra divisas de Gunildthwayt;

tenend' et habend' sibi et heredibus suis de me et heredibus meis in feodo et hereditate libere, quiete et honorifice in boscis et planis, in pratis et aquis et pascuis et <in> omnibus aisiamentis et libertatibus ville de Gunildethwayte pertinentibus pro sexdecim solidis quos predictus Willelmus dedit mihi nomine recognitionis, reddendo inde annuatim michi et heredibus meis ille et heredes sui quatuor solidos ad festum sancti Egidii pro omni servitio et seculari demanda. Et ego Iohannes et heredes mei warantizabimus predicto Willelmo et heredibus suis predictam terram cum omnibus pertinentiis suis contra omnes homines imperpetuum Hiis testibus Willelmo de Fetherstan' tunc ballivo, Petro de Birchothwayt, Willelmo filio de Thornill', Iohanne filio Ricardi de eadem, Geremia persona de eadem, Roberto filio Deneby, Willelmo de eadem, Willelmo de Gunldethwayt, Rad[ulfo] de Rupe, Thoma de Aqua, Iohanne de Aldefeld, Roberto de Swinton, Alano de assartis et aliis. [*f124v*]

Note: Date based on witnesses. The witness 'William son of Thornhill' was either referring to William son of John who died c.1232 but more likely to William son of William who was dead by 1266 [Clay, 'Family of Thornhill', facing p. 286]. John son of Richard of Thornhill occurred as early as 1211 and was dead before 11 March 1250 [Clay, Family of Thornhill, pp. 292-4]. William (II) of Featherstone inherited after 1166 and was dead some considerable time before 14 January 1244 [see note no. 741 for dating]. Robert and William of Denby may represent father and son who also occurred in the early 13th century [*EYC XI*, p. 253]. The land of Robert Drake in Gunthwaite was mentioned in a grant by William son of John of Thornhill to Idonea daughter of Rayner of Mirfield made in the late 12th century x 1232 [no. 783]. Copied by other than Scribe A or Scribe B [see Chapter V].

925. The tithes of the land in the westfield of Whitwood [described] pertaining to the priory of Saint Oswald excepting the eighth part which pertains to the church of Castleford. f124v/p. 304

Rubric: [*none*].

Bunde decime pertinentis ad prioratum sancti Oswaldi in campis de Whitewode.

Tota decima del westfield' de Whitewode pertinet dicto prioratui sancti Os[waldi], preter octavam partem que pertinet ecclesie de Castelford'; item decima del Morecroft, preter octavam partem ut supra; item decima de Belleflatt' et decima de Crosseflat'; item decima terre iacentis inter terram Iohannis Ringe ex parte occidentali et Cutsik' ex parte orientali in campo orientali; item tota decima terre a terra quondam Hugonis Osbern' usque Cutsik' sicut iacet ex parte boriali vie regie; item decima terre iacentis in Cutsik' a terra [Roberti *lined out*] Gilberti del Mere usque in Folford'; item decima x. selionum iacentes super les Longelandse inter terram quondam Hugonis Osbern' versus occidens et terram Ricardi del Mere versus oriens; decima terre iacentis super les Sandeforwenges ad le Mere inter terram Willelmi Kinga' apud le Breck' versus austrum et Sandbodenge versus boriam; item decima terre de Grymesmere videlicet a terra ..prioris Pont'fr' vocata Prescroft versus occidens et usque terram Philippi Alcock' apud le Rawebrigsik' versus oriens; decima del Birkeflat a semita ducente de Otresford' Brig' versus le Mere versus austrum usque pratum vocatum Dicbankeeng'; item decima vj. selionum iacentes super les Wythens ex occidentali parte vie regie vocate Oulaygate immediate iuxta buttam versus austrum et boriam, videlicet versus austrum usque les Strttings versus boriam usque viam vocatam le Meregate.

Item iij. thrave et dimidia frumenti et siliginis et iij. thrave et dimidia pisarum et avene de decima sacriste Pont'fr' transcende [*sic*] sicut tertio quolibet anno.

Et memorandum quod octava pars totius decime supradicte pertinet ecclesie de Castelford'.

Note: No date can be assigned. Whitwood was part of the parish of Featherstone which Nostell Priory had from the gift of Hugh de Laval [no. 81]. The Priory of St John of Pontefract also held land in Featherstone. By 1317 Nostell Priory had entered an exchange with Pontefract Priory whereby Nostell Priory received 200 acres of demesne land in Whitwood [see note nos. 507, 740]. The exception of the church of Castleford most likely reflects that about 1160 the church of Castleford had been granted by Henry (I) de Lacy to the brethren of St Lazarus of Jerusalem [*Ctl. Pontefract* 1, p. 130]. Copied by other than Scribe A or Scribe B [see Chapter V].

926. Grant in free, pure and perpetual alms by Robert [Ferrers], earl of Nottingham, to the prior and canons of St Oswald of the church of St Mary and St Hardulf of Breedon [on the Hill, Leicestershire], 4 virgates of land with all tithes and men in Tonge, Andreskirka and Wilson [Leicestershire], the chapel of Worthington [Leicestershire], the chapel of Staunton [Harold, Leicestershire] with lands and tithes, the tithes pertaining to his fee in Newbold and Diseworth [Leicestershire], a virgate of land in Andreskirka [Breedon on the Hill, Leicestershire], an assart on the west of the [Breedon] hill and the market of Breedon [on the Hill], 20*s* annually from the mill of Crakemarsh [Staffordshire], 20*s* in Tonge [Leicestershire], 20*s* in West Leake [Nottinghamshire] and 40*s* in Stapleford [-on-Wreak, Leicestershire], and a cattle pasture [*herdewica*] in Heathcote [Derbyshire]. He also confirms the 5*s* rent in Coleorton [Leicestershire]. f125r/p. 305

[c. August 1138 x 28 November 1159, probably after 1139]

Rubric: Hic incipiunt carte de Bredona. Carta Roberti comitis de Notingham'.

Rodbertus comes de Notingh' omnibus baronibus suis et hominibus et fidelibus salutem. Sciatis me dedisse et hac mea carta confirmasse pro salute anime mee et patris mei et matris mee et heredum meorum Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostla et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam et puram et perpetuam elemosinam ecclesiam sancte Marie et sancti Hardulfi de Bredona cum omnibus pertinentiis, videlicet cum quatuor virgatis terre et cum decima mea tota et hominum meorum de Tonga et Andreskirka et de Wiweleston' et capellam de Wrdintona et capellam de Stantona cum terris et decimis et pertinentiis earum et similiter decimas de Neubolt et de Dideswrda quantum pertinet feodo meo. Preter hec dedi et concessi predicte ecclesie et canonicis predictis de acremento unam virgatam terre in Andreskirka; et unam essartam in occidentali parte montis et mercatum de Bredona; et annuatim xx^{ti} solidos de molendino de Crakemers; et xx^{ti} solidos in Tonga; et xx^{ti} solidos in Westleka; et xl. solidos in soca de Stapelfordia; et unam herdewicam in Hethcote iuxta Hertedona in Peco. Confirmo etiam eis v. solidatos redituum in Overtona. Teste Hugone capellano et ceteris.

Duplicated: 'Ctl. Breedon', no. 45 dated 1139-*c.*1159. The following witnesses were provided: Hugone capellano filio Sewalonis et Ricardo capellano, Alketillo clerico, Willelmo filio Nigelli et Henrico filio Sewalonis et Alano daifero, et Willelmo filio Herberti, et Roberto de Liveto, et Fulgero filio Sewalonis, et Roberto de Bakespouz.

Note: Date based on creation of Robert (I) Ferrers as earl of Derby [and Nottingham] and the death of Robert (II), earl Ferrers. Robert (I) Ferrers was created earl of Derby shortly after the Battle of the Standard, c. August 1138 which provides the earliest limit. His son Robert (II) was also styled earl of Derby, and succeeded his father in 1139 and Robert (II) died before Michaelmas [ended 28 November] 1159 which provides the latest limit. *Brit. Chron.* identifies a controversy as to whether Robert (II), unlike his father, also styled himself earl of Nottingham, the use of that title here suggests this was Robert (II). The grant of 5*s* in Coleorton was granted by Roger Coleorton and confirmed by William (I), earl Ferrers [no. 928]. The tithes and men in Tonge and Wilson and the 20*s* from Tonge do not reoccur in subsequent confirmations and may not have taken effect. William son of Nigel, Henry and Fulger sons of Sewal, Robert Liveto and Robert Bakespouz all occurred as vassals of the earl Ferrers in the time of Henry I ['Ctl. Breedon', p. 56n citing *Red Book* pp. 366, 368].

927. Confirmation by William (probably I), earl Ferrers, of the grant made before he went to Jerusalem to the canons of Breedon the grant of the church of Breedon [on the Hill, Leicestershire] with all tithes and rents of the church, the chapel of Worthington [Leicestershire], the market of Breedon [on the Hill], the rent of 40*s* of Saxby [Leicestershire], the soc of Stapleford[-on-Wreak, Leicestershire], a cattle pasture [*herdewica*] in Heathcote [Derbyshire], 20*s* from the mill of Crakemarsh [Staffordshire], 20*s* from Jordan of Toc for [West] Leake, the tithes of 6 carucates in Diseworth [Leicestershire], 5 virgates of land in Andreskirka [Breedon on the Hill, Leichestershire], the rent of 5*s* from Coleorton [Leicestershire], 3 messuages above the hill of Breedon, and the woods of Hrunhake with assart. He also confirms the *cultura* below the hill at the spring, the chapel of Staunton and Scalacher. f125r/p. 305

[28 November 1159 x 22 September 1247, probably before 21 October 1190]

Rubric: Carta Willelmi comitis de Ferariis.

Universis sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris Willelmus comes de Ferr' salutem. Notum sit omnibus vobis me concessisse et ratum habere et hac carta mea confirmasse pro salute anime mee et Sibille sponse mee et animabus antecessorum meorum canonicis de Bredona ecclesiam de Bredona cum omnibus pertinentiis suis in decimis et redditibus et omnibus que ad predictam ecclesiam cum omnibus dominicis pertinent et capellam de Wrdentona cum pertinentiis et forum de Bredona; et redditum xl[s] solidorum in Sessebi; de socna Stapelfordie et unam herdewicam apud Hethcote in Peco; et de molendino de Crakemeris xx. solidos; et de Leka Iordani de Toc xx. solidos; et in Ditheswrd' decimas sex caruatarum[a] et quinque virgatas terre in Andreskirka; et redditum quinque solidorum in Overtona; et tria mesagia super montem de Bredona; et boscum de Hrunhake cum essartis que ipsi canonici tenuerunt quando Ierl'm profectus sum. Culturam etiam eisdem canonicis confirmavi sub monte ad fontem; et capellam de Stantona cum omnibus pertinentiis et Scalacher. Hec omnia supradicta pietatis intuitu concessi et confirmavi hac carta mea prefatis canonicis tenenda imperpetuum libere et quiete et honorifice sine omni servitio ad me et heredes meos pertinente preter orationes in Domino. Huius testibus et cetera.

[a] *sic* for carucatarum

Duplicated: 'Ctl. Breedon', no. 63 dated 1218 x 1225 with the following witnesses: Abbate Waltero, Roberto de Ferrariis fratre comitis, Willelmo filio comitis, Willelmo de Rideware, Willelmo Maveisin, Hugone de Thord, Ricardo filio Hugonis filii Walteri, Gregorio clerico, Hugone de Tykenal, Willelmo clerico de Stunton', et H. fratre eius, et multis aliis.

Note: Date based on William (I) and (II), earl Ferrers. There are difficulties determining which William, earl Ferrers, was responsible for this confirmation. Although witness lists were included in most of the documents in the Cartulary of Breedon it should be noted that the repetitive use by the Ferrers of Robert and William as first names complicates the use of the witnesses lists of all the earls Ferrers' charters. William (I), earl Ferrers, succeeded on the death of his father Robert (II) by 28 November 1159. William (I) married Sibyl, daughter of William de Braose, and William (I) died on crusade at the siege of Acre before 21 October 1190: therefore this document would have to have been made before he left or en route to the crusade [*Comp. Peerage* 4, pp. 193-4]. The witness William son of the earl would have been his son and heir William (II), earl Ferrers. McKinley suggests it could not be William (I) as the confirmation was made after William's return from Jerusalem and William (I) did not return ['Ctl. Breedon', p. 72n]. However William (I) did break his journey to make a grant to the Abbey of St Denis whilst in Normandy and this charter could have been made at that time [*Comp. Peerage* 4, p. 194n].

McKinley suggests this was William (II), earl Ferrers, who succeeded his father in 1190 and himself went on crusade in June 1218 and had returned by 1222; however he did not have a wife Sybil, rather he married Agnes, sister and co-heiress of Ranulf, earl of Chester in 1192; William (II) died 22 September 1247 [*Comp. Peerage* 4, pp. 195-96; 'Ctl. Breedon', p. 72n]. The William son of the earl who was a witness could be his son and heir William (III). McKinley states that the Robert de Ferrers, brother of the earl who witnessed the charter was dead before 1227, and the document was issued between 1218 x 1225 ['Ctl. Breedon', p. 72n].

It could not be William (III), earl Ferrers, who did marry before 14 May 1219 Sibyl sister and co-heiress of Walter, earl of Pembroke; however, William had no surviving heirs by Sybil [*Comp. Peerage* 4, p. 197]. He married secondly in or before 1238 Margaret daughter and co-heiress of Roger de Quency and their son Robert (III) was his heir; William (III) did not go on crusade [*Comp. Peerage* 4, p. 197].

The endowment confirmed here differs from that of Robert (II) by the following additions: Scalacker which was granted 1155 x 2 April 1196 [B018, no. 937], 40*s* from Saxby [Leicestershire], the *cultura* below the hill near the spring, and the three messuages in Breedon. He omited the endowment in Robert (II)'s confirmation of land tithes and men of Wilson and Tonge [including the separate endowment of 20*s* from Tonge], the land in the fee of Newbald, and the 40*s* from Stapleford [no. 927].

928. Confirmation by William, earl Ferrers, of the grant made in perpetual alms by Roger of Coleorton, and witnessed by the father of William, to the canons of Breedon of 5*s* worth of land in Coleorton [Leicestershire]. f125r/p. 305

[28 November 1159 x 24/28 March 1247, possibly before 21 October 1190]

Rubric: Carta Willelmi comitis de Ferariis.

Sciant tam futuri quam presentes quod ego Willelmus comes de Ferr' concedo et hac carta mea confirmo donationem quam Rogero de Overtona fecit Deo et sancte Marie et sancto Hardulfo[A] et canonicis de Bred' scilicet quinque solidatas terre iuste, libere et quiete tenend' in perpetuam elemosinam sicut carta patris mei testatur. Teste et cetera.

[A] Manchester ms 222 *Erdulfo.*

Duplicated: 'Ctl. Breedon', no. 69 of 'uncertain date' with the following witnesses: Rodberto fratre comitis, Radulfo de Seise, Willelmo filio Pagani tunc dapifero, Rodberto filio Walcheri, Rodberto de Ferrariis, Henrico de Ferrariis avunculis comitis, Iohanne filio Godefridi et pluribus aliis.

Note: Date based on Robert (II) and William (II), earls Ferrers. This grant first occurred in the confirmation by Robert, earl Ferrers, c. August 1138 x 28 November 1159, (probably after 1139) and thus the earliest date would be the death of Robert (II) and the latest limit the death of William (II) [no. 926]. It is possible that this document was issued by William (I) after the death of his father Robert (II) and before his own general confirmation [no. 927 although see note there for difficulties in origin].

929. Confirmation by Hugh Ferrers of the grant made by his uncle Robert, earl Ferrers, of 40*s* rent from the soke of Stapleford[-on-Wreak, Leicestershire], and the gifts which Robert confirmed in his charter, namely the mill of Stapleford [Leicestershire], 4 virgates of land with villeins in Saxby [Leicestershire] and 12*d* in the same vill from a virgate of land which the priest holds. f125r/p. 305

[August 1138 x 1204]

Rubric: Carta Hugonis de Ferariis.

Hugo de Ferariis omnibus sancte ecclesie filiis et omnibus hominibus suis clericis et laicis Francis et Anglis eternam in Domino salutem. Notum sit universis ecclesie Dei fidelibus me dedisse et concessisse Deo et beate Marie et sancto Hardulfo de Bredona et canonicis regularibus ibidem Deo famulantibus in elemosinam, liberam et quietam in soca de Stapelford' xl. solidatas redditum per xl. solidos denariis[A] quos Robertus de Ferr' comes patruus meus predicte ecclesie et canonicis singulis annis de firma sua de Stapelford' dare solebat sicut[B] carta sua confirmat pro anima scilicet prefati comitis Roberti et pro animabus patris et matris mee et pro salute anime mee et antecessorum meorum et successorum meorum tam presentium quam futurorum, videlicet molendinum de Stapelford' super Yreyec et in Saxebi iiij. virgatas terre cum villanis et xij. denarios in eadem villa de quadam virgata[C] terre quam quidem presbiter tenet et hanc elemosinam quam Deo et prefate ecclesie et canonicis regularibus dedi et concessi ab omni humano vel temporali servitio et exactione pro Dei amore imperpetuum quietam clamo et per hanc cartam confirmo. Huius donationis et concessionis testes sunt et cetera.

[A] Manchester ms 222: *sterlingorum* vice *denarios* which make more sense. [B] Manchester ms 222 *sicut in carta.* [C] Manchester ms 222: *virgatam*

Duplicated: 'Ctl. Breedon', no. 65 dated *c. 1200* with the following witnesses: Willelmus de Ferrariis, frater meus, Willelmus Pantul, Radulfus de Fredevere, Arnadus capellanus, Iohannes de Fredeves, Hamelinus,

Ricardus de Brantestr' dapifer, et Grimbald frater eius, Hugo clericus de Stapelford', Rogerus clericus de Torp, Robertus filius Gurmani, Mathaeus.

Note: Date based on Robert (I), earl Ferrers, and Hugh de Ferrers. Robert (I) Ferriers inherited his father's English estates before August 1138 and he was created earl of Derby after the Battle of the Standard. Hugh de Ferrers was dead by 1204 which provides the latest date ['Ctl. Breedon', p. 73n citing *PR 6 John* p. 148 and *Rot. Lit. Pat.* i p. 45]. It appears that Hugh de Ferrers held the rents in Stapleford from his uncle Robert as these rents are confirmed by Robert, earl Ferrers, [no. 926]. Hugh must have held his own personal interests in Saxby as the grant of 4 virgates with men in Saxby 12*d* from the priest in Saxby and the mill of Stapleford did not occur in Robert, earl Ferrers', nor William, earl Ferrers', confirmations [no. 926, 927]. The document which follows made specific reference to the the mill of Stapleford [no. 930]. William Pantulf occurred confirming the rights of Nostell Priory to the church of Breedon but there were at least two William Pantulf's and it is not possible to distinquish them [nos. 931, 933]

930. Confirmation by William Ferrers, earl of Derby, to the canons of Breedon the grant of the church of Breedon [on the Hill, Leicestershire], tithes, rents and liberties, the chapel of Worthington [Leicestershire], the chapel of Staunton [Harold, Leicestershire], Schalacker and the market of Breedon [on the Hill], 4 virgates of land with villeins in Saxby [Leicestershire] namely in the soke of Stapleford[-on-Wreak, Leicester], a cattle pasture in Heathcote [Derbyshire Peaks] with all the land called Bredunecroft, pasture for 120 sheep and 4 wether sheep with all suits one year up to the feast of Holy Cross. He also confirms additional pasture for 5 cows or for lambs when nursing. He confirms 20*s* from the mill of Crakemarsh [Staffordshire], the tithes of 6 carucates of land in Diseworth [Leicestershire], 5 virgates of land in Andreskirka [Breedon on the Hill, Leichestershire], a rent of 5*s* in Coleorton [Leicestershire], the wood of Brunehage with assart and the *cultura* below the hill of Breedon [on the Hill] at the spring. He confirms all the above except the mill of Stapleford above Wreak and the 20*s* from Jordan of Toka in West Leake [Nottinghamshire]. ff125r-v/pp. 305-306

[21 October 1190 x 22 September 1247]

Rubric: Carta Willelmi de Ferariis.

Universis sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris Willelmus de Ferr' comes de Derebia salutem in Domino. Notum sit vobis omnibus me intuitu Dei et pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum concessisse et hac carta mea confirmasse canonicis regularibus de Bredona ecclesiam sancte Marie et sancti Hardulfi de Bredon' cum omnibus pertinentiis suis in decimis, redditibus et libertatibus et omnibus que ad predictam ecclesiam cum omnibus dominicis pertinent et capellam de Wrthidgtona cum omnibus pertinentiis suis; et capellam de Stantona cum omnibus pertinentiis suis et *[f125v]* Schalacker et forum de Bredon'; et quatuor virgatas terre cum villanis et ceteris omnibus eiusdem terre pertinentiis in Saxebi scilicet in socha de Stapelford' et unam herdewicam apud Hethctotam in Peco cum terra integre que dicitur Bredunecroft et cum pastura ad sexties viginti oves et quatuor multones, cum tota secta unius anni usque ad festum sancte Crucis. Preterea dedi eis et confirmavi intuitu caritatis de acremento pasturam ibidem ad quinque vacas pro agnis suis inde nutriendis. Confirmavi etiam eis de molendino de Crakemers annuatim xx. solidos; et in Didgtheswrtha decimas sex carucatarum terre; et quinque virgatas terre in Andreskirka; et redditum quinque solidorum in Overtona; et boscum de Brunehage cum essartis et culturam sub monte Bredone ad fontem. Hec omnia supradicta cum cunctis pertinentiis suis pietatis intuitu, excepto molendino de Stapelford' super Wrethec et exceptis xx. solidis in Letha Iordani de Toka, concessi et confirmavi hac carta mea prefatis canonicis; habenda et tenenda in perpetuam elemosinam libere et quiete et honorifice sine omni servitio ad me et heredes meos pertinente preter orationes in Domino. Hiis testibus et cetera.

Duplicated: 'Ctl. Breedon', no. 46 with the following witnesses: Henrico de Ferrariis, Willelmo de Rideware, Iordano de Toka, et multis aliis.

Note: Date based on William (II), earl Ferrers. William (II), earl Ferrers, succeeded to his estates after the death of his father before 21 October in 1190 and died 22 September 1247. William de Rideware and Jordan de Toka

occurred in 1192; and William de Rideware was the seneschal of William (II) in 1194 and his attorney in 1201 ['Ctl. Breedon.' p. 58n; *Stemmata Shirleiana*, p. 348; *Rot. Ob. Fin.*, p. 3]. William (II)'s exception of the mill of Stapleford may have been because his cousin Hugh de Ferrers held that in his own right [no. 929]. The fact that William did not confirm the rents from Jordan de Toka, who occurred as a witness, cannot be explained. This confirmation varies from that of Robert, earl Ferrers, by not including the tithes of Newbald and 20*s* from Tong, 40*s* from Saxby, but added the pasture land to the endowment [see nos. 926, 927].

931. Confirmation by William Pantulf of all that the canons of St Oswald hold in his fee just as they held in the time of Robert, earl Ferrers, and William's father, namely the church of St Mary and St Hardulf of Breedon [Leicestershire], 5 virgates of land in Andreskirke [Breedon on the Hill, Leichestershire], the market of Breedon [on the Hill, Leicestershire], all the woods called Brunhaga, an assart that the canons held on the west (between the hill and the forest), and a *cultura* with pasture near Biri at Fretheriche Well [described]. f125v/p. 306

[1155 x 1195]

Rubric: Carta Willelmi Pantulfi.

Uillelmus Pantulf omnibus filiis sancte ecclesie et omnibus heredibus suis salutem. Sciant tam presentes quam futuri quod ego Willelmus Pantulf concedo et hac presenti carta confirmo Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' pro salute anime mee et patris mei et matris mee et omnium parentum meorum in puram et liberam et perpetuam [etci *dotted for deletion*] elemosinam ecclesiam sancte Marie et sancti Hardulfi de Bredona cum omnibus pertinentiis eiusdem ecclesie que de feodo meo sunt, scilicet quantum habuerunt in monte Bredone tempore Roberti comitis de Ferr' et tempore patris mei et quinque virgatas terre in Andreskirke et mercatum Bredone et totum nemus quod vocatur Brunhaga et sartum quod tenent canonici quod est ad occidentem inter montem et nemus et culturam que iacet inter duas vias sub Biri ad Fretheriche Wellam cum prato quod est inter rivum et culturam. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William Pantulf and Prior Ansketil. An abbreviated version of this charter occurred in the Cartulary of Breedon which was witnessed by Ansketil, prior of Nostell ['Ctl. Breedon', no. 132]. Ansketil first occurred as prior 1155 x 1157 and died 2 April 1196 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. William Pantulf died before Michaelmas 1195 ['Ctl. Breedon', p. 135n citing *PR 7 Richard I*, pp. 201-202]. William Pantulf's role toward the cell at Breedon is not clear. He received a mandate from King Henry II in 1162 x 6 October 1174 to allow Nostell Priory to hold its church at Breedon [no. 933]. He or his son may have been the witness to Hugh de Ferrers' grant to Nostell between August 1138 and 1204 [no. 929]. This document would have occurred during the lifetimes of William (I) and (II), earls Ferrers, and the William Pantulf family may have held a tenural relationship to the earls.

932. Notification by King Henry I that he confirms the grant made by Robert (I) Ferrers to Adelulf prior and the canons of St Oswald of the church of Breedon [on the Hill, Leicestershire]. f125v/p. 306

Rockingham, [January 1120 x 1 January 1123]

Rubric: Carta Henrici regis.

Henricus rex Angl' archiepiscopis, episcopis, comitibus, vicecomitibus et omnibus fidelibus suis salutem. Sciatis me concessisse et confirmasse Adewaldo priori et canonicis sancti Osuualdi de Nostl' ecclesiam de Bredona cum pertinentiis suis in puram et perpetuam elemosinam quam Robertus de Ferar' coram me predicto priori et canonicis suis dedit et concessit. Teste et cetera.

Duplicated: 'Ctl. Breedon', nos. 43, 53 the latter copy with the following witnesses: Thurstino archiepiscopi Eboracensi, Wallerano comite de Mullen, Ranulfo cancellario, Nigello de Albeni, Willelmo Peverel de Dovra apud Rokingheham.

Note: Date based on papal bull of Calixtus II and the death of Ranulf, chancellor (d. 1 January 1123). Adelulf was probably not instituted as Prior until after the papal bull of Calixtus II dated January 1120 [B008]. The

witnesses suggests this donor was Robert (I) Ferrers (or Ferrières), created earl of Derby and Nottingham shortly after August 1138. As third son and heir of the English estates of Henry de Ferrières he was often in the company of King Henry I from as early as 1107 and died 1139 [Jones, 'Robert earl Ferrers', *DNB*, art. 9365]. Adelulf ruled Nostell Priory from as early as 1118 until his resignation in 1153 [Knowles, *Heads* I, pp. 178, 283]. Nigel d'Aubigny was a frequent witness in charters of King Henry I and this Cartulary and died November 1129 [*Chtrs Mowbray*, p. xviii]. See Chapters II and IV.

933. Writ of *precipe* by King Henry II to William Pantulf that the prior and canons of St Oswald are to hold the church of Breedon [on the Hill, Leicestershire]. f125v/p. 306

Evesham, [1162 x 6 October 1174]

Rubric: Carta Henrici regis.

Henricus rex Angl' et dux Norm' et Aquit' et comes And' Willelmo Pantulf salutem. Precipio quod permittas priorem sancti Osuualdi et canonicos [sancti Osuualdi *dotted for deletion*] eiusdem loci tenere bene et in pace et iuste et libere et quiete et plenarie ecclesiam de Bredona cum omnibus pertinentiis suis in bosco et plano, in terris et decimis et in omnibus aliis^ ad eam pertinentibus. Et nisi feceris vic[ecomes] de Leyc'sir' faciat, ne inde amplius clamorem audiam pro penuria recti. Teste.

^ Manchester ms 222: *locis* vice *aliis.*

Duplicated: 'Ctl. Breedon', no. 70 dated 1162-1173 with the following witnesses: Ricardo archidiacono Pictavie, apud Evesham.

Note: Date based on Richard of Ilchester. Richard of Ilchester became archdeacon of Poitiers in 1162/3 and was consecrated bishop Winchester on 6 October 1174. This document, issued during the lifetime of William (II), earl Ferrers, suggests a disagreement regarding the Priory's claims to the church of Breedon. See note no. 931. William Pantulf's confirmed the right of the canons of St Oswald, Nostell to hold the church and other endowment as they had held it during the life of Robert (II), earl Ferrers, but it is not certain these documents were related. [no. 931].

934. Notification by Thomas [Becket], archbishop of Canterbury, that canons of St Oswald shall hold the church of St Hardulf of Breedon [on the Hill, Leicestershire] which they had from the gift of Robert (I) de Ferrers and which was confirmed in the charter of Robert [Chesney], bishop of Lincoln. f125v/p. 306

[3 June 1162 x 27 December 1166]

Rubric: Carta sancti Thome Cantuar' archiepiscopi.

Thomas dei gratia Cant' ecclesie minister humilis omnibus sancte matris^ ecclesie fidelibus salutem. Quod a fratribus et coepiscopis nostris canonice factum dinoscitur ad religionis augmentum et ecclesiasticis ordinis profectum ut perpetuo illibatum et inconvulsum permaneat nostra quoque decet auctoritate communiri. Inde est quod canonicis regulariter in ecclesia sancti Osuualdi de Nostla viventibus, ecclesiam beati Hardulfi de Bredona que ex largitione Roberti de Ferar' eisdem canonicis collata est cum omnibus pertinentiis suis. Huius presentis scripti pagina roboramus sicut eis venerabilis frater noster Robertus Linc' episcopus sua carta confirmavit. Ea propter volumus et firmiter precipimus ut predicti canonici de sancto Osuualdo hanc ecclesiam de Bredona libere et quiete et honorifice in perpetuam elemosinam teneant statuentes ne quis eos inde temere, inquietare vel perturbare presumat.

^ Manchester ms 222: *matris* omitted.

Duplicated: 'Ctl. Breedon', no. 27.

Note: Date based on rule of Thomas Becket, archbishop of Canterbury. This document can probably be safely attributed to Thomas Becket, archbishop of Canterbury; however there is room for question. The rubric '*sancti Thome*' here was, in the Breedon Cartulary, '*Confirmatio archiepiscopi Cantuariensis de ecclesia de Bredon*' ['Ctl. Breedon', no. 27], which flags-up the suspicion that the document was attributed to Thomas Becket to satisfy a desire to have documents of Saint Thomas rather than his predecessor Theobold. An additional concern is this document does not occur in the *acta* of Theobald of Bec nor of Thomas Becket [*EEA 2*; Saltman, *Acta Theobald*]; however the diplomatic form '*dei gratia Cant' ecclesie minister humilis*' was the typical practice for Thomas Becket's title in his

acta, unlike his predecessor Theobold who, after May 1145, usually included in his title 'primate' [*EEA 2*, p. liv]. The diplomatic thus supports the attribution to Thomas Becket and the variance between the rubrics should not present any concern. The mention of the confirmation of Bishop Robert of Lincoln refers to that of Bishop Robert Chesney who died on the 27 December 1166 [no. 936].

935. Confirmation by Bishop Robert [Bloet] of Lincoln of the grant made by Robert (I) Ferrers' to the canons of the church of Breedon [on the Hill, Leicestershire]. The canons shall be obedient to the prior and chapter of St Oswald. f125v/p. 306

[October 1119 x 9 January 1123]

Rubric: Carta Roberti Linc' episcopi.

Robertus Dei gratia Linc' episcopus omnibus successoribus suis et sancte ecclesie filiis salutem et Dei omnipotentis benedictionem. Sciatis Robertum de Ferr' concessisse ecclesiam de Bredona canonicis ibidem secundum regulam sancti Augustini Deo famulantibus pro animabus antecessorum suorum. Hanc concessione, ratam episcopali auctoritate habentes confirmamus, ita ut supradicti canonici de regula ordinis sui priori et capitulo sancti Osuualdi obediant, salva subiectione et dignitate quam predicta ecclesia debet matri sue Linc' ecclesie. Quicumque etiam pro divino amore benefecerit et manutenuerit, benefaciat illis Deus hic et in futuro. Amen.

Printed: *EEA* 1, no. 12 dated ?c. 1122 x 9 January 1123.

Note: Date based on earliest date of the confirmation of this grant by King Henry I and the death of Robert Bloet, bishop of Lincoln. The church was granted by Robert (I), earl Ferrers, in the presence of King Henry I and witnessed by Thurstan, archbishop of York [no. 932]. Smith states the diplomatic used suggests Robert Bloet but that it was possible that Robert Chesney issued both this document and no. 936 [*EEA* 1, p. 10n].

936. Confirmation by Robert [Chesney], bishop of Lincoln, the grant of Robert (I) Ferrers to the canons of St Oswald of the church of St Hardulf of Breedon [on the Hill, Leicestershire]. ff125v-126r/pp. 306-307

[c. 1 October 1151 x 27 December 1166]

Rubric: Carta Roberti Lincoln' episcopi.

Rodbertus Dei gratia Linc' episcopus omnibus sacrosancte ecclesie fidelibus salutem. Quoniam pium est et religioni consentaneum ea que monasteriis regulariter conviventium a fidelibus Cristianis in quibuscumque [*f126r*] ecclesiasticis possessionibus canonice conferuntur ut inconvulsa permaneant auctoritate episcopali communiri. Inde est quod canonicis regulariter viventibus in ecclesia sancti Osuualdi de [Hu *dotted for deletion*] Nostla ecclesiam sancti Hardulfi de Bredona que ex beneficio et largitione Roberti de Ferar' eisdem canonicis collata est cum omnibus pertinentiis suis concedimus et huius presentis scripti pagina imperpetuum roboramus. Eapropter volumus et auctoritate qua ex officio nostro fungimur precipimus ut predicti canonici sancti Osuualdi hanc ecclesiam de Bredona libere et quiete et honorifice in perpetuam[a] elemosinam teneant, salva in omnibus dignitate et subiectione quam debent matrici ecclesie Lincoln'. Test[ibus] et cetera.

[a] ms *imperpetuum*

Printed: *EEA* 1, no. 201 dated c.1151 x 27 December 1166.

Duplicated: 'Ctl. Breedon', no. 26 which provide witnesses as follows: Nigello episcopo Eliensi, Iocelino episcopo Sareb', Rodberto archidiacono Lincolniensi, Rodberto archidiacono Oxon', Gaufrido, Rogero capell[anis], Nicholao de Sigillo, magistro Rodberto de Burneham, magistro Petro de Melide, Willelmo capellano, Rodberto comite Legrec', Radulfo Basset et multis aliis.

Note: Date based on occurence of Robert as archdeacon of Oxford and death of Bishop Robert Chesney. Robert first occurred as archdeacon 1 October 1151 [Greenway, *Le New 1066-1300: Linc.*, p. 35]. Robert (I), earl Ferrers, was dead by 1139 and this document maybe intended to confirm his original grant [no. 932]. It is equally possible that this charter was to acknowlege Robert (II), earl Ferrers', confirmation of Robert (I)'s grant [no. 926].

Nigel de Seel, Robert de Burnham, Peter de Melide were all canons of Lincoln during this period [Greenway, *Le Neve 1066-1300: Linc.*, pp. 100, 113-4, 133]. Robert '*comes Legrec*' was Robert (II), earl of Leicester, who died 5 April 1168. Ralph Basset was probably the son of Richard Basset, itinerent justice of King Henry I, and was known as Ralph Basset of Drayton, Staffordshire [Green, 'Richard Basset', *DNB*, art. 1647].

937. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Richard son of Harold of Leake, with the consent of his men of Stanton [Harold, Leicestershire], of all the land called Scallacre [described, Leicestershire] except one rood. In exchange the prior and canons of Breedon [on the Hill, Leicestershire] will maintain a chapel at Stanton [Harold, Leicestershire] and a chaplain from the mother church of St Hardulf, Breedon [on the Hill, Leicestershire]. The chapel shall provide the sacraments of baptism, marriage, absolution, confession, mass and all ecclesiastical rites except burial which shall remain to the mother church of Breedon [on the Hill]. All tithes and oblations and obventions will be paid to the mother church except money to pay for the Easter candle. Richard grants to the canons all oblations of his house, all tithes and obventions except hay and pannage and will give the chaplain a house, namely Wetecroft, with a garden. Richard also grants and quitclaims a virgate of land that he had granted to the chapel. f126r/p. 307

[1158 x 2 April 1196]

Rubric: Carta Ricardi filii Haraldi.

Sciant omnes sancte ecclesie filii tam presentes quam futuri quod ego Ricardus filius Haraldi de Lecha communi consensu hominum meorum de Stantona concessi et hac presenti carta mea confirmavi pro amore Dei et sancte Marie et pro salute anime mee et parentum meorum Deo et sancte Marie et beato Hardulfo de Bredona et canonicis Deo ibidem servientibus in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni servitio seculari totam terram que appellatur Scallacre, scilicet in latitudinem inter sepem haie de Stantona et divisam inter Stantonam et Andreskirkam et in longitudine inter Brunhage et viam que dividit divisam inter campo de Wrdintona et Stantona, excepta una roda quam teneo ad viam habendum iuxta haiam meam. Hanc quidem concessionem fecimus ego et homines me tali conditione quod prior et canonici de Bredona invenient mihi et hominibus meis de Stantona et heredibus meis imperpetuum suis sumptibus capellam manentem apud Stantonam qui ibi ministrabit per totum annum, excepto die sancti Haradulfi in quo die homines mei de Stantona venient ex consuetudine ad ecclesiam beati Hardulfi de Bredona sicut ad matricem ecclesiam suam. Homines vero de Stantona sacramentum baptismatis percipient in capella apud Stantonam et sponsalia ibi sua habebunt et purificationes et confessiones et dominici corporis communionem et omnia iura ecclesiastica, excepta sepultura. Omnes enim homines de predicta villa sepulturam accipient apud matricem ecclesiam suam de Bredona, sicut parochiani illius ecclesie, et panem benedictum more solito matrici ecclesie de Bredona et omnes decimationes suas et oblationes et obventiones et cetera iura sua matrici ecclesie sue de Bredona persolvent, excepta Paschali cera que dabitur capelle Stantona ad faciendum cereum de Pascha propter servitium per totam ebdomadam. Ego vero Ricardus et heredes mei dabimus matrici ecclesie de Bredona et canonicis ibidem degentibus omnes oblationes domus mee et omnes decimas et obventiones de blado, de lino, de ferro, de molendinis, de vivariis, de pomerio, de ortis, de lana, de agnis, de vitulis, de pullis, de porcis, et de omnibus de quibuscumque rationabiliter debent persolvi decime excepto feno et panagio. Capellanus vero qui apud Stantona ministrabit habebit mansuram unam, scilicet Wetecroft, cum orto ubi possit manere et omnes communitates predicte ville[A] et si eis visus fuerit inutilis removebunt ipsum et alium loco ipsius substituent[B]. Ego siquidem Ricardus et heredes mei totam predictam terram prefatis canonicis de Bredona warantizabimus et ipsi mihi et heredibus meis unam virgatam que data fuit capelle quietam clamaverunt. Hiis testibus et cetera.

[A] Original omits: *et omnes communitates predicte ville* ['Ctl. Breedon', fn p. 60. [B] Manchester ms 222 *et si forte minus ydoneus invenientus, fuerit alius ydoneus loco ipsius subregabiture.*

Duplicated: 'Ctl. Breedon', no.47 with the following witnesses: Nicholao priore de Calc, R. decano de Donigton', G. de Bagwordia, Henrico de Breidesale, Henrico clerico de Melburn', Stephano capellano de Melburna, Gwarino de Snipestona, Roberto de Bueles, Roberto de Cursun, Ricardo de Cursun, Thoma de Cursun, Robert de Anvers, et Willelmo de Quatremars. 'Ctl. Breedon' also cites the original of this document as held in the munuments room of Earl Ferrers at Staunton Harold and the differences are noted above [B018].

Note: Date based on confirmation of the grant by Ansketil, prior of Nostell Priory. In a complementary document Prior Ansketil confirmed this agreement with the almost the same witnesses [B018]. Ansketil first occurred as prior 1155 x 1157 and died 2 April 1196 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. The grant of the chapel of Staunton was confirmed by Robert, earl Ferrers, before 1159 but the land called Scallacker was not confirmed until the charter of William (I), earl Ferrers, which suggests this grant was made between the confirmations of Robert and William (I), earls Ferrers [nos. 926, 927].

938. An agreement between the prior and convent of St Oswald on the one part and Walter son of Robert of Tateshall, advocate of Breedon [on the Hill, Leicestershire] on the other part, concerning the prior of Breedon and the canons of St Oswald. The prior and canons of St Oswald shall choose 2 canons from the cell of Breedon with the assent of the advocate, and the candidates shall be presented to W. or the heir of him and his wife Isolda who shall select one to be the prior of Breedon. If none at the cell are suitable then the house of St Oswald shall choose two of their own to be presented to the advocate. The prior of the cell shall remain all his life having been professed and subject to the church of St Oswald. If it is necessary to remove the prior then it will only occur with the authority of the bishop, the assent of the prior and convent of St Oswald and the advocate and only when there is a substitute. The prior of St Oswald shall not interfere with the goods and possessions of the cell. f126r/p. 307

[March 1218 x 30 September 1245]

Rubric: Secunda conventio inter priorem et Walterum filium Roberti de Tateshale.

Hec est conventio facta inter priorem et conventum de sancto Osuualdo de Nostl' et Walterum filium Roberti de Tateshale advocatum de Bredona super ecclesia de Bredona ad ecclesiam sancti Osuualdi de Nostl' et canonicos ibidem Deo servientes pertinente, scilicet quod predicti prior et conventus de sancto Osuualdo de Nostl' duos de canonicis suis de cellula sua de Bredona quos voluerint eligent cum assensu advocati et presentabunt eos predicto W. vel heredibus suis ex se et Ysoude uxore sua provenientibus et ipse vel heredes sui recipient unum de illis duobus quem voluerint. Et si forte prefata cellula de Bred' non fuerint inventi ydonei canonici tunc prior et canonici prefati de domo sancti Osuualdi de Nostl' eligent duos quos presentabunt predicto W. vel heredibus suis ex quibus recipient unum quem voluerint et sic deniceps de ceteris. Prenominatus vero prior similiter cum prefato W. vel heredibus suis presentabunt eum diocesano episcopo ad prioratum cellule de Bred' qui tota vita sua stabile ibi remanebit quamdiu canonice se habuit, salva professione et subiectione ecclesie sancti Osuualdi de Nostl'. Et si forte contigerit quod aliqua ratione amoveri debeat vel infata cesserit tunc auctoritate episcopi, et assensu predicti prioris et conventus sancti Osuualdi de Nostl' et prenominati advocati vel heredum suorum ammovebitur et alius loco ipsius secundum quod predictum est substituetur. Et canonici qui cum eo moram facient per priorem et conventum sancti Oswaldi de Nostl' ibi erunt secundum quod possessiones prefate cellule poterunt sufficere, salva in omnibus professione et subiectione sepedicte ecclesie sancti Os. de Nostl'. Prior etiam sancti Osuualdi et advocatus de Bred' non disturbent bona vel possessiones prenominate cellule nec prior in ea perendinabit ad ipsius cellule superfluum gravamen. Hiis testibus et cetera.

Printed: 'Ctl. Breedon', appendix, no. 2.

Note: Date based on Walter (II) son of Robert of Tateshall, and presentation of the prior by Robert of Tateshall. A complete pedigree of the Tateshall family cannot be reconstructed and dating is further complicated by the repetitive use of Walter and Robert as family names. Walter son of Robert occurred with his father Robert in an agreement with Nostell Priory regarding a chapel in Breedon in March 1228 which provides the earliest limit of Walter (II)'s inheritance of his father's estates [B019 from 'Ctl. Breedon', no. 75]. Another Robert of Tateshall presented Walter Stokes to the bishop of Lincoln on 30 September 1245 and although it is not certain the process described here was followed at the presentation of Stokes, the prior of Nostell presented the candidate to Robert Tateshall suggesting it was followed and thus providing the latest limit [no. 941]. See note no. 941 concerning a further controversy.

At some time during the lifetime of William (II), earl Ferrers, the right of presentation of the prior of Breedon must have transferred from the earl Ferrers to Robert of Tateshall although when and for what reason cannot be explained. This document and others in the Breedon Cartulary make it apparent that the right of presentation eventually transferred to the Tateshall family, possibly through the Pantulf family [nos. 931, 933, 940]. A connection between the Pantulf and Tateshall families did occur: Walter (I) of Tateshall married Isolda Pantulf after 1194 and Walter died in 1213 ['Ctl. Breedon', citing *Cartae Antiquaes* no. 251 and *PR 6 Richard I*, p. 201]. Robert Tateshall presented the prior of Breedon to Bishop Robert Grossesteste on 30 September 1245 [no. 941] although this could be the son of the Walter mentioned here.

939. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Peter Picot son of Peter Picot lord of Ratcliffe upon Soar to the canons of St Hardulf in Breedon [on the Hill, Leicestershire] of 2 virgates of land in Kingston [on Soar, Nottinghamshire, described]. ff126r-v/pp. 307-308

[1211 x 1225]

Rubric: Carta Petri Picot filii Petri Picot.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Petrus Picot filius Petri Picot [*f126v*] Dys[a] de Radeclive super Sore eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me divine pietatis intuitu et pro salute anime mee et animarum patris et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie beate Marie et sancti Hardulfi de Bredona et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam duas virgatas terre in Kinestan, unam scilicet virgatam terre quam Thomas filius Lisolphe tenet in eadem villa et aliam quam Alnardus tenet, illam scilicet quam Acerus prius tenuit; tenend' et habend' cum rusticis et cum omni sequela eorum predictis canonicis de Bred' de me et de heredibus meis libere et quiete, pure et perpetue, pacifice et honorifice cum omnibus pertinentiis et asiamentis tam in campis quam in pratis et pascuis tam in viis et semitis quam in aquis et siccis ad predictam terram pertinentibus sine omni impedimento et retenemento et reclamatione de me et de heredibus meis. Ego vero predictus Petrus Picot et heredes mei warantizabimus predictam elemosinam meam predictis canonicis ubique et contra omnes homines imperpetuum. Et ut ista donatio et confirmatio cunctis temporibus rata et inconcussa permaneant presens scriptum sigilli mei appositione corroboravi. Hiis testibus et cetera.

[a] probably for *dominus*.

Duplicated: 'Ctl. Breedon', no. 81 with the following witnesses: Willelmo Quatermars, Willelmo de Stantona, Roberto fratre eius, Ricardo Dunchardun, Willelmo de Haustede, Benedicto de Diseworth', militibus, Rogero de Haustede, Stephano de Mynestan, Ansketillo fratre eius, Helya Picot, Ricardo fratre eius, et multis aliis.

Note: Peter Picot held land in Ratcliff of the earl Ferrers in the late 12th century and paid relief for his father's lands in 1211; he was dead by 1227 ['Ctl. Breedon', p. 90n and, 1920 #275 citing Bateson, *Hist. Notts.* i, p. 24, *Ex. Rot. Fin.* i, p. 124] Thomas Picot, son of Peter mentioned here, confirmed his father's grant and Thomas was dead by 12 February 1255 [*Cal. Inq. PM Henry III*, no. 344; 'Ctl. Breedon', no. 82, dated 1225 x 1255].

940. Grant by Prior John and the convent of St Oswald to Ralph son of John of Breedon the clerk of the span [*spatium*] of land in Andreskirka [Leicestershire] from the toft of the fee of the church of Breedon [on the Hill, Leicestershire], namely that which Ralph bought from Thomas Barri. f126v/p. 308

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta Iohannis prioris concessa Rad[ulfo] filio Iohannis de Bredon'.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Iohannes prior et conventus sancti Osuualdi de Nostl' salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos unanimi assensu concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Rad[ulfo] filio Iohannis de Bredona clerico et heredibus suis totum illud spatium terre in Andreskirka cum pertinentiis quod ipse Rad[ulfus] emit de Thoma Barri de tofto ipsius Thome, quod est de feodo ecclesie nostre de Bredon', sicut continetur in carta quam idem R. habet de eodem Thoma Barry per easdem divisas et pro eodem servitio. Et ad maiorem securitatem presenti scripto sigillum nostrum apposuimus. Teste capitullo [*sic*] nostro.

Duplicated: 'Ctl. Breedon', no. 88 dated 1208-1237. No witnesses provided.

Note: Date based on rule of John as prior of Nostell Priory. John was probably elected c. 24 July 1208 and he died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. In 1217-1220 Thomas Barri was involved in a series of transactions with Nostell Priory concerning land in Andrewskirk and the City of York [nos. 663, 685-88].

941. Presentation by Robert of Tattershall, knight, in his right as patron, to R[obert Grosseteste], bishop of Lincoln, of Walter of Stokes for institution as prior of the cell of Breedon [on the Hill, Leicestershire], vacant by the cession of [Prior] Gervase and upon presentation to Robert of Tattershall by the prior and canons of St Oswald. f126v/p. 308

Tattershall, 30 September 1245

Rubric: Robertus de Tatehal' de presentatione W. de Stokes.

Reverendo in Cristo patri domino R. Dei gratia Linc' episcopo suus miles Robertus de Tateshale salutem in Domino cum omni genere honoris et reverencie. Sancte paternitati vestre fratrem Walterum de Stokes latorem presentium canonicum de sancto Osuualdo ad cellam de Bred' pleno iure ad ecclesiam sancti Osuualdi de Nostl' spectantem vacantem per cessionem domini Gervasii quondam prioris de Bredon' quantum de iure patronatus ad me pertinere dinoscitur presento, quem ad presentationem prioris et conventus de sancto Osuualdo ad dictam cellam admisi. Unde excellencie vestre duxi devote supplicandum quatinus divine caritatis intuitu quod vestram est in hac parte circa ipsum fratrem Walterum misericorditer excere[a] dignemini. Bene et diu valeat sancta paternitas vestra in Domino. Dat' apud Tateshal' in crastino sancti Michaelis anno domini m° c°c° xl quinto. In huius rei testimonium vobis has literas meas transmitto patentes.

[a] ms *sic* for *execere*.

Duplicated: 'Ctl. Breedon', appendix no. 3.

Note: Gervase, the sub-prior, was admitted as prior at Breedon 30 July 1223 and he resigned June 1244 x Jun 1245 [Smith, *Heads* II, pp. 344-45]. Walter of Stokes was instituted by Bishop Robert Grosseteste [*Rot. Grosseteste*, pp. 244-45]. This was probably the son of Walter son of Robert Tateshall [no. 938].

942. Petition by Prior John and the convent of St Oswald to King Henry [VI], as duke of Lancaster, to assent to the choice of William York, their canon, and to present him to [John Chedworth], the bishop of Lincoln, for institution as the prior of the cell of Breedon [on the Hill, Leicestershire] vacant upon the death of the former prior Stephen Melsymby. f126v/p. 308

The Chapter of St Oswald, 6 July [1456]

Rubric: [*none*].

[E]xcellentisimo in Cristo principi et domino, <domino> Henrico, Dei gratia rege Anglie et Francie et domino Hibernie vestri[A] oratores perpetui Iohannes[B], prior monasterii sive prioratus sancti Oswaldi de Nostell' in comitatu[C] Ebor' et eiusdem loci conventus omnimodis reverentis tanto principi debitis cum honore. Cum prioriatus celle nostre de Bredon', Lincoln' diocesis, per mortem fratris Stephani Melsymby, canonici nostri, ultimi prioris eiusdem, nuperrime vacaverit, ac de persona ydonea breve regie maiestati vero[D] dicti prioriatus de Bredon', ratione ducatus vestre Lancastr' patrono transmittenda pertineat ordinare, nos, igitur, prefati prior et conventus, dilectum nobis in Cristo fratrem Willelmum Yorke nostrum concanonicum, virum providum, ydoneum, et discretum, excellentie vestre transmittimus, et ad dictum prioratum de Bredon' tenore presentium presentamus, humiliter supplicantes et devote quatinus predicto fratri Willelmo Yorke vestrum regalem consensum et assensum prebere in hac parte et ipsum fratrem W. reverendo patri episcopo Lincoln', dicti loci diocesano, <[vel] eius vicario in spiritualibus vicario generali vel cuicumque [alio] sede vacante iurisdictionem et auctoritatem in hac parte habenti> cum litteris vestris gratiosis de et super vestris consensu et assensu predictis, ut moris est, transmittere, et eundem fratrem W. ad prioratum de Bredon' predictum presentare dignemini ad effectum, ut ea que suo incumbunt officio pastorali in hac parte sua paternitas exequi velit cum favore. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus apposuimus. Dat' in domo capitulari monasterii sive prioratus nostri predicti sexto die mensis Iulii anno domini et cetera.

[A] Leeds, WYAS: NP C1/1/1 includes *humiles imperpetuum* [B] Leeds, WYAS: NP C1/1/1 struck out Iohannes' and replaced by 'Ricardus'. [C] Leeds, WYAS: NP C1/1/1 *vestro* [D] Leeds, WYAS: NP C1/1/1 *vestro.*

Duplicated: 'Ctl. Breedon', appendix I, no. 4 citing *Gesta* [Leeds, WYAS: NP CI/1/1 f55r as source].
Note: Date based on admission of William of York, canon of Nostell, as prior of Breedon. William of York was admitted to Breedon Priory vacant by the death of Stephen Melsynby on 11 August 1456 [*Reg. Chedworth*, ff208v-209r]. The election of Prior John, occasionally called Robert, of Huddersfield was confirmed 5 August 1427 and resigned on 5 September 1472 [Jones, *Le Neve 1300-1541: Northern Province*, p. 39]. The Breedon Cartulary indicates the *Gesta* was corrected to Richard which indicates the document was used as a precedent, perhaps for the document which follows ['Ctl. Breedon', no. 4, no. 943].
The document was addressed to the King because the patronage of Nostell Priory, along with the honour of Pontefract, had reverted to the crown; as early as 1324 the crown assent had been requested for the election of a prior of Breedon when the duchy was vacant [*Reg. Burghersh*, 1, no. 890]. This document was copied by other than Scribe A or B [see Chapter V].

943. Memorandum that John Emley was presented to the priory of Breedon [on the Hill, Leicestershire] on the death of J. Hyndrewell, who died 26 August 1495. f126v/p. 308

1 September 1495

Rubric: [*none*].

Primo die Septembris, anno Domini m° cccclxxxxv^to^ frater Iohannes Emley presentatus est ad prioratum de Bredon' vacantem per mortem fratris I. Hyndrewell, qui obiit xxvi° die Augusti ultimi elapsi. [*f127r, the next folio is missing, pp. 309-310*]

Note: Richard Hirst was prior of Nostell Priory at this time [Jones, *Le Neve 1300-1541: Northern Province*, p. 39]. This document was copied by other than Scribe A or B [see Chapter V].

Note for nos. 944-74. The chapel of Skewkirk in the township of Tockwith, Bilton parish, was granted to Nostell Priory by Osbert de Arches and his son William and confirmed on 7 January 1122 [B004]. A 16th -century cartulary of Skewkirk [or Scokirk] here known as the Cartulary of Tockwith ['Ctl. Tockwith'] provides many documents which were lost from the Nostell Priory Cartulary [Ctl. Tockwith]. It is unfortunately beyond the

scope of this work to include and date all the documents in the Tockwith Cartulary however those document which contribute to the dating of this documents in the Nostell Cartulary have been included in Appendix B [B004, B005, B013, B014, B020]. Of the seventy documents in the Tockwith Cartulary, forty-two are not repeated in the Nostell Cartulary and were probably copied on the missing pages [see Chapter V].

The Nostell 15th-century index [no. 1] indicates that 6 folios or 12 pages of the Nostell Cartulary concerned Tockwith and 3 folios or 6 pages are now missing from the Nostell Cartulary. At least seven and perhaps thirteen of the Tockwith Cartulary would have been issued after the timeframe of Scribe A and would have been copied later in the manuscript, if at all ['Ctl. Tockwith', nos. 1, 13, 56-60, 65-70]. A comparison of the typical document per page and the documents in the 'Ctl. Tockwith' would suggest the following reconstruction: missing pages 309-10 containing 'Ctl. Tockwith', nos. 2-12 [the last line of no. 12 is no. 944]; the missing pages 315-318 were copied between nos. 966 and 967 contained 'Ctl. Tockwith', nos. 33-50 with no. 33 partially copied as no. 966 and no. 50 partially copied in the Nostell Cartulary as no. 967. The last seven 'Ctl. Tockwith' documents do not fit the sequence described here and include the general confirmation of Nostell Priory's endowment by King Henry I which did not survive in Nostell Priory Cartulary [B004], five documents regarding descendants of donors already contained in previous charters and the record of the temporal taxes of 1292 ['Ctl. Tockwith', nos. 64-70]. See Table V-A. All references to Manchester , Latin ms 225 are as provided in 'Ctl. Tockwith.'

944. An incomplete document. f127r/p. 311

Rubric: [*missing*].

ad me et ad heredes meos pertinentibus imperpetuum. Hiis testibus et cetera.

Note: The 15th-century index suggests that the missing folio pertained to the endowment of Tockwith [no. 1]. This is possibly a charter copied in 'Ctl. Tockwith' of Richard son of Robert of Wilstrop wherein he granted his assart which Hugh son of Albert of Tockwith held from Robert of Wilstrop and he grants to the canons the right to ditch and enclosed the lands around the house and church of Skewkirk [Tockwith] ['Ctl. Tockwith', no. 12].

945. Notification by King Henry I to T[hurstan] archbishop of York and Nigel d'Aubigny and all the barons of Yorkshire of his confirmation of the grant made by Geoffrey son of Pain of 2 bovates of land in Tockwith [Bilton]. f127r/p. 311

Waltham, [19 October 1119 x 7 January 1122]

Rubric: Carta Henrici regis Angl'.

Henricus rex Angl' T. Ebor' archiepiscopo et Nigello de Albuni et omnibus baronibus et fidelibus suis Eborasiscire salutem. Sciatis me concessisse sancto Osuualdo de Nostla et canonicis eiusdem loci duas bovatas terre in perpetuam elemosinam quam Gaufridus filius Pag' eis dedit in Tocwid. Et concedo et confirmo eis ut tales habeant libertates et consuetudines in bosco, in plano, in pascuis, in porcorum pasnagiis, quas Gaufridus habet concessione ipsius Gaufridi coram me. Et volo et firmiter precipio ut bene in pace et honorifice teneant sicut melius tenet aliqua elemosina. T. Waltero de Gloc' apud Waltam.

Printed: *EYC X*, no. 2 dated 1121-29; 'Ctl. Tockwith', no. 14 dated before 1114; *Mon. Ang.*, vol. 6, p. 102.

Note: Date based on consecration of Thurstan, archbishop of York, and the general confirmation by King Henry I. The consecration of Thurstan provides the earliest limit of this charter. King Henry I confirmed the grant of Geoffrey son of Pain of the church of Tockwith and the adjacent land on 7 January 1122 providing the latest limit [B004]. Clay suggests this grant followed the king's confirmation because the land was not recorded in that confirmation; however the 2 bovates do not appear in any subsequent confirmations of King Henry II nor King Richard I and it is most likely that this 2 bovates were considered 'the land adjacent' to the church which was recorded in the confirmation of King Henry I and subsequent confirmations [*EYC X*, p. 32]. Of the witnesses: Nigel d'Aubigny, a frequent witness and part of King Henry I's *familia* was dead by November 1129 [*Chtrs Mowbray*, p. xviii]; Walter of Gloucester was a frequent witness to charters of King Henry I and was sheriff of Gloucester from c. 1093-c. 1126 [Green, *English Sheriffs*, p. 42; Newman, *Anglo-Norman Nobility*, p. 101].

946. Mandate by Aubrey de Harcourt to her steward, bailiff and men of Yorkshire that they should maintain the canons of the church of the woods [Tockwith, Bilton] for the love of [her husband] William (II) Trussbut and herself. f127r/p. 311

[c. 1135 x 1205]

Rubric: Carta Albrede de Haracuria.

Albreda de Haracuria dapifero suo et omnibus ballivis suis et hominibus suis Eboraciscire salutem. Mando vobis et precipio quatinus pro Dei amore et domini mei Willelmi Trussebut et mei manuteneatis pauperes canonicos ecclesie de bosco quia dominici canonici sunt mei domini et mei <et> faciatis eos tenere in bene et in pace[a] et habere libertates suas in bosco, in plano, in pascuis, in porcorum pasnagiis, prout carta eorum testatur quod tenere debent.

[a] Manchester Latin ms 225 *in bene et pace*

Printed: *EYC X*, no. 6 dated 1154-76; *Mon. Ang.*, vol. 6, p. 102; 'Ctl. Tockwith', no. 61.

Note: Date based on Aubrey de Harcourt. Aubrey de Harcourt was married to William (II) Trussebut; she was born by c. 1135 and dead by 1205 [*EYC X*, pp. 9-10]. William (II) paid scutage for 10 knights' fees in 1165 and was dead by c. 1177 [*EYC X*, p. 8-9]. Aubrey had held some land in her own right from her mother's inheritance and as her marriage portion [*EYC X*, p. 10]. Although Aubrey outlived her husband, there is no indication that he was dead when this charter was issued and Clay assumes he was still alive, which suggests this land was held in her right not that of her husband; Clay does not explain his earliest limit but may have based it on her birth year [*EYC X*, p. 35].

947. Grant in pure and perpetual alms by Albert of Tockwith to the canons of St Oswald and the church of All Saints, Skewkirk, of 2 acres of land in Tockwith [4 locations described]. f127r/p. 311

[late 12th century]

Rubric: Carta Alberti de Tocwid.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Albertus de Tocwid salutem. Noverit universitas vestra me concessisse et dedisse et hac mea presenti carta confirmasse Deo et sancto Osuualdo et ecclesie Omnium Sanctorum de Scokirk' et canonicis de sancto Osuualdo ibidem Deo servientibus pro salute anime mee et antecessorum meorum duas acras terre in puram et perpetuam elemosinam scilicet in Nes in oriente iuxta Suinestiberc dimidiam acram, in occidente super Suinestiberc dimidiam acram, in Winotheit iuxta Scamelandes dimidiam acram, in Prestestueit iuxta Rudegate dimidiam acram. Hiis testibus et cetera.

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 15.

Note: Date based on Guy son of Albert and his relationship with Richard son of Robert of Wilstrop. Albert of Tockwith had at least three children: Matilda, Hugh and Guy. Hugh son of Albert held land of Richard son of Robert of Wilstrop the later who occurred in 1208 and 13 July 1231 [*Yorks Deeds*, vi, p. 164; 'Ctl. Tockwith', no. 12]. Guy son of Albert held land of Richard son of Benedict of Tockwith and at Withcarr ['Ctl. Tockwith', no. 36]. Matilda quitclaimed her right to the land mentioned here at Swinestibery and in the fields of Tockwith ['Ctl. Tockwith', nos. 47, 48].

948. Grant in perpetual alms by Richard son of Peter of Tockwith to the church of All Saints, Skewkirk, of all his part of the land in the fields of Tockwith on the banks of the river Nidd and opposite Little Cattal, which Peter son of Durand held. f127r/p. 311


[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Ricardi filii Petri de Tocwidd.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Ricardus filius Petri de Tocwid dedi et concessi et hac mea presenti carta confirmavi totam meam partem terre quam Petrus filius Durandi et heredes eius tenent in campo de Tocwid super ripam de Nid contra Cahala minorem Deo et ecclesie Omnium Sanctorum de Scokirk' pro anima mea et patris mei et matris mee et antecessorum meorum in perpetuam elemosinam, liberam et quietam de me et heredibus meis et de omni consuetudine et seculari servitio. Hiis testibus et cetera.

Duplicated: : 'Ctl. Tockwith', no. 16.
Note: Date based on occurrence of Richard son of Peter of Tockwith. Richard occurred on 12 November 1208 [*Yorks F. John*, p. 150]. Peter of Tockwith also had a daughter Mary who granted to Nostell Priory one rood in Tockwith ['Ctl. Tockwith', no. 49].

Note to **nos. 949-50, 952, 953.** The descendants of Osbert of Dunsforth were benefactors of the church of All Saints, Skewkirk. The family pedigree below is based on the charters referenced and those of the Tockwith Cartulary ['Ctl. Tockwith']. Osbert of Dunsforth had at least two sons: Nicholas and William. Nicholas named his brother William his heir [no. 949]. William son of Osbert of Dunsforth occurred 1185 x 1205, in 1208, and possibly as late as 15 August 1255 [*EYC* II, no. 537; *Yorks Deeds*, vi, p. 64; *Yorks Inq.* 1, pp. 44-45]. William son of Osbert married Elena and had some tenurial or familia relationship to Juetta of Tockwith another benefactor [no. 953]. William and Elena had at least one son: Robert son of William of Dunsforth who occurred on 11 November 1229 [*Yorks Deeds*, vi, p. 165]. The paucity of information concerning this family results in a broad dating of their charters as late 12th x early 13th centuries for Nicholas and William sons of Osbert and 13th century for Robert son of William [the latest limit typically 1264 as the last entry made by Scribe A, see Chapter V].



949. Grant with warranty in pure, free and perpetual alms by Nicholas son of Osbert of Dunsforth, with the consent of his heir William, to the church of All Saints, Skewkirk, of 2 selions of land at Withcarr [Tockwith, boundaries described]. f127r.6

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Nicholai filii Osberti de Dunesford'.
Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Nicholaus filius Osberti de Dunesford salutem. Noverit universitas vestra me de consensu Willelmi heredis mei dedisse, concessisse et hac[A] presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Omnium Sanctorum de Scokirk' et canonicis ibidem Deo servientibus in puram et liberam et perpetuam elemosinam pro salute anime mee et predecessorum et successorum meorum[B] duas selliones que iacent propinquiores terre Roberti de Dunesford' ex orientali parte apud Witheker, illas scilicet que extendunt ex una parte de Witheker et altera usque in Nid[C]; tenendas et habendas libere et quiete ab omni seculari servitio et exactione. Ego autem et heredes mei predictam terram warantizabimus contra omnes homines. Ut autem hec mea donatio rata et inconcussa permaneat presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

[A] Manchester, Latin ms 225 omits '*hac*'. [B] Manchester, Latin ms 225 *predecessorum meorum et successorum.* [C] Manchester, Latin ms 225 deleted *Nid.*

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 17 citing YAS ms 282.
Note: For dating and this family see note preceding. This was the only grant in the Cartularies by Nicholas son of Osbert.

950. Confirmation by Richard the knight, son of Robert of Wilstrop and by John of Eston of the grant made by Robert of Dunsforth son of William of Dunsforth to the church of All Saints, Skewkirk, of a *cultura* of land [Tockwith, boundaries described] and half an acre of land which Robert gave the canons called Scamlandes. f127r/p. 311

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Ricardi militis filii Roberti de Wivelestorp.
Omnibus presens scriptum visuris vel audituris Ricardus miles filius Roberti de Wivelestorp et Iohannes de Eston' eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra nos concessisse et presenti carta nostra

confirmasse Deo et ecclesie Omnium Sanctorum de Scokirk' et canonicis ibidem Deo servientibus et servituris illam culturam terre quam Robertus de Dunesford' filius Willelmi de Dunesford[A] eis dedit et confirmavit de consensu Willelmi patris sui, illam scilicet que iacet propinquior extra nemus ipsius Roberti et campum dictorum canonicorum, sicut in carta ipsius Roberti plenius continetur, cum una dimidia acra terre quam idem Robertus dictis canonicis dedit et confirmavit illam scilicet qui iacet propinquior culture dictorum canonicorum que dicitur Scamelandes ex australi parte rivuli que vocatur Bech versus occidentem in puram et perpetuam elemosinam perpetuo possidendas libere, quie[te] et pacifice sine[B] omni exactione et servitio seculari. Hiis testibus et cetera.

[A] Manchester, Latin ms 225 omitted *filius Willelmi de Dunesford.* [B] Manchester ms 225 *perpetue possidendam libere, quiete et pacifice ab omni . . . .*

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 18.

Note: Date based on John of Eston and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Both John of Eston and Robert of Dunsforth occurred together on 11 November 1229 [*Yorks Deeds*, vi, p. 165]. John of Eston also occurred in June 1231 [*Yorks F. 1218-1231*, p. 161n] and he held land in chief of the king in Dickering in 1284 and in Craven in 1293 [*FA*, 6, p. 26; *Red Book*, p. 1024]. The confirmation by both John of Eston and Richard son of Robert of Wilstrop suggests a tenurial relationship over Robert of Dunsforth. Robert of Dunsforth granted this land with his father William of Dunsforth's consent [no. 952]. Richard son of Robert of Wilstrop occurred as early as September/October 1208 and as a benefactor of Nostell Priory and the church of Skewkirk [*Yorks F. John*, p. 126; 'Ctl. Tockwith', no. 5].

951. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Geoffrey Lardiner of Tockwith and M. his wife to the church of All Saints, Skewkirk, and the canons of St Oswald of half an acre of land in the new assart of Scamlandes [Tockwith, described]. ff127r-v/pp. 311-12

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Gaufridi Lardiner de Tocwid.

Omnibus has literas visuris vel audituris Gaufridus[A] Lardiner de Tocwit et M. uxor eius eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod nos dedimus et concessimus et presenti carta[B] confirmavimus Deo et ecclesie Omnium Sanctorum de Scokirk' et canonicis de sancto Osuualdo ibidem Deo servientibus pro salute animarum nostrarum unam dimidiam acram terre in nova essarta de Scamland', que videlicet dimidia acra iacet proprinquius terre ex parte occidentali quam Iueta de Tocwid predicte ecclesie et predictis canonicis in liberam, puram et perpetuam dedit elemosinam; habend' et tenend' similiter[C] in liberam, puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni seculari servitio et exac[*f127v*]tione. Et nos et heredes nostri warantizabimus predictam dimidiam acram terre cum suis pertinentiis predicte ecclesie de Scokirk' et predictis canonicis ubique et contra omnes homines. Ut autem hec nostra donatio rata maneat et inconcussa presens scriptum presentis sigilli testimonio roboravimus. Hiis testibus et cetera.

[A] Manchester, Latin ms 225 deleted *Gaufr'*. [B] Manchester, Latin ms 225 *carta nostra confirmavimus.*
[C] Manchester, Latin ms 225 *scilicet* vice *similiter*

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 19.

Note: Date based on Juetta of Tockwith and William of Dunsforth. Nothing is known of Geoffrey Lardiner of Tockwith. The description of this land refers to the land which Juetta daughter of Guy of Wilstrop had granted to the Priory ['Ctl. Tockwith', no. 11] which had been confirmed by William son of Osbert of Dunsforth in the late 12th x early 13th centuries [see no. 953].

952. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Robert of Dunsforth son of William the knight of Dunsforth to the church of All Saints, Skewkirk, and the canons of St Oswald of a *cultura* of land and half an acre of land called Scamelandes [Tockwith, boundaries described]. f127v/p. 312

[early 13th century]

Rubric: Carta Roberti de Dunesford' filii Willelmi militis.

Omnibus presens scriptum visuris vel audituris Robertus de Dunesford' filius Willelmi militis de Dunesford' eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me de consensu et voluntate patris mei Willelmi dedisse, concessisse et presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Omnium Sanctorum de Scokirk' et canonicis de sancto Osuualdo de Nostl' ibidem Deo servientibus et servituris imperpetuum pro salute anime mee patris et matris mee et omnium predecessorum et successorum meorum unam culturam terre, illam scilicet que iacet propinquior inter nemus meum in parte aquilonali et campum dictorum canonicorum in latitudine a nova fossa subtus dictum nemus usque ad croftum qui fuit olim Eustachii hominis hac[A] canonicorum, et in longitudine ab exitu de Nes[B] versus orientem usque ad exitum canonicorum de curia eorum. Preterea do eis et concedo dimidiam acram terre que iacet propinquior culture eorum que dicitur Scamelandes, ex australi parte riuuli qui vocatur Bech versus occidentem in puram et perpetuam elemosinam perpetuo possidendas[C] libere, quiete et pacifice sine omni exactione et servitio vel disturbatione mei sive heredum meorum. Ego vero Robertus de Dunesford et heredes mei dictas terras dicte ecclesie et dictis canonicis contra omnes homines defendemus et warantizabimus imperpetuum. Ut autem hec mea donatio et concessio rata permaneat et inconcussa presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

[A] Manchester, Latin ms 225 omits *hac.* [B] Manchester, Latin ms 225 *Nesse.* [C] Manchester, Latin ms 225 *possidendam.*

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 20.

Note: Date based on occurrence of Robert son of William son of Osbert of Dunsforth. Robert of Dunsforth occurred on 11 November 1229 [*Yorks Deeds*, vi, p. 165]. See note preceding **no. 949** concerning the family. This grant was confirmed by Richard son of Robert of Wilstrop and John of Eston [**no. 950**].

953. Confirmation with warranty by William son of Osbert of Dunsforth to the canons of All Saints, Skewkirk, of the grant made by Juetta of a *cultura* of land [Tockwith, described], all the land of his fee between the road leading to the [Tockwith] Ness and the church of [All Saints,] Skewkirk, the land at the place called Dufeapeltreboth [Tockwith, described], and licence that they may build a ditch to protect from flooding. f127v/p. 312

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Willelmi filii Osberti de Dunesford'.

Sciant omnes tam presentes quos futuri quod ego Willelmus filius Osberti de Dunesford' confirmavi Deo et ecclesie Omnium Sanctorum de Scokirk' et canonicis ibidem Deo servientibus quatuor acras terre quas Iueta mea [*sic*] eis dedit in puram et perpetuam elemosinam per cartam suam et licet[A] in ipsa cultura plusquam iiij^{or} acre contineatur totum absque aliquo retenemento cum predictis iiij^{or} acris prenominatis canonicis concessi, dedi et confirmavi cum tota terra que est de feodo meo inter viam que vadit ad Nesse usque predictam ecclesia de Scokirk'. Et sciendum est quod capita terrarum ad locum que [d *dotted for deletion*] vocatur Dufeapeltrebothme abuttant super predictam viam de Nesse. Concessi preterea predictis canonicis propter crebra dampna et pericula que tam nobis quam ipsis contingere solebant ut totam predictam terram fossato includant a crofto Eustachii usque via omnia ista predicta. Concessi Deo et ecclesie Omnium Sanctorum de Scok' et canonicis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam; habendas et utendas libere et quiete absque omni seculari servitio et omni demanda [de *dotted for deletion and repeated*] de me et heredibus meis imperpetuum pro anima patris mei Osberti et pro anima Elene sponse mee et animabus antecessorum

meorum et omnium Cristianorum[B]. Et ego et heredes mei hanc confirmationem et donationem warantizabimus salva communi pastura post carriamentum bladi[C]. Hiis testibus et cetera.

[A] Manchester, Latin ms 225 *scilicet* vice *licet.* [B] Manchester, Latin ms 225 substitutes *preavorum* instead of *Cristianorum.* [C] Manchester, Latin ms 225 omits *salva communi pastura post carriamentum bladi.*

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 21.

Note: Date based on William son of Osbert of Dunsforth, see note preceding **no. 949** for dating and this family. Juetta daughter of Guy of Wilstrop granted four acres of land to Nostell Priory ['Ctl. Tockwith', no. 11]. Although no dates can be attributed to Juetta, her father Guy Wilstrop was a contemporary of William de Arches who died c. 1154 [*EYC* II, no. 537; *Chtrs Mowbray*, no. 318] and her brother was probably Richard son of Guy of Wilstrop who was also a donor ['Ctl. Tockwith', nos. 3-4]. Juetta would then likely have had an active adult life no earlier the last half of the 12th century. The document did not note the relationship between William and Juetta.

954. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Albert son of Leising Croc to the church of All Saints and the canons of St Oswald of an acre of land half abutting Balledthorn at Ruddegate and half at Langemere in Tockwith. f127v/p. 312

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Alberti filii Leisingi Croc.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Albertus filius Leisingi Croc pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum dedi et concessi et hac mea presenti carta confirmavi Deo et sancte Marie et capelle Omnium Sanctorum de Scokirk' et canonicis de sancto Osuualdo ibidem Deo servientibus unam acram terre in Tocwid in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Cuius acre medietas abbutat super Balledthorn de Ruddegate;[A] habend' et tenend' in puram et perpetuam elemosinam libere et quiete ab omni seculari servitio et terrena consuetudine. Et ego et heredes mei warantizabimus hanc terram predictis canonicis contra omnes homines. Hiis testibus et cetera.

[A] Manchester, Latin ms 225 includes at this point *et dimidia acra apud Langemere.*

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 22.

Note: Date based on latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Nothing is known of Albert son of Leising Croc. The land in question also appeared in another document in the Tockwith Cartulary granted by Richard son of Thomas ['Ctl. Tockwith', no. 40].

955. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Juetta of Tockwith to the church of All Saints and the canons of St Oswald of an acre of land in the new assart of Scamlandes [Tockwith, described]. f127v/p. 312

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Iuete de Tocwid.

Omnibus has literas visuris vel audituris Iueta de Tocwid salutem. Noverit universitas vestra quod ego Iueta dedi et[A] concessi et hac mea presenti carta confirmavi Deo et ecclesie Omnium Sanctorum de Scokirk' et canonicis de sancto Osuualdo ibidem Deo servientibus pro salute anime mee unam acram terre in nova essarta de Scamland que scilicet acra abuttat super rivum molendini de bosco, in puram et perpetuam elemosinam. Et ego et heredes mei warantizabimus predictam acram terre cum pertinentiis predicte ecclesie de Scokirk' et predictis canonicis ubique et contra omnes homines. Ut autem hec mea[B] donatio rata maneat et inconcussa presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

[A] Manchester, Latin ms 225 omits *et.* [B] Manchester, Latin ms 225 *autem hec mea.*

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 23.

Note: Date based on Juetta of Tockwith, daughter of Guy of Wilstrop, see note **no. 953** concerning dating.

956. Quitclaim by Amaury Bastard of the grant made by Richard of Haliwarfolc and his wife Eve (Amaury's sister) to the church of All Saints, Skewkirk, of half an acre of land in [Tockwith] Ness. ff127v-128r/pp. 312-13

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Amorii bastard.

Omnibus has literas visuris vel audituris Amori bastard' salutem. Noveritis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Omnium Sanctorum de Scokirk' illam dimidiam acram terre in Nesse quam Ricardus de Haliwarfolc et Eva uxor eius et soror mea dictis Deo et ecclesie in puram elemosinam dederunt, sicut continetur in carta predictorum Ricardi et Eve. Et ut hec mea concessio rata sit sigillum *[f128r]* meum huic scripto apposui. Hiis testibus et cetera.

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 24.

Note: Date based on occurrence of Amaury as a free tenant on 11 November 1229 [*Yorks Deeds*, vi, p. 165]. The grant of his sister and brother in law which he confirms here was copied in the Tockwith Cartulary ['Ctl. Tockwith', no. 42].

957. Sale with warranty in pure and perpetual alms by Eustace son of William of Warwick, with the consent of his wife Matilda, to the canons of All Saints, Skewkirk of 1 1/2 acres of land in the field of Tockwith [described], namely that which he accepted from the prior and canons of St Oswald in exchange for an acre of land, toft and croft he once held in Skewkirk, with a penalty clause of 5*m* to the works of St Peter [York Minster]. For this the master and canons gave Eustace 14*s* of silver for his pilgrimage to Jerusalem. f128r/p. 313

[c. 24 July 1208 x 16 September 1241]

Rubric: Carta E[ustacii] filii Willelmi de Warewic.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Eust' filius Willelmi de Warewich salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et presenti carta confirmasse de consensu Matildis uxoris mee Deo et ecclesie Omnium Sanctorum de Scok' et canonicis ibidem Deo servientibus et servituris unam acram terre et dimidiam in campo de Tocwid scilicet in veteri Scameland' ex australi parte rivuli que vocatur Bech, illas scilicet que iacent propinquiores culture [*sic for culturam*] eiusdem ecclesie in orientali parte quam acram accepi in escambium a priore et canonicis de sancto Osuualdo pro una acra quam olim tenui in crofto et tofto apud Scokirk' de eadem ecclesia de Scok'; tenend' et habend' libere, quiete et pacifice in puram et perpetuam elemosinam sine aliqua reclamatione mei vel uxoris mee vel heredum meorum imperpetuum. Ipsi vero magister et canonici tunc temporis eiusdem loci dederunt mihi propter dictam acram et dimidiam in expeditionem itineris mei versus terram Ierosolimitanam quatuordecim solidos sterlingorum. Ego vero et heredes mei dicte ecclesie et canonicis dictam acram et dimidiam contra omnes homines warantizabimus. Si forte uxor mea vel aliquis heredum meorum imposterum contra hanc donationem meam venire voluerint, dabunt in penam novo operi ecclesie beati Petri Ebor' quinque marcas argenti. Ut autem hec donatio mea rata et inconcussa permaneat imposterum presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Duplicated: 'Ctl. Tockwith',no. 25.

Note: Date based on the exchange mentioned here and the death of Eustace of Warwick. Eustace had entered the exchange mentioned here during the rule of Prior John in c. 24 July 1208 x 27 September 1237 [no. 959]. Eustace of Warwick was dead by 16 September 1241 and his widow Matilda survived him [no. 958]. This suggests his journey to Jerusalem must have been between 24 July 1208 and 16 September 1241.

958. Quitclaim and sale by Matilda, late wife of Eustace of Warwick, to Prior Stephen and the convent of St Oswald of all dower right and claim to lands [not identified]. For this the prior and canons gave her a sum of money in her time of great necessity. f128r/p. 313

Skewkirk, 16 September 1241

Rubric: Carta Matildis quondam uxoris Eustac[hii] de Warwic.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Matild[is] quondam uxor Eust[acii] de Waruic salutem in Domino. Noveritis me remisisse et quietum clamasse totum ius et clamium quod habui vel habere potui in terris demandis tam in dote quam in aliis domino Stephano priori et conventui de sancto Osuualdo pro quadam summa pecunie quam dictus prior et conventus mihi dederunt premanibus in mea magna necessitate. Et ut hec mea donatio et quietaclamatio rata et stabilis imposterum permaneat, huic presenti scripto sigillum meum apposui. Act' apud Scok' die lune proxima post exaltationem sancte Crucis anno gratie m° c°c° xl° primo. Hiis testibus et cetera.

Printed: 'Ctl. Tockwith', appendix, p. 206.

Note: The land which Matilda quitclaimed was probably that described in **nos. 957, 959.**

959. An agreement between Prior John and the convent of St Oswald on the one part and Eustace of Skewkirk son of Walter of Warwick on the other, whereby the prior and canons give to Eustace an acre of arable land in Whinnythwait [Tockwith, described] in exchange for an acre of land with messuage in the *cultura* called Bordelcroft which Eustace held of the cell of Skewkirk, with a penalty clause of 5*m* to the works of St Peter [York Minster] and 5*m* to the chapel of All Saints, Skewkirk. For this agreement the prior and convent gave to Eustace 20*s* of silver and an acre of sowed oats. The prior and convent also granted to Eustace 2 acres of land in Tockwith which he had held of the cell, namely half an acre in Whinnythwait, half an acre in Priestthwaite near Ruddegate, and an acre of land in [Tockwith] Ness [described], rendering annually to the cell of Skewkirk 12*d.* f128r/p. 313

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Escambium inter Iohannem priorem et Eustachium de Scokirk'.

Hec est conventio facta inter Iohannem priorem et conventum de sancto Osuualdo de Nostl' ex una parte et Eustac[hium] de Scokirk' filium Walteri de Warwic ex alia parte scilicet quod predicti prior et conventus concesserunt et in escambium dederunt predicto Eustachio et heredibus suis unam acram terre arabilis in Winnotthueyt sicut iacet inter dimidiam acram terre quam idem Eustachius tenet de cella eorum de Scok' et culturas ad eandem cellam pertinentes et heuedland eiusdem acre pro una acra terre cum mesuagio et ceteris pertinentiis quos idem Eustachius tenuit de predicta cella in cultura eiusdem celle scilicet in Bordelcroft. Ita quod nec predictus Eustachius nec Matildis uxor eius nec aliquis heredum eorum aliquid iuris vel clamii in predicta acra vel mesuagio vel aliquibus suis pertinentiis decetero poterit[A] vendicare. Et si aliquis eorum hec facere presumpserit dabit operi beati Petri Ebor' quinque marcas argenti et capelle Omnium Sanctorum de Scok' alias quinque marcas argenti nomine pene antequam et in aliqua curia respondeant predicti prior et conventus et hec fideliter et sine fraude tenend' predictus Eustachio pro se et pro heredibus suis affidavit et propter hanc conventionem firmiter tenendam predictus prior et conventus dederunt eidem Eustachio xx. solidos sterlingorum et predictam acram avene[B] seminatam. Preter hec dicti prior et conventus dederunt et concesserunt predicto Eustachio et heredibus suis duas acras terre cum pertinentiis quas ante tenuit de predicta eorum cella, scilicet predictam dimidiam acram in Winnothueyt et aliam dimidiam acram in Presthueyt iuxta Ruddegate et unam acram in Nes cuius medietas iacet ex orientali parte de Suinestibrerch et alia medietas ex occidentali parte de Suinesiberch; tenend' et habend' sibi et heredibus suis libere, quiete,

pacifice, hereditarie cum omnibus suis pertinentiis et libertatibus et asiamentis ad eandem terram pertinentibus de predictis priore et conventu et de eorum cella de Scok', reddendo [inde] annuatim eidem celle tam pro suprascripta acra quam pro hiis duabus acris xij. denarios in die sancti Martini in yeme pro omni servitio et consuetudine. Ut autem omnia prescripta ex utraque parte perpetuis temporibus rata maneant et inconcussa predicti prior et conventus ex una parte, et predictus Eustachius pro se et pro heredibus suis ex alia parte presentem conventionem sigillis suis huic inde positis roboraverint. Hiis testibus et cetera.

[A] Manchester, Latin ms 225 *poterint.* [B] Manchester, Latin ms 225 *avenis.*
Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 26.
Note: Date based on rule of John as prior of Nostell Priory. John was probably elected c. 24 July 1208 and he died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. Eustace of Warwick was dead by 16 September 1241 when his wife Matilda quitclaimed her widow rights to his land [no. 958]. Eustace later sold the land he received here to Nostell Priory to fund his journey to Jerusalem [no. 957].

960. Grant in pure and perpetual alms by Herbert of Ditton and his wife Emeline daughter of Robert Bitumeit to the canons of All Saints, Skewkirk, of half an acre of land from the 2 acres in the fields of [Long] Marston that they hold in fee from the prior and convent of St Oswald, rendering annually to the church of Skewkirk 12*d.* ff128r-v/pp. 313-14

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Herberti de Dittona.
Omnibus presentis [*sic for* presens] scriptum visuris vel audituris Herbertus de Dittona et Emelina uxor sua filia Roberti Bitumeyet salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos dedisse et presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Omnium Sanctorum de Scokirk' et canonicis ibidem Deo servientibus et servituris unam dimidiam acram terre in campo de Merstona de duabus acris quas tenuimus in feodo et hereditate de priore et conventu sancti Osuualdi; faciendo inde servitium xij. denariorum ecclesie de Scokirk' annuatim in puram et perpetuam elemosinam libere, quiete et pacifice perpetuo possidendam sine aliqua reclamatione nostri vel heredum nostrorum. Et ut donatio nostra rata per[*f128v*]maneat et inconcussa sigilli nostri appositione presens scriptum roboravimus. Hiis testibus et cetera.

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 27.
Note: Date based on Robert Bitumeit and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Robert Bitumeit [spelled variously Bitumeyethe, Bitumeyet and here for consistency Bitumeit] was mentioned in a lease by Prior John of Nostell Priory having once held land of the Priory establishing his adult life at least as late as September 1237 [see no. 969 for dating]. This would suggest an active adult life of his daughter Emeline of the mid to late 13th century. Emeline and her husband, Herbert of Ditton son of Siward, sold the remaining 1 ½ acres they held to Nostell Priory for 1*m* [no. 961]. Herbert and Emeline also sold 2 perches of a toft they held to Matilda wife of Ralph [no. 964]. After Herbert's death, Emeline quitclaimed her right to the toft and the two acres mentioned here [no. 962]. Nothing else is known of the donors mentioned here.

961. Sale and quitclaim with warranty by Herbert son of Siward and Emeline daughter of Robert Bitumeit to the prior and canons of St Oswald of 1½ acres of land with common pasture and common easement in the field of [Long] Marston. For this the canons gave Herbert and Emeline 1*m* of silver. The prior and canons quitclaim the annual rent of 6*d* which Herbert and Emeline paid to the canons of Skewkirk. f128v/p. 314

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Herberti filii Siwardi.
Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Herbertus filius Siwardi et Emelina filia Roberti Bithumeyethe salutem. Noverit universitas vestra nos vendidisse[A] priori et conventui sancti Osuualdi de Nostl' unam acram et dimidiam in campo de Merston' cum communa pastura et cum omnibus communibus asiamentis ad illam terram pertinentibus. Pro hac autem venditione et carte huius confirmatione predictus

prior et conventus dederunt nobis unam marcam sterlingorum et nos et heredes nostri warantizabimus predictam terram cum pertinentiis suis predicto priori et conventui contra omnes homines imperpetuum. Et prior et conventus relaxaverunt nobis sex denarios quos solebamus solvere canonicis de Scokirk' annuatim die sancti Martini in yeme. In huius rei testimonium huic scripto sigilla nostra apposuimus. Hiis testibus et cetera.

[A] Manchester, Latin ms 225 *vendidi* corrected from *vendidisse et presenti carta.*
Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 28.
Note: Date based on Robert Bitumeit, see note no. 960 for explanation of dating and this family.

962. Quitclaim in her widowhood by Emeline daughter of Robert Bitumeit and late wife of Herbert of Ditton to the canons and church of All Saints, Skewkirk, of all her dower right and claim to a toft in the vill of Tockwith, namely that which the canons held of the gift of Matilda once [the wife] of Ralph, and 2 acres of land in the territory of [Long] Marstonn, namely that which Emeline and Herbert her late husband once held of the church of [All Saints,] Skewkirk. f128v/p. 314
[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Emeline filie Roberti.
Omnibus has literas visuris vel audituris Emelina filia Roberti Bittumeyethe quondam uxor Herberti de Ditton' salutem in Domino. Noverit universitas vestra me concessisse et quietum clamasse et hac presenti carta mea confirmasse in libera mea viduitate de me et heredibus meis imperpetuum Deo et ecclesie Omnium Sanctorum de Scokirk' et canonicis ibidem Deo servientibus totum ius meum et clamium quod unquam habui vel habere potui in uno tofto cum pertinentiis in villa de Tocwid quod ipsi canonici tenent de dono Matildis quondam Ranulfi in eadem et in duabus acris terre cum pertinentiis in territorio de Merston' quas Herbertus quondam vir meus et ego tenuimus de predicta ecclesia de Scokirk'; tenend' et habend' in pura et perpetua elemosina[A] prout continetur in cartis quas dicti canonici habent de me et Herberto quondam viro meo. Et ego tactis sacrosanctis iuravi pro me et pro heredibus meis in ecclesia de Scokirk' me hanc concessionem et quietamclamationem sine fraude et calumpnia fideliter et illese servaturam. In huius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

[A] Manchester, Latin ms 225 *puram et perpetuam elemosinam* vice *pura et perpetua elemosina.*
Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 29.
Note: Date based on Robert Bitumeit, see note no. 960 for further information. Matilda occurred as the wife of Ralph in a sale of part of the toft in Tockwith by Herbert and Emeline [no. 964].

963. Grant with warranty by Peter the clerk of Cattal to his son William of 3 acres of land within his assart and a toft near his gate [*portam*], rendering annually to Peter 4*d.* f128v/p. 314
[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Petri clerici de Cahala.
Omnibus tam presentibus quam futuris cartam istam visuris vel audituris Petrus clericus de Cahala salutem. Noveritis me concessisse, dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Willelmo filio meo pro homagio et servitio suo tres acras terre remotiores infra assartum meum versus partem occidentem sicut mete posite sunt[A] cum uno tofto iuxta portam meam; tenend' et habend' sibi et heredibus suis vel assignatis de me et de heredibus meis vel assignatis in feodo et hereditate[B] libere, honorifice et quiete cum communi pastura assarti mei et cum omnibus pertinentiis, libertatibus et asiamentis, reddendo per annum mihi vel heredibus meis sive assignatis iiij^{or} denarios pro omnibus servitiis, ij. denarios ad Pentec' et ij. denarios ad festum sancti Martini.

Et ego Petrus et heredes mei warantizabimus predicto predicto [*sic*] Willelmo et heredibus suis predictas tres acras cum predicto tofto contra omnes homines per predictum servitium. Hiis [testibus].

[A] Manchester ms 225 omits *sunt.* [B] Manchester ms 225 *et in hereditate.*

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 30.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Peter the clerk of Cattal had two sons: William and Walter, and he granted six acres held by his sons to Nostell Priory which probably included the land mentioned here [no. 965]. William son of Peter the clerk of Cattal later granted and quitclaimed to Nostell Priory all the lands he held from his father: described as 3 acres and a rood of pasture and the rent of 6*d* ['Ctl. Tockwith', nos. 68-69]. Walter does not occur in either the Nostell nor the Tockwith cartularies.

964. Sale by Herbert of Ditton and Emeline his wife to Matilda wife of Ralph of Tockwith of 2 perches of their toft in Tockwith [described], rendering annually to Herbert and Emily 4*d.* For this Matilda gave Herbert and Emelina 11*s* in their great necessity. f128v/p. 314

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Herberti de Dittona.

Omnibus presens scriptum visuris vel audituris Herbertus de Dittona et Emelina uxor sua salutem. Noverit universitas vestra nos dedisse, concessisse et hac presenti carta confirmasse Matilde uxori Rad[ulfi] de Tocwit duas percatas[A] mensuratas de tofto nostro in Tocwid scilicet[B] in orientali parte tofti nostri propinquiores tofto Matilde filie Alberti; tenendas et habendas sibi et heredibus suis vel suis[C] assignatis de nobis et heredibus nostris libere, quiete et pacifice sine aliqua reclamatione nostrorum vel heredum nostrorum, reddendo nobis inde et heredibus nostris singulis annis pro omni servitio seculari quatuor denarios ad festum sancti Martini in yeme. Pro hac vero donatione et concessione dicta Matilda dedit nobis premanibus xj. solidos sterlingorum in magna nostra necessitate. Et ut hec nostra donatio rata permaneat imposterum presens scriptum sigilli nostri appostione roboravimus. Hiis [testibus] et cetera.

[A] Manchester, Latin ms 225 *pratas* vice *percatas.* [B] Manchester, Latin ms 225 omits *scilicet.* [C] Manchester, Latin ms 225 omits *suis.*

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 31.

Note: Date based on Robert Bitumeit, father of Emeline. See note no. 960 for an explanation of dating and these donors. Matilda daughter of Albert was a benefactor of Nostell Priory ['Ctl. Tockwith', nos. 47-48]; see no. 947. The Tockwith Cartulary describes the land as the western portion of their toft and here it was described as the eastern part, which was correct cannot be determined and the variance was probably a scribal error.

965. Grant in pure and perpetual alms by Peter the clerk of Cattal to the church of All Saints, Skewkirk, and the canons of St Oswald there of 6 acres of land, namely that land which his sons William and Walter held from Peter. f128v/p. 314

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Petri clerici de Cahala.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis[A] ad quos presens scriptum pervenerit Petrus clericus de Cahala salutem in Domino. Noverit universitas vestra me pro amore Dei et salute anime mee et animabus predecessorum et successorum[B] meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Omnium Sanctorum de Scok' et canonicis de sancto Osuualdo ibidem Deo servientibus et servituris sex acras terre quas Willelmus et Walterus filii mei tenuerunt de me; tenendas et habendas in puram et perpetuam elemosinam libere, quiete et pacifice sine omni perturbatione vel vexatione mei et heredum meorum imperpetuum. Et ut hec mea donatio rata et inconcussa permaneat presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

[A] Manchester, Latin ms 225 *fidelibus* vice *filiis.* [B] Manchester, Latin ms 225 omits *et successorum.*

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 32.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. See note to no. 963 concerning this family.

966. An incomplete charter. A grant in pure and perpetual alms by Amaury son of Alan Bastard of Tockwith to the church of All Saints, Skewkirk, and the canons of St Oswald there two selions of land at the mill of [Kirk] Hammerton [Withcarr, described] and half a rood of land at Seneker [Seave Close Lane, Kirk Hammerton]. f128v/p. 314

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Amaricii filii Alani bastard'.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis[A] ad quos presens scriptum pervenerit Amaricius filius Alani bastard de Tocwid salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et predecessorum[B] et successorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie Omnium Sanctorum de Scok' et canonicis de sancto Osuualdo ibidem [s *dotted for deletion*] Deo servientibus unam sellionem [*f129r*]

[*This charter is incomplete as the next two folios are missing, pp. 315-18*]

[A] Manchester, Latin ms 225 *fidelibus* vice *filiis.* [B] Manchester, Latin ms 225 *predecessorum meorum et successorum meorum.*

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 33 and continues as follows : terre mee apud molendinum de Hamerton extendentem in longitudine de Nid usque ad Witheker et alteram sellionem que vadit de Nid usque ad terram Guidonis filie Alberti apud Witheker sicut ibidem cadit in parte mea et dimidiam rodam mensuratam apud Seneker sicut pars mea ibidem cadit in puram et perpetuam elemosinam; tenendam et habendam de me et heredibus meis libere, quiete et pacifice ab omni exactione et servitio seculari in perpetuum cum omnibus pertinentiis, easiamentis et pertinentiis ad tantam terram pertinentibus. Et ut donatio mea rata permaneat imperpetuum presens scriptum sigillii mei appositione roboravi. Hiis testibus.

Note: Date based on Amaury son of Alan Bastard. Amaury occurred as a free tenant in Tockwith on 11 November 1229 [*Yorks Deeds*, vi, p. 165]. Amaury sold this land to Hugh son of Ughtred for 21*s* with 1*d* to the Church of Skewkirk. Brother Nicholas of Bamburgh canon of St Oswald granted the land Hugh son of Ughtred for an additional pound of wax to the chapel. Hugh quitclaimed the land to the church ['Ctl. Tockwith', nos. 44-46].

967. An incomplete document. f129r/p. 319

Rubric: [*missing*].

[*This folio begins mid-charter.*] libere, quiete, pacifice et integre cum omnibus libertatibus et asiamentis infra villam et extra. In huius rei testimonium huic presenti scripto sigilla nostra apposuimus. Hiis [testibus] et cetera.

Note: This may be the charter of Cecilia and Ymania, daughters of Ralph of Marston, see note preceding no. 945 [Ctl. Tockwith, no. 50].

968. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by William son of Alan of Kirkby, knight, of all his land above Holmhirst with the adjacent meadow in Tockwith [described]. f129r/p. 319

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Willelmi filii Alani de Kyrkeby

Universis Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Willelmus filius Alani de Kyrkeby militis eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et omnium antecessorum[A] et successorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis apud[B] Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam totam terram quam habui super Holmhyrst' in territorio de Tocwid, illam scilicet[C] que iacet ad Ragart inter fossatum et terram Philippi de Tonhory cum prato eidem terre adiacente; tenend' et habend' adeo libere, quiete ut

aliqua elemosina purius, quietius aliquo tempore dari solet vel teneri. Ego vero Willelmus et heredes vel successores mei predictam terram cum omnibus pertinentiis suis dicte ecclesie ac prefatis canonicis contra omnes homines, dotes sive impignorationes warantizabimus, adquietabimus et defendemus imperpetuum. Ut autem hec mea donatio, concessio ac confirmatio rata sit et inconcussa[D] presenti scripto sigillum meum duxi apponendum. Hiis [testibus] et cetera.

[A] Manchester, Latin ms 225 *antecessorum meorum et sucessorum meorum.* [B] Manchester, Latin ms 225 *apud Scok' Deo servientibus.* [C] Manchester, Latin ms 225 *videlicet* vice *scilicet.* [D] Manchester, Latin ms 225 *et confirmatio rata et inconcussa permaneat presenti.*

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 51.

Note: Date based on Alan and William Kirkby and the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. Alan Kirkby, father of the donor, occurred as early as 1208 and on 20 January 1209/10 [*Yorks Deeds*, iv, p. 64; *Yorks F. John*, p. 162]. William of Kirkby was the constable of York in 1274-1275 [*Yorks Quo Warranto*, p. 64].

969. Confirmation by Prior J[ohn] and the convent to Humphrey of Marston of 2 tofts in Tockwith and their land in the fields of [Long] Marston, namely that which Robert Bitumiet held from their house of Skewkirk, rendering annually to the house of Skewkirk 40*d.* f129r/p. 319

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta Iohannis prioris concessa Hunfrido de Merstona.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit I. prior et conventus sancti Osuualdi de Nostl' salutem. Noverit universitas vestra nos concessisse et presenti carta confirmasse Hunfrido de Merstona duos toftos in Tocwid cum omnibus pertinentiis suis et terram nostram in campo de Merstona, quam scilicet[A] terram Robertus Bitumiet cum predictis toftis tenuit de domo nostra de Scok'; habend' et tenend' liberas et quietas sibi et heredibus suis imperpetuum, reddendo inde annuatim domui nostre de Scok' xl[a] denarios pro omni servitio et exactione, medietatem scilicet[B] ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini. Si vero heredum aliquis predicti Roberti vel aliquis ex parte eorundem adversus[C] predictum tenementum calumpniam fecerit ipse Hunfridus et heredes sui se defendent et canonico pro illis[D] laboranti expensas invenient. Et si aliquis heredum predicti Roberti predictum tenementum dirationaverit non faciemus predicto Hunfrido vel heredibus suis escambium. Hiis testibus et cetera.

[A] Manchester ms 225 *videlicet* vice *scilicet.* [B] Manchester ms 225 *videlicet* vice *scilicet.* [C] Manchester ms 225 *adversum* vice *adversus.* [D] Manchester ms 225 *canonici pro eis* vice *canonico pro illis.*

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 52.

Note: Date based on rule of John as prior of Nostell Priory. This document was copied by Scribe A which indicates the prior must be John who was probably elected c. 24 July 1208 and died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. The mention here of the land having been held by Robert Bitumeit provides the dating for the documents of his daughter and son in law, Emeline and Herbert of Ditton [nos. 960-62, 963].

970. Confirmation by Prior Ralph and the convent to Adam son of William of Healaugh of all their land [Long Marston] which John of Hutton granted to the cell of Skewkirk for the soul of his wife Margaret, namely half a toft which William father of Adam held in [Long] Marston, and 3$^{1/2}$ perches of land in [Long] Marston, rendering annually to the cell at Skewkirk [Tockwith] 14*d* and 1*d* at the feast of Christmas when he will dine there. Every autumn Adam will come with four men to cut the cornfield of the canons. f129r/p. 319

[4 January 1199 x 19 July 1208 or 1244 x 18 May 1246]

Rubric: Carta Rad[ulfi] prioris concessa Ade filio Willelmi de Helathe.

Universis sancte matris ecclesie filiis Rad[ulfus] prior et conventus de [salutem *dotted for deletion*] sancto Oswaldo salutem. Noverit universitas vestra nos dedisse et concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Ade filio Willelmi de Helathe et heredibus suis totam terram nostram quam Iohannes de Hotona

contulit cellule nostre de Scokirk' pro anima Margarete sponse sue, scilicet[A] dimidium tofti quod Willelmus pater predicte Ade tenuit in villa de Merstona, scilicet[B] meridiem et tres percatas terre in territorio eiusdem ville cum omnibus pertinentiis suis in bosco et plano et in omnibus asiamentis; tenend' de nobis libere et quiete, reddendo inde annuatim xiiij. denarios cellule nostre de Scok' pro omni servitio, scilicet[C] septem denarios ad festum sancti Martini et septem[D] ad Pentec' et unum denarium in die natalis Domini ad oblationem et tunc prandebit ibi. Et hoc sciendum est quod predictus Adam et heredes invenient cellule nostre de Scok' quolibet autumpno quatuor homines ad secandum segetem nostram. Hiis testibus et cetera.

[A B C] Manchester, Latin ms 225 *videlicet* vice *scilicet.* [D] Manchester, Latin ms 225 *vij. denarios ad Pentec'.*

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 53.

Note: Date based on rule of both Ralph of Bedford and Ralph (junior) of Nostell Priory. The predecessor of Ralph of Bedford died on 4 January 1199 and Ralph of Bedford died 19 July 1208 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. The predecessor of Ralph (junior) ceded office in 1244 and Ralph (junior) died 18 May 1246 [Smith, *Heads* II, p. 438]. The half toft mentioned would have been granted during the adult life of John of Hutton who occurred as early as c.1190 x 1206, on 12 November 1208 and perhaps as late as 1215 [*Yorks F. John*, p. 150; *EYC I*, no. 558, p. 414]. His grant did not survive in the Nostell Cartulary but was copied in the Tockwith Cartulary ['Ctl. Tockwith', no. 10].

971. Lease in the form of a chirograph by Prior Stephen and the canons of St Oswald to Hugh son of Walter of Hammerton of 2 bovates of land in [Kirk] Hammerton, namely that which William de Arches granted in free, pure and perpetual alms to the chapel of All Saints, Skewkirk, rendering annually to Skewkirk 4*s* of silver. f129r/p. 319

[18 November 1240 x 1244]

Rubric: Carta Stephani prioris concessa Hugoni filio Walteri de Hamertona.

Omnibus has literas visuris vel audituris Stephanus prior et conventus sancti Osuualdi de Nostl' salutem in Domino. Noveritis nos concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Hugoni filio Walteri de Hamerton' duas bovatas terre in territorio eiusdem ville, illas videlicet quas Willelmus de Arches dedit Deo et capelle Omnium Sanctorum de Scok' et canonicis nostris ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam; tenendas et habendas sibi et heredibus suis de loco nostro de Scokirk' imperpetuum libere, quiete et integre cum omnibus pertinentiis et asiamentis[A] ad tantum tenementum pertinentibus, reddendo inde annuatim loco nostro de Scok' et canonicis nostris ibidem Deo servientibus quatuor solidos argenti, medietatem videlicet ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini in yeme pro omni servitio et demanda. Et sciendum est quod non licebit predicto Hugoni nec heredibus suis predictas terras aliquo modo vendere vel alienare nisi de speciali licentia nostra. Et si forte contingat ipsum Hugonem sive heredes suos predictas terras aliqua vi vel ratione amittere non tenebimur eis ad excambium. In cuius rei testimonium presenti scripto in modum cyrographi confecto sigillum nostrum apposuimus. Teste capitulo[B] nostro.

[A] Manchester, Latin ms 225 *pertinentiis suis et asiamentis suis.* [B] Manchester, Latin ms 225 *capellano* vice *capitulo.*

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 54.

Note: Date based on rule of Stephen as prior of Nostell Priory. The predecessor of Stephen died 18 November 1240 and Stephen ceded office in 1244 [Smith, *Heads* II, p. 438]. William de Arches granted two bovates to Nostell Priory which were confirmed by King Henry I on 7 January 1122 [B004, B005].

972. Quitclaim by Walter of Beverley, chaplain, to the canons of St Oswald of all his right or claim to their cell of Skewkirk. f129r/p. 319

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Walteri de Beverlaco cappellani.
Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Walterus de Beverlaco capellanus salutem. Noverit universitas vestra me quietum clamasse pro me et pro omnibus hominibus Deo et canonicis sancti Osuualdi de Nostl' totum ius et clamum quod habui vel habere potui in cella eorum de Scokirk' vel in aliquibus eius pertinentiis. Ita quod nec ego nec aliquis per[A] me aliquid iuris in ea cella vel eius pertinentiis decetero vendicare possimus. Et ut hoc ratum sit et stabile presens scriptum sigilli nostri appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

[A] Manchester, Latin ms 225 *pro me* vice *per me.*
Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 55.
Note: Date based on the latest entry made by Scribe A [see Chapter V]. A Walter of Beverley occurred 1170 x 1181 as a witness to a grant at Stamford Bridge but no other information is known of this chaplain, Walter, nor what his claim to the church might have been [*EYC* II, no. 911].

973. Definitive decision by the papal judges legate, R[obert], prior of Holy Trinity, H[amo], treasurer, and master G[regory], canon of York [Minster], in response to a papal mandate by Innocent III [recited and sealed at St Peter's Rome, 18 May 1205] regarding a petition by the prior and canons of Nostell claiming that Juetta de Arches, York dioceses unjustly reserved the tithes of bread from the canons' house at Skewkirk. As a result, Juetta de Arches grants in pure and perpetual alms to the church of All Saints, Skewkirk and the canons of St Oswald a moiety of the tithes of bread which her father William de Arches granted to the church in his charter. The canons will send a canon/priest to the church of Skewkirk to celebrate mass for her soul, the soul of her mother and father, her husbands R[oger] de Flamville and A[dam] de Bruce and her ancestors and heirs. ff129r-v/pp. 319-20

[*c.* 18 May 1205]

Rubric: Quedam controversia inter Ivetam de Archis et capellam de Scok'.
Omnibus sancte matris ecclesie filiis hoc scriptum visuris vel audituris R. prior sancte Trinitatis et H. thesaurarius et magister G. canonicus Ebor' salutem. Noverit universitas vestra nos mandatum [*f129v*] domini pape in hec verba suscepisse 'Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis priori sancte Trinitatis, thesaurario et magistro G. canonico Ebor' salutem et apostoli[A] [*sic*] benedictionem. Exposita nobis prioris et canonicorum de Nostl' petitio reseravit quod cum Iueta mulier de Arches Ebor' diocesis quandam decimam panis domus sue canonicis suis apud Scokirk' morantibus in perpetuam elemosinam assignatam contra iustitiam detinet et reddere contradicit; ideoque discretioni vestre[B] per apostolica scripta mandamus quatinus partibus convocatis audiatis hinc inde proposita et quos iustum fuerit appellatione postposita statuatis[C] facientes quos statueritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari nullus literis veritati et iustitie preiudicantibus a sede apostolica impetratis quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo vestra ea nichilominus exequantur. Dat' Rom' apud sanctum Petrum xv. kalendas Iunii pontificatus nostri anno octavo. Huius igitur auctoritate mandati partibus in presentia nostra constitutis sub hac pacis forma controversia mota amicabiliter inter partes sopita est, scilicet quod predicta domina Iueta de Archis concessit Deo et ecclesie Omnium Sanctorum de Scokirk' et canonicis de sancto Osuualdo in puram et perpetuam elemosinam medietatem decime panis domus sue quam pater eius Willelmus de Arches per cartam suam predicte ecclesie contulit recipiend' et imperpetuum habend'. Memorati vero canonici invenient in predicta ecclesia de Scokirk' unum canonicum presbiterum scilicet[D] specialiter celebrantem divina pro anima sua et animabus patris et matris eius et virorum suorum R. de Flamavill' et A. de Brus et antecessorum suorum et

heredum suorum. Et ut hec compositio perpetue firmitatis robur optineat eam sigillorum nostrorum appositione corroboravimus.

[A] Manchester, Latin ms 225 *apostolicam* vice *apostoli.* [B] Manchester, Latin ms 225 omits *vestre.* [C] Manchester, Latin ms 225 omits *statuatis.* [D] Manchester, Latin ms 225 *sive* vice *scilicet.*

Printed: *EYC II*, no. 555 dated 1206.

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 62.

Calendared: *Ltrs Innocent III*, no. 627 sealed at Rome, St. Peter's dated 18 May 1205.

Note: William de Arches granted half the tithes of bread of his house to Nostell Priory between 1115 x c. 1154 [B005]. Juetta de Arches was the daughter and heiress of William de Arches and married twice: firstly to Adam (I) de Brus of Skelton who died in 1143 and secondly to Roger de Flamville who died by Easter 1169 [Clay & Greenway, *EYFamilies*, pp. 2, 30]. Juetta and Roger de Flamville had confirmed the grants of her father William and grandfather Osbert de Arches in 10 October 1154 x 1169 a grant which included half the tithes of bread of the house [B020]. As a result of this decision Juetta issued a document which again confirmed the right of Nostell Priory to the tithes of bread and Prior Ralph of Bedford issued a charter to provide a priest to celebrate mass [B013-14]. The date of Juetta de Arches death is not known however this may have been very near her death [*EYC* II, p. 415]. After her death Juetta's inheritance descended directly to her grandson Peter (I) de Brus, who with his wife Joan also detained these tithes [no. 974]. It is possible that the intent of Juetta de Arches was not to deny the tithes of bread to the Priory but rather to ensure a priest was available to pray for the souls of her and her husbands.

The papal judges delegate were: Prior Robert of Holy Trinity, York, who occurred as early as 1203 and was succeeded by 9 September 1216 [Knowles, *Heads* I, pp. 113, 266]; Hamo who first occurred as treasurer of York in 1199 and last occurred as such in 1216 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 24]; master Gregory of York has been generally thought to have been the third delegate and he first occurred as a canon of York 1191 x 1194 and last occurred 1206/7 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 121; *Ltrs Innocent III*, no. 627]. The prior of Nostell was Ralph of Bedford whose predecessor died 4 January 1199 and Ralph died 19 July 1208 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283].

974. Definitive sentence by the papal judges legate, H[amo], dean of York, and J[ohn] Romeyn, canon of York, at the mandate of Pandulf [Verracclo], [bishop]-elect of Norwich and papal legate, [mandate recited and dated 10 January, no year] concerning the tithes of bread and corn of the manor of Thorp Arch whereby the prior and canons of St Oswald claim that P[eter (I)] de Brus unlawfully detained from the canons half the tithe of bread and grain of his manor of Thorp Arch. P[eter (I)] de Brus and his wife Joan agree that they will grant to the canons ten skepps of grain (namely 3 skepps of corn and 3 skepps of oats and 4 skepps of rye) in order to sustain one canon at Skewkirk. The prior and canon agree to provide a chaplain to celebrate divine services. The Dean and Chapter of York Minster will have the right to compel both to meet their obligation. f129v/p. 320

[12 September 1218 x c. 10 January 1220]

Rubric: Compositio inter priorem et Petrum de Brus.

Universis sancte matris ecclesie filiis has literas visuris vel audituris H. decanus Ebor' et magister I. Romanus canonicus Ebor' salutem in Domino. Mandatum domini Pandulfi Norwic' electi domini pape camerarii apostolice sedis legati in hec verba suscepimus: 'Pandulfus Dei gratia Norwic' electus domini pape camerarius apostolice sedis legatus dilectis filiis decano et I. Roman' canonico Ebor' salutem in Domino.[A] Dilecti filii prior et conventus sancti Osuualdi sua nobis questione monstrarunt quod nobilis vir P. de Brus Ebor' diocesis vicesimam panis vel bladi de manerio suo de Torp' ad ipsos de iure spectantes contra iustitiam detinet et eis solvere contradicit. Ideoque discretioni vestre qua fungimur legationis auctoritate mandamus quatinus partibus convocatis audiatis causam et quod canonicus fuerit statuatis facientes quod statueritis firmiter observari. Testes autem qui nominati fuerunt, si se gratia odio vel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam cogatis veritati testimonium perhibere. Dat' apud Gaywde iij. idus Ianuarii. Huius igitur auctoritate mandati partibus in presentia nostra per sufficientes procuratores constitutis post multas altercationes hinc inde habitas tandem inter prefatos priorem et conventum ex una parte et predictum P. de Brus ex alia parte sub hac forma[B] amicabiliter ex consensu utriusque partis est compositum quod predictus P.

de Brus et heredes sui pro salute anime sue et uxoris sue Iohanne et antecessorum et successorum suorum divine caritatis intuitu, decem sceppas bladi videlicet tres sceppas frumenti et tres avene et quatuor siliginis et ordei ad sustentationem unius canonici apud Scokirk' predictis priori et conventui annuatim imperpetuum concesserunt[C] percipiendas de manerio suo de Torp' de Arches ad duos terminos, videlicet medietatem ad festum sancti Michaelis et medietatem in octabis Epiphanie Domini. Et sciendum est quod prenominati prior et conventus quamdam canonicum presbiterum imperpetuum invenient. Si autem predictus canonicus[a] aliqua iusta de causa[D] fuerit impeditus quo minus divina celebrare possit predicti prior et conventus interim per aliquem alium ydoneum capellanum ibidem divina facient celebrari. Si autem predictus P. de Brus vel heredes sui in solutione predicti bladi aliquatenus cessaverint licebit decano et capitulo Ebor' remota appellatione non obstante fori privilegio predictum P. de Brus vel heredes suos ad solutionem dicti bladi, monitione premissa, ecclesiastica districtione compellere. Similiter si prefati prior et conventus iuxta formam suprascriptam divina celebrari non fecerint licebit similiter predictis decano et capitulo Ebor' prenominatos priorem et conventum appellatione remota non obstante fori priveligio ad hoc faciend' monitione premissa sibi compellere districtione. Ut autem ista compositio perpetue firmitatis robur optineat presenti scripto tam sigillum capituli Ebor' ecclesie quam sigilla prefatorum iudicum et dictorum prioris et conventus et domini P. de Brus sunt apposita. Hiis testibus et cetera. [*f130r*]

[a] ms corrected from *canonicis.*

[A] Manchester ms 225 includes *sempiternam.* [B] Manchester ms 225 *super hanc formam* vice *sub hanc forma.* [C] Manchester ms 225 *concesserit* vice *concesserunt.* [D] Manchester ms 225 *iusta causa.*

Duplicated: 'Ctl. Tockwith', no. 63.

Note: Date based on Hamo as dean of York and partial date of papal legate mandate cited. The date of the mandate of the papal legate was only partially provided as 10 January. Hamo first occurred as dean of York 1 March 1218 and had been succeeded by 8/9 April 1220 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 10]. John le Romeyn, the elder, was a canon of York by 1201 and occurred as sub-dean 22 October 1228 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 113]. Pandulf Verracclo was elected bishop of Norwich on 25 July 1215 and was consecrated 29 May 1222. He received a legatine commission from the pope on 12 September 1218 [*EEA* 21, p.xxi 297] [*EEA* 21 p. xxi] Peter (I) de Brus inherited his interest in Thorp Arches from his grandmother Juetta de Arches at her death c. 1205 and Peter (I) died in 1222 [*EYC* II, pp. 12, 15]. Thorp Arches was the caput of the de Arches and the tithes of bread here are surely the same as that which his great-grandfather William de Arches had granted to Nostell Priory [B005] and which his grandmother had contested [no. 973]. In the thirteen or so years since his grandmother had settled these tithes with Nostell Priory it would appear that the original agreement was no longer acceptable. It is worth noting that Hamo, when treasurer of York, was one of the papal judges delegate in the resolution between Juetta de Arches and the Priory regarding the tithes of bread to support this priest [no. 973].

975. Proceedings between the King [Edward I] and the prior of Nostell regarding the advowson of the church of Bamburgh [Northumberland]. The king claimed that his great-grandfather [*proavus*] King Henry II, was seised of the advowson. The prior of St Oswald said that King Henry I granted the advowson of the church to the prior and canons of St Oswald and it was confirmed by the charter of King John (in 1205/1206). The grand assize swore that the prior and canons had the greater right to the advowson of the church of Bamburgh than the King had. f130r/p. 321

Newcastle [upon Tyne], 14 May 1293

Rubric: [*none*].

Dominus rex per Willelmum Inge qui sequitur pro eo petit versus priorem de sancto Oswaldo advocationem ecclesie de Bamburgo ut ius et cetera. Et unde dicit quod dominus H. rex proavuus [*sic*] domini regis nunc fuit in saysina de [prebenda *dotted for deletion*] dicta advocatione ut de feodo et iure tempore pacis et cetera. Et presentavit ad predictam ecclesiam quemdam clericum suum qui ad presentationem suam fuit admissus et

institutus in eadem capiendo inde explecta ut in obventionibus et oblationibus et aliis ad valentiam et cetera. Et quod tale sit ius ipsius domini regis offert verificare pro ipso domino rege et cetera.
Et prior venit et defendit ius suum quando et cetera. Et dicit quod dominus H. rex filius regis conquestoris dedit cuidam priori de sancto Osuualdo predecessori istius prioris et successoribus suis in perpetuum advocationem predicte ecclesie. Et postea dominus I. rex avuus [*sic*] domini regis nunc donum illud confirmavit per cartam suam datam anno regni sui septimo, unde defendit ius ipsius domini regis et saysinam domini H. regis proavi et cetera. Ut de feodo et iure et totum et cetera. Et ponit se in iuratam patrie loco magne assize domini regis. Et petit recognitionem fieri utrum ipse maius ius habeat in predicta advocatione ut de iure ecclesie sue sancti Osuualdi an dominus rex. Postea Iohannes de Swineburne, Hugo de la Val', Willelmus de Haulton' et Philippus de Kayrwick' quatuor milites iurati ad eligendum et cetera. Elegerunt ad se istos scilicet Willelmum Heyrun, Robertum de Maners, David de Coupland, Ricardum de Craucestre, Stephanum de Musco Campo, Walterum de Burgdon', Gerardum de Vodrigton', Robertum de Glantingdon', Rad[ulfum] de Esington' et Willelmum de Framlington': iurati dicunt super sacramentum suum quod predictus prior maius ius habet in predicta advocatione predicte ecclesie ut de iure ecclesie sue sancti Osuualdi sicut tenet quam predictus dominus rex sicut eam petit. Ideo dictus prior inde sine die et cetera. Act' apud Novum Castrum coram domino H. de Cressingham et sociis suis iusticiariis ibidem itinerantibus videlicet infra octabas Assensionis domini anno regni regis E. vicesimo primo. [*Following in a different hand*] Istud recordum scribitur 454.

Note: The documentation proffered by Prior William of Birstall of Nostell Priory, would have included the grant by King Henry I of the church [no. 40]. This document dates the confirmation by King John to the seventh year of his reign [19 May 1205-10 May 1206] but may be an error for the seventeenth year of his reign [28 May 1215-18 May 1216] and thus those issued 13 September 1215 [no. 44] or that issued 23 July 1215 [no. 45]. He may also have proffered the *inspeximus* issued on 9 May 1228 by King Henry III confirming the grants of King John [no. 46]. Hugh of Cressingham was senior justice on the northern circuit from 16 April 1292 until 12 June 1294 [Summerson, 'Hugh of Cressingham', *DNB*, art. 6671]. This document was entered by other than Scribe A or B [see Chapter V].

976. Mandate by Henry Percy, earl of Northumberland, to his receiver to pay to the master of Bamburgh an annual rent of 2*s* from the land called Adlardlande in Lucker [Northumberland]. [Anglo-Norman French] f130r/p. 321

Warkworth, 5 January 1396

Rubric: [*none*].
Henry de Percy counte de Northumbr' a nostre resceivour el dit counte quo est ou que pur le temps serra, salutz. Nous vous chargeons que vous paiez al meistre de Bamburgh' pur le temps esteant un annuel rent de deux souldz issant dun certaine place de terre en Lokere appelle Adlardlande as termes de Pentecost' et seint Martyn par akweles porcions pur le temps que vous serra nostre resceivour, resceivant du dit meistre duez acquietances pur quelles, et cestez noz lettres vous en vostre accompt auerez due allowance. Escript a Werkeworth le x. iour de Ianver lan du regne le roi Richard second puys le conquest dys et neofisme.

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 90n.
Note: Simon of Lucker was a benefactor of Nostell Priory in the 13th century [nos. 895-97, note preceding no. 892]; however, the lands of Lucker had escheated to the barony of Percy in 1366, forfeit by the Lucker's for involvement in the death of John de Coupland, a warden of the Marches in 1362 [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 239]. The 1390s were turbulent times near the border with Scotland and the cell at Bamburgh, and the endowed

lands would have been under constant threat and this annual rent probably welcome. The land of Adlardlande did not appear elsewhere in the endowment of Nostell Priory. This document was entered by other than Scribe A or B [see Chapter V].

977. A recital of the tithes of sheaves from townships within Bamburgh parish, Northumberland, totalling 123*li* 3*s* 4*d*. f130r/p. 321

[unknown]

Rubric: [*none*].

Decime garbarum totius parochie de Bawmburgh:

Schoston vj. *li.* xiij. *s.* iiij. *d.*

Swnderland xiij. *li.* vj. *s.* viij. *d.*

Bedenayle xij. *li.*

Burton v. *li* vj. *s.* viij. *d.*

Elforth vij. marce

Fletham lx. *s.*

Newham iiij. *li* xiij *s.* iiij. *d.*

Lukyr' iiij. *li.*

Edirston vj. *li.*

Nustede xlvj. *s.* viij. *d.*

Nuland xvj. *s.* viij. *d.*

Warnforth xx. *s.*

Warinden xxxiij. *s.* iiij. *d.*

Mowsfen xxx. *s.*

Belforth vj. *li.* vj. *s.* viij. *d.*

Yesington vj. *li.*

Midelton l. *s.*

Dychand l. *s.*

Elwyk lxvj. *s.* viij. *d.*

Rosse liij. *s.* iiij. *d.*

Ulchester' lxvj. *s.* viiij. *d.*

Hopyn xx. *s.*

Spyndelstayne viij. *li.*

Bradforth xxx. *s.*

Swynhow xl. *li.*

Tugall vj. *li.*

[f130v which is blank, p. 322]

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 89n.

Note: No date can be assigned to this document. This document was entered by other than Scribe A or B [see Chapter V].

Note to nos. 978-86, 988. The cell of 'St Mary' at Hirst in the Isle of Axholme was founded by Nigel d'Aubigny in the time of King Henry I and probably never had more than one or two canons in residence [KH, pp. 141, 160]. See Chapter IV for further information concerning the cell.

The majority of the charters which follow were made by Roger (I) de Mowbray. Roger (I) de Mowbray was a minor at the death of his father Nigel d'Aubigny in 1129 and in 1138 he succeeded to his estates which provides the earliest limit for many of these charters [*Chtrs Mowbray*, p. xxvi]; he journeyed to Jerusalem in 1186 died there in 1188 [Thomas, 'Roger de Mowbray', *DNB*, art. 19458]. Roger (II) de Mowbray, great-grandson of Roger (I) de Mowbray, the heir of his older brother Nigel (II) de Mowbray, was a minor at Nigel (II)'s death in 1228 and only succeeded to the de Mowbray estates in 1241 [Tait, 'William de Mowbray', *DNB*, art. 19461]. There were difficulties in the collection of the cash and food rents promised to the cell of Hirst during the times of Roger (I) and Roger (II) [nos. 63, 985, 988].

The charters identify four canons of Nostell Priory who resided at Hirst over a 45 year period: Ralph 1121 x 1148 [no. 978], Robert 1138 x December 1166 [no. 982], Warin 1138 x February 1148 [no. 986], and Osbert Silvain December 1148 x December 1166 [nos. 983, 984]. Osbert Silvain, canon of Nostell Priory, also occurred in a charter for Canonthorpe [no. 989]. It is possible the canons of Nostell may have rotated through the cell, managing the endowment, as opposed to remaining at the cell for their lifetime.
The endowment included 6 bovates of land in a place called Littlehesim, Lithesm or Litteshesel which cannot be located and for purposes of continuity and identification will be identified here as 'Littlehesim' [nos. 979, 981-84, 986].

978. Notification by Nigel d'Aubigny to Guy the chaplain, Jeralmus and all his bailiffs and men of the Isle of Axholme of his grant in pure and perpetual alms to the monastery of Hirst [Lincolnshire] and Ralph the canon living there and after Ralph to the canons of St Oswald who live there, of the house in Hirst, all the woods for assarting, the use of the marsh around Hirst and from Hirst up to the river Don, 15*s* of food rents every year, 500 eels annually and milling rights at his mill above the River Trent. f131r/p. 323

[January 1120 x November 1129]

Rubric: Hic incipiunt carte de Hyric. Carta Nigelli de Albun'.
Nigellus de Albun' Widoni cap[ellano] et Ieralm[o] et omnibus ballivis et omnibus hominibus suis de Insula salutem. Sciatis me dedisse et concessisse monasterio de Hyrst et Rad[ulfo] canonico ibidem inhabitanti et post ipsum Rad[ulfum] canonicis ibi Deo servientibus in manu semper prioris sancti Osuualdi, pro Dei amore et pro salute anime mee, in puram et perpetuam elemosinam, habitationem in Hyrst et totum illud nemus ad sartandum et ad usus suos et marais quod est circa Hirst et de Hirst usque in Don et xv. solidos et quatuor sesteras de brais et quatuor sesteras frumenti et quatuor sesteras silig[inis] et dimidium m. anguillarum in uno quoque anno. Et concedo eis commune ubique in bosco et in plano, in pascuis et in aquis. Et precipio quod annona ipsorum sit molendinata in molendino meo super Trentam in Insula sine multura et post illam annonam quam invenient in tremeia. Test' et cetera.

Printed: Chtrs Mowbray, no. 15 dated 1121 x 1129, perhaps 1121 or 1122.

Note: Date based on the foundation of the Priory and Nigel d'Aubigny. Key to dating this document may be the fact Nigel d'Aubigny grants the mill into the hands of the prior of St Oswald. The earliest date for this document would be the foundation of the Augustinian order at Nostell Priory when the first prior was probably instituted. This suggests the grant was made after Nostell received a papal bull from Calixtus II dated January 1120, although it could have been earlier [B008]. Nigel d'Aubigny received the lordship of the Isle of Axholme before May 1108 [*Chtrs Mowbray*, p. xxi]; Nigel d'Aubigny was dead by November 1129 which provides the latest limit [*Chtrs Mowbray*, p. xviii]. Greenway suggests Canon Ralph mentioned here was Ralph Aldave who the *Gesta* called the original master of Nostell Priory and gives 1121 as a date of the consecration of the house of regular canons at Nostell and the earliest limit of this document [*Chtrs Mowbray*, no. 15, p. 18]. This is unlikely in light of a close reading of *Gesta* and the Cartulary [see nos. 23, 737 and Chapter II].

979. Grant by Roger (I) de Mowbray to William of Immingham, the reeve of 'Beeloda' of the land between the house of Wibald of Belwood [Axholme, Linconshire] and the vaccary [*vacer*], 2 bovates

of land and a toft in 'Littlehesim' [probably Axholme, Linconshire], rendering annually 4*s* to [the cell of] St Mary of Hirst. f131r/p. 323

[1138 x 1154]

Rubric: Carta Rogeri de Mubray.

Rogerus de Molb' omnibus ballivis et amicis et omnibus hominibus suis tam Francis quam Anglicis et wapentac salutem. Sciatis me dedisse et concessisse Willelmo de Himigh' le Rifle de Beeloda que est inter domum Wibald[i] de Belwoda et Wacer' et ij. bovatas terre et i. toft in Litlehasel pro iiij. solidis donandis per annum pro servitio suo et quatuor solidis de hiis ij. bovatis terre concessi domine sancte Marie de Hirst' pro anima patris mei Nig[elli] et pro animabus omnium fidelium et pro michimet ipsis quiet' per tantum pro omnibus servitiis et querelis in [e *dotted for deletion*] feodo et hereditate sibi et heredi suo. Et volo et precipio ut terram istam de me et heredibus meis teneat in bene et in pace, libere et quiete et honorifice. Test' et cetera.

Printed: Chtrs Mowbray, no. 369 dated 1138 x 1154; *Dodsw ms 8*, f198v. The latter provides the following witnesses: Hereberto de Morevilla, Rogero de Flam'villa, Bertram Haghet, Hugone de Maisnihermer, et W. fratre ejus, Olivero de Boceio, Aluredo cam[erario], et probis hominibus de Insula.

Note: Date based on succession to his estates by Roger (I) de Mowbray and the witnesses Alfred the chamberlain. See no. 978 for Roger (I) de Mowbray. Alfred, the chamberlain, was succeeded before 1154 by his son William [*Chtrs Mowbray*, nos. 235, 300, p. 239]. Another witness, Roger de Flamville, held 8 ½ knight's fees of de Mowbray both in his own right and after 1143 for his wife Juetta de Arches [see no. 973].

980. Notification by Roger de Mowbray to Robert de Daiville his constable of Axholme [Lincolnshire] and William of Immingham, the reeve, and all his men of Axholme that he grants to the canons of Hirst [Lincolnshire] his man Jerelmus son of Bared, who was his man 'of Drac', for his lifetime. f131r/p. 323

[1138 x 1174]

Rubric: Carta Rogeri de Mubray.

Rogerus de Mulb' Roberto de Davidvill' constabulario suo de Insula et Willelmo de Himmighaga preposito et omnibus hominibus suis de Insula salutem. Sciatis me dedisse et concessisse Deo et sancte Dei Genitrici Marie et canonicis de Hirst' Ierelmum filium Bared hominis mei de Drac', liberum et quietum de meo homagio ad serviendum predictis canonicis regularibus in tota vita sua sicut homo suus proprius ex meo dono et concessione. Huius doni testes sunt et cetera.

Printed: Chtrs Mowbray, no. 221 dated 1138 x 1174.

Note: Date based on Roger (I) de Mowbray. See note preceding no. 978 for Roger de Mowbray's successsion to his estates establishing the earliest limit. The castle of Axholme was destroyed during Roger (I)'s support of Henry the young King in the rebellion of 1174 and provides the latest limit [*Chtrs Mowbray*, pp. xxix, p. 157]. It is not known if Jerelmus mentioned here is the same mentioned by Nigel d'Aubigny in his grant; 'Drac' cannot be located although it could be a reference to Drax [no. 978].

981. Notification by Roger (I) de Mowbray to Bishop Alexander of Lincoln and all his own men of his grant in perpetual alms to the monastery of Hirst [Lincolnshire] and the canons of St Oswald from his farm of Belton [Lincolnshire]: 30*s* annually, 8 sesters of malt, a thousand eels which his men render, 6 bovates of land in 'Litthesim' [probably Axholme, Lincolnshire] with the land of Gladwin to provide the grain to sustain 2 canons and their servants, and common pasture and pannage in his demesne. f131r/p. 323

[1138 x 20 February 1148]

Rubric: Carta Rogeri de Mubray.

Rogerus de Mubrai Alexandro Dei gratia Lincoln' episcopo et omnibus successuris episcopis Lincoln' et omnibus heredibus suis atque baronibus et omnibus ministris suis et hominibus Francis et Anglis salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse monasterio de Hirst' et ecclesie sancti Osuualdi de Nostlat et canonicis eiusdem ecclesie in predicto monasterio [deo *omitted*] et sancte Marie servientibus pro salute anime mee et pro animabus patris et matris mee et omnium parentum meorum in elemosina imperpetuum, unoquoque anno scilicet solidos xxx. et viij sextarios de brasio et unum milliarium anguillarum quos dabunt eis homines mei de firma mea de Beeltona, illi videlicet ad quos illos misi et constitui ita ut nulli prepositorum meorum accipiant censum neque brasium nec anguillas ab illis hominibus quos elemosinam meam predictis canonicis dare constitui neque eos aliquo modo disturbent vel contristent. Insuper dedi eis et concessi vj. bovatas terre in Lithesm cum terra Gladwini ad victum duorum canonicorum et servientium suorum in loco bladi quod eis ante donaveram. Concessi quoque eis communitatem pascuorum in bosco et in plano sicut meo dominico et pasnagium suum et hominum suorum pro amore Dei clamo eis quietum imperpetuum. Volo igitur et precipio ut hec elemosina mea cum omnibus tenuris suis sit libera et quieta ab omni exactione servitii secularis et consuetudine, sicut ulla elemosina quietior est et liberior. Et ut hac donatio mea firma imposterum et illibata consistat presentis cartule mee auctoritate et attestatione atque proprie manus mee subscriptione confirmo. [+++].

Printed: Chtrs Mowbray, no. 215 dated 1138 x February 1148.

Note: Date based on Roger de Mowbray's successsion to his estates and Bishop Alexander of Lincoln. See note preceding no. 978 for Roger (I) de Mowbray. Bishop Alexander ruled from 11 July 1123 until his death 20 February 1148 which provides the latest limit. This grant by Roger (I) doubles the rents and the eels granted by his father Nigel d'Aubigny [no. 978] and the toft in 'Litthehesim' [no. 979]. The six bovates of land probably included the two bovates of land granted with the toft in 'Litthehesim' and it is possible that the grant of Jerelmus included the additional land although that is speculative [nos. 979-80]. This document was probably time coincident with another notification to Bishop Alexander of Lincoln [no. 982]. The two documents differ in that this document was addressed to all of Roger (I)'s men, specifies the intent to support two canons at the cell of Hirst, and does not address Robert, the canon of St Oswald [no. 982].

982. Notification by Roger de Mowbray to Bishop Alexander of Lincoln of his grant in perpetual alms to the monastery of Hirst [Lincolnshire] and to Robert, canon of the church of St Oswald of from his farm of Belton [Lincolnshire]: 30*s* annually, 8 sesters of malt, a thousand eels which his men render, 6 bovates of land in 'Litthehesim' [probably Axholme, Linconshire] with the land of Gladwin, and common pasture and pannage in his demesne. ff131r-v/pp. 323-24

[1138 x 20 February 1148]

Rubric: Carta Rogeri de Mubray.

Rogerus de Mulb' Alexandro Dei gratia Lincoln' episcopo et omnibus post eum successuris episcopis Linc' et omnibus heredibus suis atque baronibus et [h *dotted for deletion*] omnibus hominibus suis Francis et Anglis salutem. Sciatis me dedisse et concessisse imperpetuum in elemosinam monasterio de Hirst' et Roberto canonico regulari ecclesie sancti Osuualdi et cunctis fratribus canonicis post eum futuris in eodem loco Deo et sancte Marie servientibus pro animabus patris et matris mee et pro salute anime mee et heredum meorum, scilicet unoquoque anno xxx. solidos denariorum de firma mea de Beltona et viij. sextarios de brasio et unum milliarium anguillarum quos dabunt eis homines mei de firma mea de Beltona, illi videlicet ad quos illos misi et constitui, ita ut nulli prepositorum meorum accipiant censum neque brasium nec anguillas ab illis hominibus quos elemosinam meam predictis canonicis dare constitui neque eos aliquo modo inde disturbent. Insuper dedi eis et concessi imperpetuum [*f131v*] vj. bovatas terre in Litthehesim cum terra Gladewini. Concessi quoque eis communitatem pascuorum in bosco et in plano sicut meo dominio et pasnagium suum et hominum suorum pro Dei amore clamo eis quietum imperpetuum. Volo igitur et precipio ut hec elemosina

mea cum omnibus tenuris et hominibus ad predictum locum de Hirst pertinentibus sit libera et quieta ab omni exactione et consuetudine servitii secularis, sicut ulla elemosina quietior est et liberior imperpetuum. Et ut hec donatio mea firma imposterum et illibata consistat presentis cartule mee auctoritate confirmo. Test' et cetera.

Printed: Chtrs Mowbray, no. 216 dated 1138 x February 1148.
Note: Date based on Roger (I) de Mowbray and Bishop Alexander of Lincoln, see no. 981 for dating. This document was probably time coincident with Roger (I)'s similar notification to his men and Bishop Alexander although there were some variations [see note no. 981].

983. Grant in pure alms by Roger (I) de Mowbray to [the cell in] Hirst, Axholme and to Osbert Silvain canon and his successors, of all his wood called Hirst, the marsh of Hirst up to Risebrigam [described, Lincolnshire], from his farm of Belton [Lincolnshire]: 30*s* annually, 8 sesters of malt that his men of Belton owe to Roger, a thousand eels rendered from the water of the Don and Idle rendered by Swain of Belton and his brother Reginald, 6 bovates of land in 'Litthehesim' [probably Axholme, Linconshire] with the land of Gladwin and common pasture and pannage in his demesne. f131v/p. 324

[19 December 1148 x 27 December 1166]

Rubric: Carta Rogeri de Mubray.
Rogerus de Mubrai omnibus heredibus suis et hominibus et universis sancte ecclesie filiis salutem. Sciatis me dedisse et concessisse et presenti scripto confirmasse in puram elemosinam imperpetuum loco de Hirst' in Insula et Osberto Silvano canonico et omnibus ei successuris in eodem loco sub obedientia capituli sancti Osuualdi pro anima patris mei Nigelli et matris mee Gundree et pro salute mea et heredum meorum totum nemus quod vocatur Hirst et Hirstesic et marays de Hirstesic usque Risebrigam sicut iacet inter nemus de Hirst' et Estsinord et Houke<s>wra et Horsecroft et marays inter locum de Hirst et Eppen et totum marays et fossatum usque Don; et unoquoque anno xxx. solidos denariorum de firma mea de Beltona et octo sextaria brasii quos dabunt eis homines mei de Beltona, illi scilicet homines quos censum suum eis reddere constitui, ita quod nullus prepositorum meorum nec censum nec brasium hoc ad [h *dotted for deletion*] opus meum accipiat ab illis hominibus sed canonicis meis dentur sine omni disturbatione. Preter hoc dedi et concessi eisdem canonicis pro uno miliario anguillarum quod eis unoquoque anno concesseram, piscarias in aquis Don et Yddel quas de me tenebant Svenus de Beltona et Reg[inaldus] frater eius et reddere michi solebant unum milliarium anguillarum. Insuper dedi eis et concessi vj. bovatas terre in Litteshesel cum terra Gladewini et pannagium suum et hominum suorum in omnibus boscis meis in Insula clamo eis quietum imperpetuum et concessi eisdem canonicis meis et hominibus suis omnem communitatem in bosco et in plano in marays et aquis et omnibus aliis in quibus homines mei habent communitatem. Volo igitur et precipio ut hec elemosina mea cum omnibus tenuris suis et hominibus sit libera et quieta ab omni exactione et consuetudine seculari de me et de omnibus hominibus. Hiis et cetera.

Printed: Chtrs Mowbray, no. 218 dated 1148 x 1166.
Note: Date based on Bishop Robert de Chesney of Lincoln. Bishop Robert was consecrated on 19 December 1148 and died 27 December 1166. This document was probably time coincident with his confirmation to Bishop Robert [no. 984]. The marsh around Hirst had been granted by Nigel d'Aubigny 1115 x November 1129 [no. 978] but was described in more general terms as 'the marsh around Hirst up to the River Don' [no. 978]. Roger (I) had originally granted the thousand eels but only at this charter defines who will provide the eels and from where they will be fished. This specificity may result from difficulties experienced by the cell at Hirst in receiving and enjoying the endowment granted; this document was probably time coincident with Roger (I) de Mowbray's notification to his consistor and reeve that the endowment was to be paid directly by the fishermen to the canons because the reeves had failed to do so [no. 985] and with his notification/confirmation to Bishop Robert and

Osbert Silvain, canon of St Oswald, of the endowment [which also specifies Swain and Reginald as providing the eels, see no. 984].

984. Notification by Roger (I) de Mowbray to Bishop Robert [de Chesney] of Lincoln of his grant in alms to the monastery of Hirst in Axholme [Lincolnshire] and to Osbert Silvain, canon of the church of St Oswald, and all canons of Hirst from his farm of Belton [Lincolnshire]: 30*s* annually, 8 sesters of malt, a thousand eels which he had granted to Osbert Silvain from the water of the rivers Don and Idle rendered by Swain of Belton and Reginald, 6 bovates of land in 'Littehesim' [probably Axholme, Lincolnshire] with the land of Gladwin, and all the wood called Hirst and pannage. f131v/p. 324

[19 December 1148 x 27 December 1166]

Rubric: Carta Rogeri de Mubray.

Rogerus de Mubrai Roberto Dei gratia Linc' episcopo et omnibus post eum futuris episcopis Linc' et omnibus heredibus suis atque baronibus et omnibus hominibus suis Francis et Anglis salutem. Sciatis me dedisse et concessisse in elemosinam imperpetuum monasterio de Hirst in Insula et Osberto Silvano canonico de ecclesia sancti Osuualdi et omnibus canonicis post eum successuris in eodem loco Hirst Deo et sancte Marie servientibus pro salute anime mee et pro animabus patris et matris mee et heredum meorum, scilicet unoquoque anno xxx. solidos denariorum de firma mea de Beltona et viij^{to} sextarios de brasio quos dabunt eis homines mei de firma mea de Beltona, illi videlicet homines quos censum eis reddere constitui ita ut nullus prepositorum meorum censum nec brasium ad opus meum accipiant^{a} ab illis hominibus sed canonicis meis detur libere et sine aliqua disturbatione. Pro uno milliario anguillarum quod eisdem canonicis unoquoque anno concesseram et dederam concessi prefato Osberto Silvano piscarias in aqua, videlicet Don et Yddel quas tenebant de me Suenus de Beltona et Reg[inaldus] frater eius et michi inde reddere solebant unum milliarium anguillarum. Insuper dedi et concessi predicto loco Hirst vj. bovatas terre in Littehesim cum terra Gladewini. Et eidem Osberto et omnibus canonicis post eum futuris in eodem loco pro amore Dei et suo concessi et dedi in elemosinam imperpetuum nemus totum quod vocatur Hirst et pannagium suum et hominum suorum clamo eis quietum imperpetuum. Volo igitur et precipio ut hec elemosina mea cum omnibus tenuris suis et hominibus sit libera et quieta et soluta ab omni exactione et consuetudine servitii secularis sicut ulla elemosina liberior et quietior et solutior est. Test' et cetera.

Printed: Chtrs Mowbray, no. 220 dated December 1148 x December 1166 citing *Dodws ms.* 8, f196v. *Mon. Ang* vol. 6, no. 101. The later provides the following witnesses: Roberto de Davidvilla, Radulfo de Bellun, Willelmo filio Talborti.

Note: Date based on rule of Bishop Robert de Chesney of Lincoln, see no. 983. See note no. 983 concerning this confirmation and its necessity. Robert de Daiville held 4 old and 1 new knights' fees of Roger (I) de Mowbray in 1166 and often witnessed charters of Roger (I) from as early as c.1147 and as late ast 1170 x 1186 [*Chtrs Mowbray*, no. 401; Clay & Greenway, *EYFamilies*, pp. 23-24]. Ralph de Bellun held socage tenure in the Mowbray fee in the mid-12th century [*Chtrs Mowbray*, no. 105, p. 78] and was the 'consistor' for Roger (I) de Mowbray [no. 985].

985. Notification by Roger (I) de Mowbray to Ralph de Bellun his 'consistor' and William of Immingham his reeve that his grant of rents and grain to the canons of Hirst shall be paid to the canons directly by the men of his farm [tenants named and amount specified, Lincolnshire], including the thousand eels from Swain and his brother Reginald, because the reeves have failed to do so. ff131v-132r/pp. 324-25

[19 December 1148 x 27 December 1166]

Rubric: Carta Rogeri de Mubray.

Rogerus de Mubrai Rad[ulfo] de Bellun consistori suo de Insula et Willelmo de Imingahaga preposito suo et omnibus post eos futuris consistoribus ac prepositis et omnibus hominibus suis de Insula Francis et Anglis salutem. Sciatis me concessisse et statuisse et presentis cartule mee attestatione confirmasse canonicis meis de Hi<r>st elemosinam meam quam dudum eis dederam, scilicet xxx. solidos denariorum et viij sextarios brasii unoquoque anno quas solebant accipere de manibus prepositorum meorum de firma mea, sed quia sepius eveniebat eis inde fallacia propter incuriam et oblivionem prepositorum, ab eis requisitus concessi eis et statui ut ipsi canonici non accipiant amplius a prepositis, sed amodo ex meo precepto manu sua accipiant ab hominibus meis censum quem dare debuerant michi ad eosdem [*f132r*] terminos ad quos alii homines mei dant, ita quod nullus prepositorum meorum predictos canonicos aliquo modo inde disturbet. Ketellus dabit v. solidos, Macusus v. solidos, Letwinus et Wlmarus v. solidos, Baredchrakin v. solidos, Gamel filius Normani iij. solidos et ix. Denarios, Elwinus de Humelt' iiij solidos et j. denarium, Ernui filius Spratlini ij. solidos et ij denarios. De brasio similiter illis statui: Lefwinus Basei dabit eis ij sextarios, Eilwardus ij sextarios, Willelmus filius Sweni ij. sextarios, Macus dimidium sextarium, Wlmarus Rudda dimidium sextarium, Robertus et Berewaldus unum sextarium. Pro uno milliario anguillarum quod solebant eis dare Swenus et Reinaldus frater eius ex meo dono, concessi eisdem canonicis piscarias in aqua, videlicet in Don et in Hiddel, que solebant michi reddere unum milliarium quoque anno. Precipio itaque ut amodo imposterum illi homines qui hic nominati sunt et scripti et eorum successores et heredes reddant censum suum et brasium unoquoque anno predictis canonicis sicut michi ipsi debuissent, quia hoc est meum proprium et dominicum quod datum est in elemosinam servis Dei pro salute tam corporis que anime mee. Volo igitur et precipio ut idem canonici omnes tenuras suas quas me tenent bene et honorifice et libere et quiete teneant, sicut ulla elemosina honorificentius et liberius et quietius tenet. Test' et cetera.

Printed: Chtrs Mowbray, no. 219 dated 1148 x 1166.
Note: Date based on nos. 983, 984, see note no. 983. See note preceding no. 978 for further information on the de Mowbray family. The same difficulty in receiving the rents reoccurred in the time of Roger (II) de Mowbray and a comparison of the two documents provides an interesting transition in tenants [no. 988].

986. Notification by Roger (I) de Mowbray to Alexander bishop of Lincoln of his grant in alms to the monastery of Hirst and Warin the canon of St Oswald and his successors, from his farm of Belton [Lincolnshire]: 30*s* annually, 8 sesters of malt and a thousand eels from his men of Belton [Lincolnshire], 6 bovates of land in 'Litthehesim' [probably Axholme, Lincolnshire] with the land of Gladwin for the grain to sustain two canons and their servants, and common pasture and pannage. f132r/p. 325

[1138 x 20 February 1148]

Rubric: Carta Rogeri de Mubray.
Rogerus de Mubrai Alexandro Dei gratia Linc' episcopo et omnibus successuris episcopis Linc' et omnibus heredibus suis atque baronibus et omnibus ministris suis et hominibus Francis et Anglis salutem. Sciatis me dedisse et concessisse monasterio de Hirst et Garino canonico ecclesie sancti Osuualdi et cunctis fratribus canonicis post eum futuris in eodem loco Deo et sancte Marie servientibus pro salute anime mee et pro animabus patris et matris mee et omnium parentum meorum in elemosina imperpetuum unoquoque anno scilicet solidos xxx. et viij sextarios de brasio et unum milliarium anguillarum quos dabunt eis homines mei de firma mea de Beltona, illi videlicet ad quos illos misi et constitui ita ut nulli prepositorum meorum accipiant

censum nec brasium nec anguillas ab illis hominibus quos elemosinam meam predictis canonicis dare constitui nec eos aliquo modo inde disturbent vel contristent. Insuper dedi eis et concessi vj. bovatas in Litthehesm cum terra Gladewini ad victum duorum canonicorum et servientium suorum in loco bladi quod eis ante donaveram. Concessi quoque eis communitatem pascuorum in bosco et in plano sicut meo dominico et pasnagium suum et hominum suorum pro amore Dei clamo eis quietum imperpetuum. Volo igitur et precipio ut hec elemosina mea cum omnibus tenuris suis sit libere et quieta ab omni exactione servitii secularis et consuetudine, sicut ulla elemosina quietior est et liberior. Et ut hec donatio mea firma imposterum et illibata consistit presentis cartule mee atque proprie manus mee subscriptione confirmo. [+++] Test' et cetera.

Printed: Chtrs Mowbray, no. 217 dated 1138 x February 1148.

Note: Date based on Roger de Mowbray's successsion to his estates and Bishop Alexander of Lincoln. See note preceding no. 978 for Roger (I) de Mowbray. Bishop Alexander ruled from 11 July 1123 until his death 20 February 1148 which provides the latest limit. This document differs from the previous notifications to Bishop Alexander only by the address to a different canon 'Warin' [nos. 981, 982].

987. Confirmation with warranty in free, pure and perpetual alms by William de Lisle to correct all the wrongs he made to the church of St Oswald and for the canons who had received him in confraternity as a canon, of the land called Frerehag that lies between Sherbarrow and Moscher [South Kirkby], brushwood from his wood of [Great] Houghton in sight [supervision] of his forester. f132r/p. 325

[mid 12th century]

Rubric: Carta Willelmi de Insula.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis Willelmus de Insula salutem. Sciatis me dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostlat et canonicis ibidem Deo servientibus [pro] salute anime mee et anime Edeline uxoris mee et parentum et heredum meorum et pro emendatione omnium malefactorum que feci predicte ecclesie et pro fraternitate predictorum canonicorum qui receperunt me in canonicum terram illam que appellatur Frerehag, que iacet inter divisam de Chrbarue et Moscher; tenendam in liberam et puram et perpetuam elemosinam. Dedi etiam et concessi eisdem canonicis imperpetuum closturam de nemore meo de Halctona ad claudendam illam partem predicte terre que est versus nemus de Halctona in quolibet quarto anno et hec visu mei vel forestarii mei. Ego vero et heredes mei warantizabimus predictis canonicis hanc terram et hanc donationem contra omnes homines. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William de Lisle and Jordan de Lacy who confirmed the grant [no. 184]. See no. 162 for information concerning William de Lisle. This other documents pertaining to this land and to William de Lisle and his family are in the section of Thurnscoe [beginning at no. 158]. William acquired this property through the inheritance of his wife Edeline after 1153 [no. 158]. This charter would suggest that William de Lisle was received in confraternity by the canons. The 'wrongs he had committed' are not known. His son and heir Adam (I) de Lisle confirmed this grant [no. 167].

988. Confirmation with warranty by Roger (II) de Mowbray of his grant to the cell of Hirst of 30*s* of his annual rents from his farm of Belton [Lincolnshire] to be given to the canons from his chamber [names and amounts recited]. ff132r-v/pp. 325-26

[c. April 1263]

Rubric: Carta Rogeri de Mubray.

Universis Cristi fidelibus ad quorum notitiam presens scriptum pervenerit Rogerus de Mubray salutem in Domino. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis eiusdem ecclesie apud cellam de Hyrst commorantibus annuum redditum xxx.

solidorum quod dicti canonici de camera mea percipere consueverunt, scilicet de una dimidia bovata quam Willelmus Durant tenuit iiij solidos et iiij. denarios; et de una bovata terre quam Robertus [te *dotted for deletion*] Durant tenuit quinque solidos et v. denarios et obolum; et de una bovata terre et dimidia quas Rogerus le Rus tenuit octo solidos et sex denarios; et de una bovata terre quam Iohannes Silverun tenuit sex solidos; et de dimidia bovata quam Adam Colman tenuit tres solidos et xj. denarios et obolum; et de dimidia bovata quam la Blund tenuit xx^{a} et unum denarium in Belton'; solvend' dictis canonicis qui pro tempore apud dictam cellam moram fecerint ab ipsis qui dictas terras pro tempore remiserunt ad tres anni terminos, scilicet de Ada Colman ad festum sancti Michaelis xx^{a} et tres denarios et ad nathale Domini quatuordecim denarios et ad Pascha xi. denarios et obolum et de Rogero le Rus [*f132v*] ad festum sancti Michaelis quatuor solidos et duos denarios et obolum et ad natale Domini duos solidos et iiij. denarios et obolum et ad Pasca duos solidos et quatuor denarios; et de Roberto Durant ad idem festum sancti Michaelis ij. solidos et octo denarios et ad natale Domini sexdecim denarios et ad Pascha septemdecim denarios; item de W. Durant ad dictum festum sancti Michaelis xx^{a} et novem denarios et obolum, ad natale xij. denarios et ad Pasca xvj. denarios et obolum; de Iohanne Silverun ad festum sancti Michaelis tres solidos et tres denarios et obolum, ad natale xij. denarios et ad Pasca xxij. denarios et obolum; de Iuliana la Blund ad Pasca septem denarios et obolum; tenend' et habend' dictis canonicis in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Si vero dicti homines qui dictas terras pro tempore tenuerint in solutione dicti redditus aliquo termino defecerint ex tunc licebit dictis canonicis plenam et sufficientem. [*approximately fifteen words erased approx 11mm*] In predictis terris facere districtionem sine omni contradictione mei et heredum meorum quousque de dicto redditu eis fuerit plenarie fuerit satisfactum, salvis mihi et heredibus meis omnibus aliis servitiis que de predictis terris nobis debentur. Ego vero Rogerus et heredes mei dictum redditum dictis canonicis contra omnes homines et feminas warantizabimus, aquietabimus et defendemus imperpetuum In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera. [*f133r*]

Note: Date based on final concord entered into between William of Clifford, prior of St Oswald and Roger (II) de Mowbray dated 9 April 1263 [no. 63]. The tenants named in this document are the same listed in the final concord. Roger (II) de Mowbray succeeded to his estates in 1241, see note preceding no. 978 [Tait, 'William de Mowbray', *DNB*, art. 19461]. This document may also have changed the agreement of Roger (I) to provide food rents and now seems restricted to cash rents only.

Note for nos. 989-91. The 'place called Canonthorpe above the River Rother' with the chapel of St Giles was the gift of Robert of Eston who occurred in 1190 [*EYC I*, no. 551]. The grant was confirmed by Roger de Pont L'Évêque Archbishop of York 1154 x 22 November 1181 without reference to the donor [no. 517]. The grant of Canonthorpe does not occur in any of the royal confirmations of Nostell Priory [B004, B007, nos. 8-10, 30, 71]. The tenancy included a house, assart and a chapel, dedicated to St Giles; by 1322 the tenancy included a capital messuage, 40 acres of land and 6 acres of meadow rendering annually to Nostell Priory 13s 4*d* [*Cal. Inq. PM Edward II*, vol. vi, no. 301]. Canonthorpe appears to be leased from as early as 1196 until 1514.

Richard son of Robert confirmed his father's grant in the late 12th century [no. 989]. In the early 13th century Canonthorpe may have been held of Nostell Priory by Matthew of Eston whose son John and daughter Matilda are donors [nos. 989-91]. Matthew of Eston was steward to Gerard de Furnival the elder in 1200 and Matthew occurred as early as 1194 and was still living as late as 1200 x 1218 [*EYC VI*, no 113, p. 218; *EYC* III, nos. 1280, 1291-2, p. 15]. His son John confirmed the grant of Canonthorpe to Nostell Priory to hold just as during the time of his ancestors and assuming he inherited his right to Canonthorpe from his father, John's active adult life was probably the first half of the 13th century [no. 990]. Although there is no documentation for his sister Matilda she was probably active at a similar time.

The chronology of tenants of Canonthorpe were, based on the charters which follow: Elias of Lowthorpe [April 1196 x July 1208, no. 992], William Ruueys [1231, no. 995], Richard Crowle [spelled variously Crul, Crulle, 1240 x 1244, nos. 993, 994], Robert and later Richard Fauconer [early 14th century, no. 996] and William Cowper [c. June 1514, no. 997].

989. Confirmation by Richard son of Robert of Eston of Canonthope of the grant made by his father to Sts Mary, Giles, and Oswald of Nostell of 'Canonthorpe above the river Rother'. Richard also confirms all the land [in Aughton and Hardwick] which his men granted: all the land of Robert the miller, the assart which his man Anketil sold to the canons and which Otho de Tilli would acquit, the assart which Ruard his man granted, all the land which Osbert Silvain, canon of St Oswald, acquired in Aughton, and a bovate of land in Hardwick. f133r/p. 327

[late 12th century]

Rubric: Hic incipiunt carte de Can'onthorp' et de Becketon'. Carta Ricardi filii Roberti de Estona.
Ricardus filius Roberti de Eston' omnibus sancte ecclesie fidelibus tam clericis quam laicis salutem. Notum sit universitati vestre me pro salute anime mee et uxoris mee et antecessorum et heredum et successorum meorum dedisse et concessisse et hac mea presenti carta confirmasse Deo et beate Marie et sancto Egidio et beato Osuualdo de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus, in liberam et puram et perpetuam elemosinam, locum super Rodanum cum omnibus pertinentiis suis quem pater meus eis dedit et concessit, cum ceteris elemosinis et beneficiis quas ego desuper eis dedi et concessi in liberam et perpetuam elemosinam, scilicet totam terram ubi homines predicti loci manent cum suis pertinentiis; et totam terram Roberti molendinarii, similiter cum suis pertinentiis. Confirmo etiam eis essartam quam Anketillus homo meus eis vendidit et concessit in perpetuam elemosinam, ita quod Otho de Tilli adquietabit eandem essartam pre denarios suos. Confirmo etiam eis essartam quam Ruardus homo meus dedit et concessit eis, et totam terram cum suis pertinentiis quas Osbertus Silvanus canonicus de sancto Osuualdo adquisivit in Hactona, et unam bovatam terre in Herdewico cum omnibus pertinentiis et libertatibus eiusdem ville. Hec omnia concedo domui et canonicis sancti Osuualdi de Nostle ibidem Deo servientibus et per cartam istam confirmo ut bene et quiete et libere sine omni terreno et regali servitio, in bosco et in plano, in pratis et in aquis et in pascuis habeant et teneant de me et de omnibus heredibus et successoribus meis. Hiis testibus, et cetera.

Printed: *EYC VI*, no. 109 dated late 12th century.
Note: Date based on occurrence of Robert of Eston, see note preceding for further information on the donor. Robert of Eston occurred in 1190 [*EYC I*, no. 551]. Nothing is known of his son Richard, the donor here. The individual grants mentioned here do not occur in the Cartulary which suggest there may have been a separate confirmation/cartulary or they were on pages now missing from this Cartulary. Osbert Silvain the canon of St Oswald mentioned may be the same mentioned in charters concerning the cell of St Mary at Hirst, Lincolnshire, in December 1148 x December 1166 [nos. 983, 984]. Also see note preceding no. 978.

990. Grant in free, pure and perpetual alms by John son of Matthew of Eston of the place above the river Rother called Canonthorpe. f133r/p. 327

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Iohannis filii Mathei de Estona.
Omnibus sancte matris ecclesie filiis Iohannes filius Mathei de Eston' salutem. Notum sit universitati vestre me pro salute anime mee et patris mei et matris mee et omnium antecessorum et successorum meorum concessisse et hac presenti carta mea confirmasse in liberam et puram et perpetuam elemosinam Deo et sancte Marie et sancto Osuualdo de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus locum super Roder qui vocatur Canuntorp cum omnibus pertinentiis suis in terris, in essartis, in bosco et in plano, in pratis et in pascuis, in

aquis et in omnibus aliis libertatibus et asiamentis et cum omni communa sicut unquam melius et liberius temporibus antecessorum meorum locum illum cum omnibus pertinentiis suis tenuerunt. Et volo et concedo et firmiter precipio ut omnia predicta libere et honorifice habeant soluta et quieta ab omni terreno et regali servitio. Hiis [testibus] et cetera.

Note: Date based on Matthew of Eston father of the donor, see note preceding no. 989 for dating and family. John's sister Matilda granted land c. April 1196 x 1231 and may have been his contemporary [no. 991].

991. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Matilda daughter of Matthew of Eston to Elias the chaplain of Canonthorpe and the church of St Giles of Canonthorpe of a bovate of land in Aughton, namely that which Thomas the reeve held, rendering annually to the canons of St Oswald 1*d.* f133r/p. 327

[2 April 1196 x 1231]

Rubric: Carta Matildis filie Mathei Estona.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Matild[is] filia Mathei de Eston' salutem. Noverit universitas vestra me dedisse et concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Elie capellano de Kanuntorp' et cui assignare voluerit unam bovatam terre in Actona cum omnibus pertinentiis suis sine retenemento aliquo libere et quiete in omnibus libertatibus predicte ville ad tantam terram pertinentibus illam, scilicet quam Thomas prepositus tenuit in eadem villa; tenendam et habendam sibi et cui assignare voluerit de Deo et de ecclesia sancti Egidii de Kanuntorp' in puram et perpetuam elemosinam, reddendo inde annuatim canonicis sancti Osuualdi ibidem Deo servientibus unum denarium pro omni servitio et demanda. Et ego et heredes mei warantizabimus predictam bovatam predicto Elie et cui assignare voluerit contra omnes homines. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on agreement between Nostell Priory and Elias the chaplain and subsequent agreement with William de Ruueys in 1231. This grant must be no earlier than the tenancy agreement of Elias, chaplain of Lowthorpe as chaplain of St Giles, Canonthorpe, which occurred as early as April 1196 [no. 992]. The latest limit is based on the a subsequent tenancy agreement entered with William de Ruueys, knight, in 1231 [no. 995]. See note preceding no. 989 concerning the chapel and the family. This grant does not occur in any other confirmations in this Cartulary. See no. 992 for information concerning Elias the chaplain of Lowthorpe.

992. Agreement between Prior R. and the canons and Elias the chaplain of Lowthorpe whereby the canons confirm to Elias a life tenancy of the place of St Giles above the river Rother called Canonthorpe, rendering annually to the canons 1*m* of silver and 12*d* for his fraternity. He may celebrate divine service three times weekly in the chapel of St Giles, and when he dies half of all his goods will go to the house of St Oswald. He is to be the custodian of the woods of the place and only use a reasonable amount for his own use. Elias swears to pay his pension faithfully. ff133r-v/pp. 327-28

[2 April 1196 x 19 July 1208]

Rubric: Carta R. prioris concessa Elie capellano.
Margin: VACAT.

Hec est conventio facta inter R. priorem et canonicos sancti Osuualdi et Heliam capellanum de Loutorp quod predicti prior et canonici concesserunt et presenti carta sua confirmaverunt prenominato E. locum suum sancti Egidii super Roder qui dicitur Canuntorp' cum omnibus pertinentiis suis tota vita sua; tenendum de eis, reddendo eis singulis annis unam marcam argenti [singulis annis *repeated and dotted for deletion*] duobus terminis solvendam, scilicet dimidiam marcam ad Pasca et dimidiam ad festum sancti Michaelis et preterea xij. denarios de fraternitate sua duobus terminis solvend', scilicet vj. denarios ad Pasca et sex ad festum sancti Michaelis.

Predictus vero E. singulis ebdomadis in capella beati Egidii in prefato loco sita in divina officia celebrabit tribus diebus, die videlicet dominica et quarta feria et sexta. Et cum contigerit eum de hec seculo migrare medietatem omnium bonorum suorum tanquam super eorum domui sue de sancto Osuualdo relinquet et domos suas in sepedicto loco constructas integras et illesas conservabit. Nemus etiam ad predictum locum pertinens fideliter custodiet. Ita quod de eo nichil vendet vel donabit vel aliquo modo capiet nisi ad refectionem domorum in premonstrato loco constructarum et sepium et ad usum suum rationabilem in eodem loco faciendum de quercubus etiam eiusdem nemoris nullam scindet sine assensu et visu predictorum canonicorum predictum itaque locum concesserunt prenominati canonici prefato E. Ita quod nec locum illum neque aliquid quod ad eum pertineat liceat ei in manus alterius ponere vel inpignus vel ad firmam vel aliquo alio modo. Corporale etiam sacramentum prestitit eis de pensione sua fideliter solvenda et quod nec artem nec ingenium queret nec per se nec per *[f133v]* alium aliquid faciet quo minus sepedicti canonici locum suum cum omnibus pertinentiis suis liberum et solutum et quietum recipere possint. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rules of two Nostell Priory priors: Robert of Woodkirk and Ralph of Bedford. The predecessor to Prior Robert died 2 April 1196, providing the earliest limit for this document; and his successor, Ralph of Bedford, died on 19 July 1208 which provides the latest limit [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. Elias of Lowthorpe held this tenancy until at least 1231 [no. 995]. Elias of Lowthorpe was probably the same as Elias chaplain of Canonthorpe who occurred 1200 x 1218 [*EYC* III, no. 1281]. The document was annotated '*vacat*'.

993. Inquest by the dean and [ruridecanal] chapter of Pontefract into the controversy between Prior Robert and the convent of St Oswald on the one part and Richard of Crowle [Crul'], clerk, on the other part. It is found Richard detained from the prior and canons the annual rent of 1*m* for the place above the river Rother called Canonthorpe, and he failed to celebrate divine services in the chapel there at a penalty of 40*s*, he failed to rebuild the buildings consumed by fire, he ravaged the wood, and the chapel is profaned. Richard promises that he and his heirs will faithfully and without delay pay the annual rent of 1*m* at St Oswald with a penalty of half a mark. Moreover, Richard and his heirs will find a perpetual priest to celebrate divine service in the chapel three times a week under penalty of 40*s* to the prior and convent. Moreover, when the chapel is consecrated they will ensure it is not profaned. Moreover, in the space of one year Richard will build houses of the same state as when he received them or better and he will maintain the wood. f133v/p. 328

The Chapter of Pontefract, 17 January 1247

Rubric: Quedam compositio inter Robertum priorem et Ricardum de Crul'.

Notum sit omnibus presens scriptum visuris vel audituris quod cum inter dominos Robertum priorem et conventum sancti Osuualdi ex una parte et Ricardum de Crul clericum ex altera super retentione annui redditus unius marce quem debet dictus Ricardus dominis priori et conventui pro loco super Roder qui vocatur Canuntorp' defectu etiam celebrationis divinorum et pena xl^{ti} solidorum propter hec sepius ut dicebatur commissa, item super reedificatione edificiorum incendio consumptorum et vasto bosci nec non capelle eiusdem loci per indebitam inhabitationem prophanatione et aliis coram decano et capitulo Pontisfracti questio verteretur, tandem idem Ricardus volens de omnibus satisfacere ordinationi et minime dictorum prioris et conventus omnino se submisit, promittens pro se et heredibus suis quod decetero assignatis terminis redditum unius marce quod eis dicitur fideliter et sine dilatione apud sanctum Osuualdum persolvent, videlicet dimidiam marcam ad Pentec' et dimidiam marcam ad festum sancti Martini in yeme. Et si eos in aliquo predictorum terminorum in plenaria solutione cessare contigerit per octo dies pro qualibet cessatione dabunt predictis priori et conventui nomine pene dimidiam marcam argenti. Predictus autem Ricardus et heredes sui invenient imperpetuum sacerdotem qui celebret divina per tres dies in ebdomada in capella de

Canuntorp' sub pena xl^{a} solidorum pro quolibet anno sepedictis priori et conventui solvendorum quando defectus erit in premissa celebratione. Ita quod pena soluta rata nichilominus maneat conventio dicta autem capellam cum consecrata sit sub pena premissa honeste facient custodiri nec ipsam per inhabitationem prohibitam vel inhonestam aliquo modo pertinent prophanari domos etiam et edificia eiusdem loci infra unius anni spatium ad eundem statum quo ea dictus Ricardus recepit vel meliorem reformabit et boscum non vastabit. Et ad omnia premissorum firmitatem et maiorem securitatem predictus Ricardus subiecit se et heredes suos iurisdictioni prefati decani et capituli ut possint per censuram ecclesiasticam et excommunicationis sententiam unica monitione premissa ipsos ad premissorum omnium et singulorum observationem compellere et sententias in eis latas inviolabiliter facere observari quotiens in aliquo premissa infringere vel non observare presumpserint, renunciando omni exceptioni cavillationi et regie prohibitioni et cuilibet alteri defensioni vel iuris et facti remedio super hoc competentibus vel competituris. Et obligendo se et heredes suos ad omne dampnum et expensas quas pro defectu ipsius Ricardi vel heredum suorum ipsos incurrere contigerit declarandas solius prioris assertione sine alterius probatione. Et sciendum est quod non licebit dicto Ricardo vel heredibus suis predictum locum de Canuntorp' vel eius pertinentia Iudeis dare vel aliquo modo eis impignorare vel ad aliquos viros religiosos transferre vel alicui alteri alienare sine dictorum prioris et [u *dotted for deletion*] conventus assensu et voluntate. Hec omnia et singula tactis sacrosanctis iuravit dictus Ricardus fideliter observanda sine qualibet deceptione et fraude pro se et heredibus suis. Act' apud Pont[em]fr' in capitulo xvi kalendas Februarii anno gratie m° c°c° xl sexto. Et in huius rei testimonium tam dictus prior quam dictus Ricardus huic scripto cyrographato sigilla sua apposuerunt. Hiis testibus et cetera.

Note: Richard of Crowle began his tenancy of Canonthorp during the rule of Prior Stephen of 18 November 1240 x 1244 [no. 994]. Prior Robert de Behall's rule began after the death of his predecessor on 18 May 1246 and Robert died 1 January 1255 [Smith, *Heads* II, p. 438]. See note preceding no. 989 for further information regarding Canonthorpe.

994. Confirmation in the form of a chirograph by Prior Stephen and the convent to Richard of Crowle [Crul'], clerk that he may have the place above the river Rother called Canonthorpe with all lands, assarts and rents, rendering annually to the canons 1*m* of silver. Richard will find a priest to celebrate divine service three times a week, under penalty of 40*s* annually. They will be subject to the jurisdiction of the chapter of the canons for the celebration of divine service. f133v/p. 328

[18 November 1240 x 1244]

Rubric: Carta Stephani prioris concessa Ricardo de Crul.

Universis Cristi fidelibus has literas visuris vel audituris Stephanus prior et conventus de sancto Osuualdo salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos dedisse, concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Ricardo de Crul clerico et heredibus suis locum super Roder qui vocatur Canuntorp' cum omnibus pertinentiis suis tam in terris, essartis et aquis quam in redditibus ad dictum locum spectantibus; tenend' et habend sibi et heredibus libere, solute et quiete imperpetuum cum omnibus libertatibus asiamentis et communis ad dictum locum pertinentibus, reddendo inde annuatim domui nostre unam marcam argenti, medietatem scilicet ad Pentec' et aliam medietatem ad festum sancti Martini. Et sciendum est quod dictus Ricardus et heredes sui invenient ibi ad dictum locum de Canuntorp sacerdotem celebrantem divina per tres dies in ebdomada. Quod si in predictorum divinorum celebratione defecerint, dabunt nobis quolibet anno quando defectus ille fuerit xl. solidos nomine pene. Et subiecerunt se iurisdictioni nostre et capituli nostri ad

compellendum eos qua voluerimus districtione tam ad predictorum divinorum celebrationem faciendam quam pene solutionem si fuerit commissa. Et sciendum quod non licebit dicto Ricardo vel heredibus suis terram predictam cum pertinentiis Iudeis dare vel aliquo modo eis impignorare vel ad aliquos viros transferre religiosos. In cuius rei testimonium tam nos quam dictus Ricardus huic scripto in modum cyrographi confecto sigilla nostra hinc inde apposuimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rule of Prior Stephen of Nostell Priory. The predecessor of Prior Stephen died on 18 November 1240 and Stephen ceded office in 1244 [Smith, *Heads* II, p. 438]. By January 1247 Richard of Crowle had not kept his bargain and an inquest was conducted [no. 993]. The details of this agreement was used as the model as late as 1395 [no. 996]. See note preceding no. 989 for further information regarding Canonthorpe.

995. Agreement between Prior John and the convent on the one part and William de Ruueys, knight, on the other, whereby William may have a life tenancy of the place of St Giles above the river Rother called Canonthorpe, rendering annually to the canons 1*m* of silver. William will cause divine service to be celebrated in the chapel three times a week. When William dies half of all his movable and immovable goods will be left to the house of saint Oswald. He may have for his own use the buildings, other things by right and he will repair and keep them. He will have custody of the forest and use what he needs only. ff133v-134r/pp. 328-29

1231

Rubric: Carta Iohannis prioris concessa Willelmo de Ruueys.

Anno gratie m° c°c° xxx° primo facta suit hec conventio inter Iohannem priorem et conventum de sancto Osuualdo ex una parte et Wyllelmum de Ruueys militem ex altera, videlicet quod predicti prior concesserunt et hac presenti carta sua confirmaverunt predicto Willelmo locum suum sancti Egidii super [*f134r*] Roder qui dicitur Canuntorp' cum omnibus pertinentiis suis in tota vita sua de eis tenendum, reddendo inde eis per annum unam marcam argenti, medietatem ad Pasca et aliam medietatem ad festum sancti Michaelis. Predictus vero Willelmus miles singulis ebdomadis in capella predicti loci tribus diebus divina faciet celebrari, die videlicet dominica et quarta et sexta feria. Cum tamen dictum Willelmum militem viam universe carnis contigerit ingredi, medietatem omnium bonorum suorum mobilium et immobilium ubicumque fuerint inventa domui sancti Osuualdi de Nostle tamquam frater eiusdem loci relinquet, similiter et terrarum et reddituum si quas habuit de suo adquisitu. Et sciendum predictus W. predictum locum de Canuntorp ad proprios sumptus in edificiis, virgultis, fossatis et clausturis et in omnibus aliis dicto loco congruentibus honorifice pro iuribus reparabit locum prefatum construet et edificabit, constructa et edificata conservabit. Nemus vero ad predictum locum pertinens fideliter custodiet, ita quod nichil de eo capiet, vendet, donabit vel aliquo modo alienabit, nisi ad refectionem sepium et domorum loco predicto construendarum et ad usum suum rationabilem in memorato loco faciendum. De quercubus tamen eiusdem nemoris nullam scindet vel scindi faciet sine assensu, visu et voluntate predictorum prioris et conventus nec licebit predicto W. predictum locum nec ad quod ad illum pertineat impignorare vel aliquo casu in manus alicuius ponere vel aliquid aliud facere quo predicti prior et conventus post decesssum ipsius predictum locum cum pertinentiis libere ingredi impediantur. Et tam de hiis quam de predicta firma fideliter solvend' predictus W. miles corporale prestitit sacramentum. In cuius rei testimonium predicti prior et conventus ex una parte et predictus W. miles ex altera partibus istius scripti sigilla sua hinc inde apposuerunt. Hiis [testibus].

Note: William Ruueys could have held this tenancy until as late as 1244 when Richard of Crowle was given the tenancy [between 18 November 1240 and 1244, see no. 944]. Prior John was elected c. 24 July 1208 and died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. See note preceding no. 989 for further information.

996. Indenture by Prior Robert [Quixley] and the convent ratifying what Prior Stephen, the former prior, had granted in his charter to Richard of Crowle [Crulle], clerk, namely a messuage with lands and tenements called Canonthorpe above the Rother rendering annually 13*s* 4*d*, was in the same way contained in the charter which Richard Fauconer now has. If the rents were in any way in arrears the messuage would be distrained by the canons. f134r/p. 329

Priory of St Oswald, 2 February 1396

Rubric: [*none*].

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris Robertus prior monasterii sancti Oswaldi de Nostell' et eiusdem loci conventus salutem in Domino sempiternam. Cum dudum quidam Stephanus prior loci predicti predecessor noster assensu conventus sui concesserit et dederit per cartam suam cuidam Ricardo de Crulle clerico, heredibus et assignatis suis unum mesuagium cum diversis terris et tenementis vocatis Canonthorp super Roder; tenend' de eodem nuper priore et successoribus suis et reddendo inde annuatim eidem nuper priori et successoribus suis xiij. s. iiij. d. ad duos anni terminos, videlicet Pent' et sancti Martini in yeme, prout in dicta carta plenius continetur: cuius quidam Ricardi statum in tenementis predictis Ricardus Fauconer modo habet super quo noveritis nos dictos nunc priorem et conventus statum dicti Ricardi in tenementis predictis ratificasse et approbasse; habenda et tenenda dicta tenementa dicto Ricardo, heredibus et assignatis suis de nobis et successoribus nostris per fidelitatem, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris predictos xiij^{cim} s. et iiij. d. pro omnibus servitiis, consuetudinibus, oneribus et demandis quibuscumque. Ita quod si contingat dictum redditum tresdecim solidorum et quatuor denariorum aretro esse in parte vel in toto per unum mesuagium post aliquem terminum prenominatum ex tunc bene licebit nobis et successoribus nostris in dictis tenementis distringere et districtiones retinere, quousque de dicto redditu et eius arreragiis dampna et expensa plene fuerint persoluti. In cuius rei testimonium partes predicte partibus huius indentate carte sigilla sua alternatim apposuerunt. Dat' in monasterio nostro sancti Oswaldi predicto in festo purificationis beate Marie virginis anno Domini m° trecentesimo nonagesimo quinto.

Note: The earliest record of the Fauconer [Falconer] family at Canonthorpe was at the death by 10 May 1322 of Robert Fauconer [le Faukener] who held Canonthorpe of Nostell Priory; his son Robert age 22 was his heir [*Cal. Inq. PM Edward II*, vol. vi, no. 301]. The Richard Fauconer mentioned here may have been the descendant of Robert Fauconer. Richard Crowle held this tenancy between 1240 x 1247 [no. 994]. The use of the same stipulations in an agreement over 100 years later indicates the stability of a rent/lease in spite of probable inflation/depression. It is also interesting to note that in 1514 the cost of relief for this same land was the same 13*s* 4*d* annual rent [no. 997]. The prior at this time was Robert Quixley whose election was confirmed 4 October 1393 and who ruled until his death before 2 August 1427 [Jones, *La Neve 1300-1541: Northern Province*, p. 39]. See note preceding no. 989 concerning Canonthorpe. This charter was copied by other than Scribe A or B [see Chapter V].

997. Memorandum by Prior Richard [Marsden] that he has received from William Cowper 36*s* 4*d* in full payment of arrears and 13*s* 4*d* for his reliefs due from the free lands and tenements he held in Canonthorpe. f134r/p. 329

5 June 1514

Rubric: [*none*].

Noverint universi per presentes me Ricardum priorem monasterii sancti Oswaldi de Nostell' recepisse et die confectionis presentium habuisse de Willelmo Cowper triginta sex solidos et quatuor denarios legalis monete

Anglie in plenam solutionem omnium arreragiorum pro terris nostris liberis in Canonthorpe acetiam tredecim solidos et quatuor denarios pro relevio suo de predictis terris, tenementis per fidelitatem et socag[ium]. In cuius rei testimonium huic presenti acquietantie indentate tam predictus prior quam prefatus Willelmus sigilla sua alternatim apposuerunt. Dat' septimo die Iunii anno regni regis Henrici octavi post conquestum Anglie sexto. [*f134v*]

Note: Richard Marsden was admitted as prior of Nostell on 2 July 1506 and he ruled until his death before 13 May 1524 [Jones, *Le Neve 1300-1541: Northern Province*, p. 39]. See note preceding no. 989 concerning Canonthorpe. This charter was copied by a 16th-century scribe [see Chapter V].

998. Confirmation by William [FitzHerbert], archbishop of York, that when he was the treasurer of St Peter [York Minster] he had granted in pure and perpetual alms and in the presence of Thurstan then archbishop and the whole chapter of York, to the canons of St Oswald the church of Weaverthorpe [ERY], which was in the fee of St Peter [York Minster]. He also confirms that Adelulf [Athelwold] bishop of Carlisle who had held the priorate for many years had voluntarily surrendered the office and had given the canons the licence to elect a prior, and they had elected Savard, one of their community and had presented him to the archbishop and the chapter of York. The archbishop accordingly confirmed Savard as prior. f134v/p. 30

[April x 8 June 1154]

Rubric: Hic incipiunt carte de Wiverthorp. Carta Willelmi Ebor archiepiscopi.

Villelmus Dei gratia Ebor' archiepiscopus omnibus sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra nos dedisse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis ibidem Deo servientibus, caritatis intuitu, ecclesiam de Wivertorp' cum omnibus pertinentiis suis que est de feodo beati Petri, tempore quo eram ecclesie sancti Petri Ebor' thesaurarius, in presentia Thurstini venerabilis eiusdem ecclesie tunc archiepiscopi et totius eiusdem ecclesie capituli, in puram et perpetuam elemosinam ad eorum sustentationem et causa hospitalitatis fovende. Ut autem hec donatio rata maneat et inconcussa ecclesiam prenominatam predictis canonicis confirmamus et presens scriptum tamquam potens archiepiscopus sigilli nostri munimine corroboramus. Quod etiam ad multorum notitiam pervenire congruum duximus, literarum monimentis mandare provida deliberatione decrevimus. Noverit igitur presens etas omniumque secutura posteritas quod Adelloldus Carl' episcopus prioratum ecclesie sancti Osuualdi, quam per multos annos in manu sua tenuerat, corde compunctus sponte dimisit et canonicis eiusdem loci licentiam et libertatem eligendi sibi priorem concessit; cuius consilio et aminiculo suffulti elegerunt de medio fratrum dominum Savardum, virum honestum, scientia et vita preclarum, et electum nobis et capitulo Ebor' presentaverunt; quem benigne in priorem suscepimus et eorum electionem presenti nostra carta confirmavimus. Volumus itaque ut nullus eis iniuriam vel contumeliam super prefata ecclesia vel eorum electione facere presumat. Si quis vero contra paginam nostram aliquid attemptare presumpserit maledictionem beati Petri et nostram se noverit incursuraum. Hiis, et cetera.

Printed: *EYC I*, no. 28 dated 1153.

Calendared EEA 5, no. 97 dated April x 8 June 1154.

Note: Date based on resignation of Prior Adelulf of Nostell Priory and rule of Archbishop William FitzHerbert of York. The exact timing of Prior [and Bishop] Adelulf's resignation of his priorate is unclear but certainly it was no earlier than 1153 x 1154 and Adelulf's resignation may have occurred after the death of Archbishop Murdac and before the return of Archbishop William [see note no. 542]. Thus this document must date after Archbishop William's return to England in April 1154 and before his death on 8 June 1154 [*EEA* 5, no. 97]. Archbishop William's earlier grant of Weaverthorpe church was made during the rule of Archbishop Thurstan, a grant which

had been confirmed by King Henry I in 1128 x 1129 and by Archbishop Thurstan [nos. 18, 513, 514, 1000]. William was treasurer of York from as early as 27 June 1109 x 24 February 1114 until his consecration as Archbishop on 26 September 1143 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: York*, pp. 21-22]. The necessity for his retrospective confirmation is not certain although he issued no other document which survived in the Cartulary documenting his gift. It may possibly have to do with the appointment of a new prior. His brother Herbert FitzHerbert confirmed the grant [no. 999].

999. Confirmation by Herbert FitzHerbert of the grant made by his brother William [FitzHerbert], treasurer of York, in the presence of Thurstan archbishop of York and the whole chapter of the church of St Peter [York Minster] to the canons of the church of Weaverthorpe for the maintenance of the canons' hospitality. f134v/p. 330

[19 October 1119 x 1129, probably after 7 January 1122]

Rubric: Carta Herberti filii Herberti.

Herbertus filius Herberti universis sancte ecclesie fidelibus salutem. Notum sit universitati vestre me caritatis intuitu et pro salute anime mee et omnium antecessorum et heredum meorum concessisse, dedisse, et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostl' et canonicis regularibus ibidem Deo servientibus ecclesiam de Wivertorp', integre cum omnibus pertinentiis suis; habendam et tenendam ad eorum et hospitum suorum sustentationem, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, solutam et quietam ab omni servitio seculari quam scilicet ecclesiam de Wivertorp' cum omnibus pertinentiis suis Willelmus frater meus, Ebor' thesaurarius, iamdicte ecclesie sancti Osuualdi et prefatis canonicis in puram et perpetuam elemosinam prius dedit, concessione venerabilis Thurstini Ebor' archiepiscopi, et in eius presentia et totius capituli beati Petri Ebor' ecclesie. Huius rei testes sunt et cetera.

Printed: *EYC I*, no. 26 dated 1114-1121.

Note: Date based on confirmation of grant by King Henry I and consecration of Archbishop Thurstan. Archbishop Thurstan was consecrated 19 October 1119 providing the earliest limit of this confirmation. The grant by brothers William and Herbert FitzHerbert was confirmed by King Henry I in 1128 x 1129, setting the latest limit of the gift [no. 18]. See no. 989 concerning Archbishop William FitzHerbert's confirmation of this grant. Herbert the chamberlain and his son, probably Herbert FitzHerbert, was enfeoffed by Archbishop Thomas II for estates including Weaverthorpe and Helperthorpe [ERY] in 1108 x 1114 [*EYC I*, no. 25]. Herbert FitzHerbert paid relief for the estates of his father by 1129/30 and was a tenant of the fee of the Archbishop of York for which he held land for 3 knights' fees in 1166 and he was dead by 1204 [*EYC I*, no. 25, p. 41]. Although Farrer gave no explanation for his date of 1114 x 1121 it suggests the rather unlikely event that Archbishop Thurstan accepted this grant before his consecration on 19 October 1119 and as the grant does not appear in the general confirmation by King Henry I on 7 January 1122, it was likely made after that time [B004].

1000. Confirmation by Thurstan, archbishop of York, of the grant made by William [FitzHerbert] treasurer [of York Minster] and Herbert [FitzHerbert] his brother of the church of Weaverthorpe, held of the fee of St Peter [Archbishop of York]. f134v/p. 330

[1128 x 25 January 1140]

Rubric: Carta Turstini Eborac' archiepiscopi.

Turstinus Dei gratia Ebor' archiepiscopus omnibus successoribus suis in Eborac' ecclesia canonice substituendis et eiusdem ecclesie parochianis, clericis et laicis, salutem. Concedo donum quod fecit Willelmus ecclesie nostre thesaurarius et Herbertus frater eius ecclesie sancti Osuualdi: scilicet, ecclesiam de Wivertorp' quam idem tenebant de feodo sancti Petri et nostro. Inde sunt testes et cetera.

Printed: *EYC I*, no. 27 dated 1114-1121.

Calendared: EEA 5, no. 53 dated probably 1128 x 25 January 1140.

Note: Date based on confirmation of grant by King Henry I [no. 18] and resignation of Thurstan Archbishop of York. King Henry I confirmed this grant in 1128 x 1129 [no. 18]. See note no. 999 for the enfeoffment of Herbert the chamberlain and his son Herbert FitzHerbert in the fee of the Archbishop of York.

1001. Notification by R[obert] the dean and chapter [of York Minster] that John Belesm' [Bellesmains] treasurer and archdeacon of York, by the precept of R[oger de Pont L' Évêque], archbishop of York, has instituted Walter the clerk into the vacant church of Weaverthorpe, on the presentation of the canons of St Oswald. f134v/p. 330

[10 October 1154 x 23 September 1162]

Rubric: Carta R. decani et capituli Ebor'.

R. decanus et capitulum ecclesie sancti Petri Ebor' omnibus videntibus et audientibus has literas salutem. Noverit universitas vestra nos testificari quod Johannes Belesm' thesaurarius et archidiaconus esset[a] ecclesie nostre ex precepto R. archiepiscopi nostri et per presentationem canonicorum sancti Osuualdi, Walterum clericum in ecclesiam de Wivertorp' que tunc vacabat canonice instituit.

[a] *sic,* probably for *existens*

Printed: EYC I, no. 29 dated 1154-1163.

Note: Date based on consecrations of Archbishop Roger de Pont L' Évêque of York and John Bellesmains [of Canterbury] as Bishop of Poitiers. John of Canterbury, also known as Bellesmains, was treasurer of York from before the consecration of Roger de Pont L' Évêque until his own consecration as bishop of Poitiers on 23 September 1162 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 41]. Thus this must be Archbishop Roger de Pont L' Évêque who was consecrated as such on 10 October 1154 and died 22 November 1181. The dean of York mentioned here was either Robert de Gant or Robert Butevilain [see Greenway, *Le New 1066-1300: York*, pp. 8-9]. See nos. 998-1000 regarding the grant of the church of Weaverthorpe. For Walter the clerk also see nos. 1002, 1003.

1002. Notification by J[ohn], bishop of Poitiers, to Archbishop R[oger de Pont L' Évêque] that he does not know what has happened concerning the church of Weaverthorpe since he was the treasurer, but he remembers that the canons often requested Walter of Weaverthorpe be accepted and that he, at the mandate of the archbishop and the presentation of the canons, instituted Walter into corporal possession of the church, saving the annual pension to the canons of St Oswald. f134v/p. 330

[23 September 1162 x 22 November 1181]

Rubric: Carta I. Pictaven' ecclesie.

Venerabili domino ac patri R. Dei gratia Ebor ecclesie archiepiscopo et R. decano totique eiusdem ecclesie capitulo I. eadem gratia Pictav' ecclesie humilis sacerdos salutem et sincere dilectionis affectum. Sicut iniustum est quod falsum est asserere, ita et impium est cum res dici exigit quod verum est reticere. Nolo autem vestram latere dilectionem quid super ecclesia de Wivertorp, cum officio thesaurarii apud vos fungerer, actum sit. Meminisse equidem potest vestra, domine archiepiscope, discretio quod canonici sancti Osuualdi presentiam vestram et nostram sepius adierunt, postulantes quatinus Walterum de Wivertorp' in personatum illius ecclesie que tunc vacabat reciperetis eo quod ius representandi clericum in illam ecclesiam haberent. Ego vero, cum vobis quod eum reciperetis complacuisset, de mandato vestro predictum Walterum in personatum prenominate ecclesie representantibus [n *dotted for deletion*] eum predictis canonicis sancti Osuualdi institui et in corporalem possessionem eiusdem ecclesie a ministerialibus [eiusdem ecclesie *repeated and dotted for deletion*] meis induci precepi, salva tamen pensione annuatim constituta quam inde canonici sancti Osuualdi recipere debent. Huius autem, et cetera.

Printed: EYC I, no. 30 dated 1163-1177.

Note: Date based on rule of John of Canterbury [Bellesmains] as bishop of Poitiers and death of Archbishop Roger de Pont L' Évêque. John of Canterbury was consecrated bishop of Poitiers on 23 September 1162 and was translated to the see of Lyon in 1182 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 22]. Archbishop Roger de Pont L' Évêque died 22 November 1181. See no. 1001 for the notification that Walter the clerk was instituted by John of

Canterbury [Bellesmains] into the church of Weaverthorpe. Robert Butevilain first occurred as dean of York on 6 May 1158 and he died as dean in July 1186 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: York*, p. 9]. Farrer provides no explanation of his date [*EYC I*, no. 30].

1003. Confirmation by Prior John and the convent of the collation by Archbishop Walter [de Gray] of York, with papal authority, of the church of Weaverthorpe to John of Richeburg [Richborough, Kent] canon of Beverley on the deprivation of Peter of Weaverthorpe, saving the annual pension to the canons of St Oswald. ff134v-135r/pp. 330-31

[c. 1 December 1229]

Rubric: Carta Iohannis prioris.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Iohannes prior sancti Osuualdi et eiusdem loci conventus humilis eternam in Domino salutem. Noveritis quod cum venerabilis pater dominus Walterus Ebor' archiepiscopus Anglie primas Petrum de Wivertorp auctoritate litterarum domini pape que filius sunt proximo ministrantis ecclesie de Wivertorp' privasset ipsam auctoritate concilii eo quod ultra semenstre vacavit Iohanni de Richeburg' canonico Beverlac' contulit. Nos autem dictam collationem ratam habentes et gratam ipsam concedimus et presentis scripti patrimonio roboramus, salvis nobis debita et *[f135r]*antiqua pensione nostra et iure presentandi ad dictam ecclesiam de Wivertorp'. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum. Teste capitulo nostro.

Note: Date based on collation by Archbishop Walter de Gray. The church of Weaverthorpe was collated to John de Richeburg [probably Richborough, Kent] on 1 December 1229 after a lapse [*Reg. Walter Gray*, p. 32]. Peter de Weaverthorpe, son of Walter of Weaverthorpe, was removed from his benefice at Weaverthorpe before 8 April 1226 in response to the apostolic mandate directing the removal of sons who had replaced fathers in a benefice [*Reg. Walter Gray*, p. 32; Lawrance, *Fasti Parochiales* 5, p. 60 n.14]. See no. 1004 concerning Peter of Weaverthorpe. Prior John ruled from c. 24 July 1208 until his death 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. John of Richborough was a canon of Beverley in 1230 but his prebend was unknown [McDermid, *Beverley Fasti*, p. 16]. He was no longer held the church of Weaverthorpe by 24 February 1237 [nos. 524, 1005].

1004. Grant by Prior John and the convent to Peter the clerk of Weaverthorpe of the church of Weaverthorpe, rendering annually 15*m* of silver. Peter has sworn to protect the rights of the canons, and five men [listed] provided surety. f135r/p. 331

[c. 1215]

Rubric: Carta Iohannis prioris concessa Petro clerico.

Omnibus has literas visuris vel audituris Iohannes prior et conventus sancti Osuualdi de Nostl' salutem. Noverit universitas vestra nos concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Petro clerico de Wivertorp ecclesiam nostram de Wivertorp cum omnibus pertinentiis suis; tenendam de nobis ad firmam tota vita sua quamdiu vixerit in habitu seculari et cum omni integritate sua ad firmam possidendam nomine nostro, reddendo inde nobis annuatim xv. marcas argenti, medietatem scilicet infra octabas purificationis beate Marie et aliam medietatem infra octabas sancti Osuualdi. Nos vero manutenebimus et protegemus predictum P. clericum in possessione predicte ecclesie pro iuribus nostris fideliter et sine omni machinatione nec ad in preiudicium iuris aut possessionis ipsius Petri clerici preter assensum ipsius faciemus. Ideo etiam Petrus clericus tactis sacrosanctis Ewangeliis in capitulo nostro iuravit adibita cautione fideiussoria, scilicet per Reginaldum de Capetoft, per Iohannem de Oketona, per Thomam de Luttona, per Willelmum personam de Cava fratrem ipsius, per Thomam de Wiltona clericum, quorum sigilla parti huius scripti penes nos residenti in testimonium huius rei apposita sunt, quod nihil faciet vel fieri permittet eo consentiente in preiudicium iuris nostri super predicta ecclesia nisi per assensum nostrum et quod predictam firmam vel per se portabit nobis

apud sanctum Osuualdum ad predictos terminos vel per proprium nuntium suum nobis transmittet expensas autem pro redemptione iuris nostri vel sui vel etiam in lite facienda pro predicta ecclesia communiter sustinebimus. Ita quod ipse respondebit pro portione sua et nos respondebimus pro portione nostra. Nos etiam promisimus in verbo veritatis quod concessionem istam et confirmationem fideliter et sine dolo per omnia observabimus quamdiu predictus P. clericus se fideliter erga nos habuit et predictam firmam predictis terminis bene et integre nobis reddiderit. Ut autem hec omnia prescripta rata et inconcussa permaneant ea sigilli nostri[a] et sigilli iam dicti Petri impressione corroborantur. Hiis [testibus] et cetera.

[a] ms corrected from *nostrai*.

Note: Date based on Peter of Weaverthorpe, son of Walter the clerk. On 8 April 1226 Pope Honorius III wrote a letter to Archbishop Walter de Gray in which it was stated that Peter of Weaverthorpe had been deprived of his benefice after he had held it for ten years which suggests this institution was c. 1215/16 and he was deprived of Weaverthorpe before 8 April 1226 [*Reg. Walter Gray*, p. 153]. See note no. 1003 for further information concerning his deprivation. Walter the clerk, his father, whom he followed, had been instituted 10 October 1154 x 23 September 1181 [no. 1001].

1005. [Duplicate of no. 524] Notification by Walter [de Gray] archbishop of York that he has instituted Thomas Poygnant, clerk, to the church of Weaverthorpe, on the presentation of the canons of St Oswald, the patrons, saving to the canons the annual pension. f135r/p. 331

[24 February 1237]

Rubric: Carta Walteri Ebor' archiepiscopi.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Walterus Dei gratia Ebor' archiepiscopus Angl' primas salutem in Domino. Noveritis ad presentationem dilectorum filiorum prioris et conventus de sancto Osuualdo de Nostl' patronorum ecclesie de Wivertorp dilectum filium Thomam Poygnant clericum ad eandem ecclesiam admisisse, ipsumque in eadem personam canonice instituisse et in corporalem eiusdem ecclesie possessionem cum omnibus ad eam pertinentibus induci fecisse, salva dictis priori et conventui debita et antiqua pensione. Quod ut ratum et stabile perseveret imposterum sigillum nostrum presenti scripto duxi[m]us apponendum. Testibus et cetera.

Calendared: Reg. Walter Gray, no. 323 dated 24 February 1237.

Note: Date based on duplicate document with date and place given as: *Dat' apud sanctum Osuualdum vj. kalendas Marcii pontificatus nostri anno xxᵒ secunda.* [no. 524]. See note to no. 524 for his collation again on 19 March 1239 which could represent an alternative date for this document. See no. 1007 for his oath to provide the annual pension to Nostell Priory. His successor was Walter Briton, instituted c. 7 July 1244 [no. 1006].

1006. Notification by W[alter de Gray], archbishop of York, that he has instituted Walter Briton, clerk, to the church of Weaverthorpe upon the presentation of the canons of St Oswald, the patrons, saving to the canons their pension. f135r/p. 331

[c. 7 July 1244]

Rubric: Carta Walteri Ebor' archiepiscopi.

Omnibus Cristi fidelibus presentes literas inspecturis vel audituris W. Dei gratia archiepiscopus Ebor' Anglie primas salutem in Domino. Noveritis nos ad presentationem dilectorum in Cristo filiorum prioris et conventus de sancto Osuualdo patronorum ecclesie de Wivertorp dilectum clericum Walterum Briton' ad eandem ecclesiam admisisse, ipsumque in eadem canonice instituisse cum omnibus ad eam spectantibus et in corporalem eiusdem ecclesie possessionem induci fecisse, salva dictis priori et conventui pensione sua debita

de eadem. Quod ut ratum et stabile perseveret imposterum presenti scripto sigillum nostrum duximus apponend[um]. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on institution of Walter Briton by Archbishop Walter de Gray of York [*Reg. Walter Gray*, p. 94]. Walter Briton was the nephew of the Archbishop and received papal dispensation on 24 November 1254 to hold an additional benefice [Lawrance, *Fasti Parochiales* 5, p. 60 n.16]. Walter Briton died before 17 May 1269 and held an unknown prebend at York Minster [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 130].

1007. Grant in the form of a chirograph by Prior Stephen and the convent to Thomas Poygnant of the church of Weaverthorpe which is in their patronage, saving to the canons the annual pension of 10*li.* f135r/p. 331

[18 May 1240 x 7 July 1244]

Rubric: Carta Stephani prioris.

Omnibus has literas visuris vel audituris Stephanus prior et conventus sancti Osuualdi de Nostl' salutem in Domino. Noveritis nos caritatis intuitu dedisse, concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse dilecto clerico nostro Thome Poygnant ecclesiam de Wivertorp' quam ad patronos pertinet, salva nobis idem annuatim debita et antiqua pensione que videlicet constat ex decem libris argenti nobis ad duos terminos annuatim solvendis, medietatem videlicet ad Pentec' et alia [*sic*] medietatem ad festum sancti Martini in yeme. Dictus vero Thomas tactis sacrosanctis Ewangeliis in capitulo nostro iuravit se fideliter erga nos habiturum et dictam pensionem ad dictos terminos sine difficultate soluturum. In cuius rei testimonium presens scriptum cyrographatum tam nos quam dictus Thomas sigillis nostris hinc inde appositis roboravimus. Teste capitulo nostro. [*f136v which is blank, p. 332*]

Note: Date based on rule of Prior Stephen and institution of Walter Briton to the church of Weaverthorpe. The predecessor of Prior Stephen died on 18 May 1240 and Stephen ceded office in 1244 [Smith, *Heads* II, p. 438]. Walter Briton was instituted to the church of Weaverthorpe on 7 July 1244 which provides the latest date for this document [no. 1006]. Thomas was granted a dispensation for plurality on 19 March 1239 and may have been reappointed to Weaverthorpe [see no. 524, 1005].

Note to folios 136 recto through 186 verso [pp. 333-449]: The last document copied by Scribe A was no. 1007; Scribe B was the primary scribe for the following folios beginning with no. 1008 [see Chapter V]. All documents which follow were copied by Scribe B, whose last entry was dated 1294, unless stated otherwise.

1008. Final concord between Reginald son of Peter, querent, and William the dean and the chapter of York [Minster] and Prior William [of Clifford] of St Oswald Priory, impedients, of the advowson of the church of Weaverthorpe. Reginald son of Peter has warranted, released and quitclaimed in perpetuity to the dean and chapter of York [Minster] the advowson of the church of Weaverthorpe, in memory of his ancestor St William once archbishop of York. For this Reginald and his heirs shall be beneficiaries of prayers in the chapter of York [Minster]. f136r/p. 333

Westminster, 8 July 1269

Rubric: Finalis concordia.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westm' in octabas sancti Iohannis Baptiste anno regni regis Henrici filii regis Iohannis quinquagesimo tertio coram Martino de Littilbyr', magistro Rogero de Sayton' et Iohanne de Cobham iustic[iis] et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus inter Reginaldum

filium Petri querentem et Willelmum decanum et capitulum sancti Petri Ebor' et Willelmum priorem sancti Oswaldi impedientes, per magistrum Robertum de Scartheburg archidiaconum Estriding' positum loco ipsorum decani et capituli ad lucrandum vel perdendum et per fratrem Ricardum de Wartre canonicum predicti prioris positum loco ipsius prioris ad lucrandum vel perdendum, de advocatione ecclesie de Wyretorp' unde placitum fuit inter eos in eadem curia: scilicet quod predictus recognovit predictam advocationem eiusdem ecclesie cum pertinentiis esse ius ipsius Reginaldi et illa remisit et quietam clamavit de se et successoribus suis et ecclesia sua sancti Osuualdi predicto Reginaldo et heredibus suis in perpetuum. Et pro hac recognitione, remissione et quietaclamatione, fine et concordia idem Reginaldus ad instanciam predicti prioris et pro amore sancti Willelmi quondam archiepiscopi Ebor' antecessoris ipsius Reginaldi, concessit predictis decano et capitulo predictam advocationem eiusdem ecclesie cum pertinentiis; habend' et tenend' eidem decano et capitulo et successoribus suis de predicto Reginaldo et heredibus suis in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni seculari servitio et exactione in perpetuum. Et predictus Reginaldus et heredes sui warantizabunt, acquietabunt et defendent eisdem decano et capitulo et successoribus suis predictam advocationem eiusdem ecclesie cum pertinentiis ut liberam, puram et perpetuam elemosinam suam absque aliquo servitio inde faciendo contra omnes homines in perpetuum et idem decanus et capitulum receperunt predictum Reginaldum et heredes suos in singulis beneficiis et orationibus que de cetero fient in eodem capitulo in perpetuum.

Calendared: Yorks F. 1246-1272 p. 172.

Note: Reginald son of Peter FitzHerbert occurred on 19 August 1271 in a quitclaim to York Minster of the church of Market Weighton [ERY] which his father Peter FitzHerbert had similarly quitclaimed in 1211 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, pp. 105-106]. William de Langeton [*alias* Rotherfield] first occurred as dean of York c. 16 March 1262 and died 15 July 1279 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 12]. Prior William of Clifford ruled from c. 4 January 1255, the death of his predecessor, until his own death 16 August 1277 [Smith, *Heads* II, pp. 438-39]. On 18 May 1248 Archbishop Gray reserved to the common of York Minster the church of Weaverthorpe, when next vacant, less the ancient pension to Nostell Priory [*Reg. Walter Gray*, pp. 206-208]. This final concord would support that reservation. Archbishop William FitzHerbert was canonised in 1227.

1009. Final concord between Colin Quatremars and Huelina, petents, and John de Sallay tenant of half an acre of land in Badsworth, and Colin and Huelina, petents, and other impedients for whom John is called to warrant for land in the same vill, to wit: Robert Dangerus for 4 acres of land, Adam le Kyrkeman for 2 acres of land, Elias of Went Hill for 2 acres of land. Colin and Huelin remit and quitclaim all right and claim to the land to John de Sallay. For this John gave to Colin and Huelina 4 acres of land in the *cultura* called Bolemers [described, Badsworth] which John quitclaims to them in perpetuity. f136r/p. 333

Westminster, 8 December 1226

Rubric: Finalis concordia.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Ebor' in octabas sancti Andree anno regni regis Henrici filii regis Iohannis undecimo coram Roberto de Veteriponte, Iohanne filio Roberti, Martino de Patishill', Thoma de Multon', Briano de Insula, Willelmo de Insula, Ricardo Duckec iustic[iis] itinerantibus et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus inter Colinum Quatermars et Hu[e]linam petentes et Iohannem de Sallay tenentem de dimidia acra terre cum pertinentiis in Baddeswrth et inter eosdem Colinum et Huelinam petentes et eundem Iohannem quem Robertus Dangerus vocavit ad warantum et qui ei warantizaverunt de quatuor acris terre cum pertinentiis in eadem villa et inter eosdem Colinum et Huelinam petentes et eundem Iohannem quem Ada le Kyrkeman vocavit ad warantum et qui ei warantizaverunt de duabus acris terre cum

pertinentiis in eadem villa et inter eosdem Colinum et Huelinam petentes et eundem Iohannem quem Helyas de Wentishill' vocavit ad warantum et qui ei warantizaverunt de duabus acris terre cum pertinentiis in eadem villa, unde recognitio assise mortis antecessorum summonita fuit inter eos in eadem curia, scilicet quod predicti Colinus et Huelina remiserunt et quietum clamaverunt de se et heredibus ipsius Hueline ipsi Iohanni et heredibus suis totum ius et clamium quod habuerunt in tota predicta terra cum pertinentiis imperpetuum. Et pro hac remissione, quietaclamatione, fine et concordia predictus Iohannes dedit et concessit eisdem Colino et Hueline quatuor acras terre cum pertinentiis in cultura que vocatur Bolemers propinquiores a le Sick' ex parte occidentali et dimidiam perticatam continentem in latitudine decem pedes a regia via ville de Baddeswrth usque ad fossatum eiusdem Iohannis retro gardinum iuxta terram arabilem et illa remisit et quieta clamavit de se et heredibus suis ipsis Colino et Hueline et heredibus ipsius Hueline imperpetuum.

Calendared: Yorks F. 1218-1231 p. 89 dated 12 December 1226.
Note: Huelin daughter of Agnes de Reinville and John de Longvilers probably received the land in Badsworth in marriage with her first husband Roger de Conyers [*EYC* III, pp. 253, 304]. Colin de Quatremars was her second husband and they both occurred in a fine the same year concerning 16 1/2 acres of land in Badsworth [*Yorks F. 1218-1231*, pp. 90-91]. Two of the acres maybe the same granted by William de Sutheley to Robert son of Adam le Kirkeman of Went Hill [no. 100]. John de Longvilers granted six acres to Nostell Priory c. 1185 x 1200 [no. 112]. The calendared version did not include the land of Adam le Kirkeman [*Yorks F. 1218-1231*, p. 89]. Colin Quatremars held ¼ knight's fee in Pontefract in 1235/6 [*EYC* III, p. 401]. Also see no. 598.

1010. Final concord between Ralph de Ralegh' and Mabel his wife, querents, and Roger Hay impedient, of half a knight's fee in Hunston [West Sussex] which Roger granted to Ralph and Mabel in exchange for all the land which Ralph and Mabel held in South Kirkby and a carucate of land in Berkestorp' in Yorkshire [unlocated]. Roger recognizes and warrants that all the fee is the right of Mabel and her heirs and that Ralph and Mabel have the fee as a gift to hold from Roger. Similarly Roger will hold the land of South Kirkby and 'Berkestorp' from Ralph and Mabel and the heirs of Mabel. And Ralph and Mabel and her heirs warrant the knight's fee to Roger. For this concord Ralph and Mabel gave Roger 70*m* of silver. ff136r-v/pp. 333-34

Westminster, 20 January 1237

Rubric: Finalis concordia.
Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westm' in octabas sancti Hyllarii anno regni regis Henrici filii regis Iohannis vicesimo primo coram Roberto de Laxinton', Rad[ulfo] de Northwic', Ada filio Willelmi, Willelmo de Cullesworthe, Iohanne de Kyrk[e]by et Willelmo de sancto Edmundo iustic[iis] et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus inter Rad[ulfum] de Ralegh' et Mabill[am] uxorem eius querentes et Rogerum Hay impedientem de feodo dimidii militis cum pertinentiis in Hunestan quod quidem feodum idem Rogerus dedit et concessit predictis Rad[ulfo] et Mabil[e] in excambium totius terre cum pertinentiis quam ipsi Rad[ulfus] et Mabil[a] prius tenuerunt in Suthkyrk[e]by et in excambium unius carucate terre cum pertinentiis in Berkestorp' in comitatu Ebor' et unde placitum warantie carte [*f136v*] summonitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet quod predictus Rogerus recognovit totum predictum feodum cum pertinentiis esse ius ipsius Mabil[e] ut illud quod ipsi Rad[ulfus] et Mabil[a] habent de dono predicti Rogeri; habend' et tenend' ipsis Rad[ulfi] et Mabil[e] et heredibus ipsius Mabil[e] de predicto Rogero et heredibus suis in perpetuum faciendo inde servitium feodi dimidii militis pro omni servitio et exactione. Et eodem modo predictus Rogerus et heredes sui tenebunt totam predictam terram de Suthkyrk[e]by et de Berkestorp' cum pertinentiis in comitatu Ebor' de predictis Rad[ulfo] et Mabil[a] et heredibus ipsius Mabil[e] in perpetuum faciendo inde servitium quod ad terram illam pertinet et pro omni servitio et exactione. Et predicti Radulfus et Mabil[a] et heredes

ipsius Mabil[e] warantizabunt eidem Rogero et heredibus suis totam predictam terram cum pertinentiis in predictis villis in comitatu Ebor' per predictum servitium contra omnes gentes in perpetuum. Et eodem modo ipse Rogerus et heredes sui warantizabunt eisdem Rad[ulfo] et Mabil[e] et heredibus ipsius Mabil[e] totum predictum feodum dimidii militis cum pertinentiis in comitatu Sussex' per predictum servitium contra omnes homines in perpetuum. Et pro hac recognitione, warantia, fine et concordia ipsi Rad[ulfus] et Mabil[a] dederunt predicto Rogero sexaginta et decem marcas argenti.

Calendared: Yorks F. 1232-1246 p. 173.

Note: Roger son of Thomas Hay held half a knight's fee in Aughton of the fee of Peter de Mauley in 1242 and another half a knight's fee in Ousthorpe and Cave [*Testa de Nevill*, p. 1098]. Roger succeeded his father before 1228 and he was probably dead before 16 July 1279 [*EYC* II, p. 423; *Yorks Inq.* 1, p. 196]. Mabel daughter and co-heiress of Stephen of Kent and co-heiress of her uncle Robert of Kent, received land in South Kirkby and 'Berkestorpe' [or Barkerthorp] in a partition that began before 4 May 1229 and was probably completed on 2 August 1231 [*Yorks F. 1232-1246*, pp. 1, 1n, 169-70, 173]. Mabel and Ralph also entered into a concord with John de Lacy, constable of Chester, on 4 May 1229, regarding land which included the mill of South Kirkby and for which Mabel and Ralph agreed to hold for quarter a knight's fee of the de Lacy fee [*Yorks F. 1232-1246*, pp. 168-9].

1011. Final concord between Nicholas (II) de Stuteville, querent, and Walter [de Gray], archbishop of York, deforciant, of the advowson of the church of Knaresborough. Nicholas has released and quitclaimed the advowson to the archbishop and the church of York [Minster] and recognises the church as a prebend of York Minster in the gift of Prior John of St Oswald by the grant and confirmation of King Henry III. For this Nicholas and his heirs shall be beneficiaries of prayers in the chapter of York [Minster]. f136v/p. 334

Westminster, 13 October 1233

Rubric: Finalis Concordia.

Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Westm' a die sancti Micaelis in quindecim dies anno regni regis Henrici filii regis Iohannis septimo decimo coram Stephano de Segraue capitali iusticiario Anglie, Willelmo de Ralegh', Thoma de Multon', Roberto de Laxinton', Willelmo de Ebor', Rad[ulfo] de Nortwic'[a], Willelmo de Insula, Ade filio Willelmi, Willelmo de sancto Edmundo iustic[iis] et aliis dominis regis fidelibus tunc ibi presentibus inter Nicholaum de Stutevill' querentem per Alanum de Wassant positum loco suo ad lucrandum vel perdendum et Walterum Ebor' archiepiscopum deforciantem per Adam de Stavelay positum loco suo ad lucrandum vel perdendum de advocatione ecclesie de Knaresburg' unde assisa ultime presentationis summonita fuit inter eos in eadem curia, scilicet quod predictus Nicholaus recognovit advocationem totius predicte ecclesie esse ius ipsius archiepiscopi et ecclesie sue de Ebor' ut illam que prebendata est eidem ecclesie de dono Iohannis prioris sancti Osuualdi per concessionem et confirmationem domini Henrici regis filii regis Iohannis et remisit et quieta clamavit de se et heredibus suis predicto archiepiscopo et successoribus suis et ecclesie sue de Ebor' totum ius quod habuit in predicta advocatione in perpetuum et idem archiepiscopi recepit predictum Nicholaum et heredes suos in singulis beneficiis et orationibus que de cetero fient in ecclesia sua de Ebor' inperpetuum. Et hec concordia facta fuit in presentia predicti domini regis et eam concedentis.

[a] ms corrected from *Northwic'*.

Calendared: Yorks F. 1232-1246, p. 6.

Note: Nicholas (II) de Stuteville was dead by 19 October 1233 having entered the Priory of St Andrew, York shortly before his death [*EYC IX*, p. 20]. Knaresborough and Aldborough had been held by the Stuteville family of the king in chief until c. 5 August 1205 when Nicholas (I)'s entered a 10,000*m* fine for his inheritance, a fine which was never paid and both Knaresborough and Aldborough remained in the king's hands [*EYC IX*, pp. 13-4,

14n]. Alexander of Dorset, in royal service, had held a lifetime interest in the church of Knaresborough since 1208 and the prebend of Ulleskelf, [York] from 20 January 1216 until May or June 1226 [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 102]. Alexander of Dorset's life interest was specified in King John's general confirmation of the Nostell Priory endowment on 25 July 1215 and in King Henry III's subsequent confirmation dated 16 June 1227 **[nos. 9, 10]**.
In May of 1233, presumably after the death or departure of Alexander of Dorset, clerk, Nicholas (II) had presented Peter de Rivallis to the church, a presentation the king allowed to stand in spite of the fact that the manor of Knaresborough was in the king's hands and the agreement copied here may have been the resolution of that situation [*EYC IX*, p. 20]. Knaresborough had been granted to Nostell Priory by King Henry I c. 1120 x 1121 **[nos. 37, B004]**. Probably as a result of this final concord the church was added to the endowment of Bichill in York Minster and eventually the prebend of Knaresborough [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 82]. See Chapter IV.

1012. Final concord between Walter son of Laurence, petent, and William of Tideswell, tenant, of a mill in Worm Hill [Swinton]. Walter has released and quitclaimed to William all right and claim in the mill and similarly in all lands and tenements which were of Daniel the butler. For this William grants to Walter $2^{1/2}$ bovates of land, a curtilage and a meadow in Swinton [described], rendering annually 12*d.* f136v/p. 334

Nottingham, 22 September 1226

Rubric: Finalis Concordia.
Hec est finalis concordia facta in curia domini regis apud Notingham in crastino sancti Mathei anno regni regis Henrici filii regis Iohannis decimo coram domino Hugone Lincoln' episcopo, Stephano de Segraue, Roberto de Laxinton, Willelmo filio Warini et Willelmo Basset iustic[iis] itinerantibus et aliis domini regis fidelibus tunc ibi presentibus inter Walterum filium Laurencii petentem et Willelmum de Tydesuuelle tenentem de uno molendino cum pertinentiis in Wrmenhull': unde assise mortis antecessorum summonita fuit inter eos in eadem curia, scilicet quod predictus Walterus remisit, quietum clamavit de se et heredibus suis predicto Willelmo et heredibus suis in perpetuum totum ius et clamium quod habuit in predicto molendino cum pertinentiis et similiter in omnibus terris et tenementis que fuerunt Danielis Pincerne. Et pro hac remissione et quietaclamatione, fine et concordia idem Willelmus dedit et concessit predicto Waltero duas bovatas terre et dimidiam et unum curtilagium et unum pratum cum pertinentiis in Swintona, scilicet illam bovatam terre quam Willelmus Harfot tenuit et illam bovatam terre quam Robertus filius Muriel tenuit et illam dimidiam bovatam terre quam Matildis vidua tenuit et illud curtilagium quod iacet inter capellam et mesuagium Henrici Prudfot et illud pratum quod Osmundus frater predicti Danielis tenuit; habend' et tenend' eidem Waltero et heredibus suis de predicto Willelmo et heredibus suis in perpetuum, reddendo inde annuatim xij. denarios ad duos anni terminos, scilicet medietatem ad Pascha et aliam medietatem ad festum sancti Mychaelis pro omni servitio salvo forinseco servitio.

Note: The inclusion of this document in the Cartulary indicates that Nostell Priory had an interest in the land mentioned here but it cannot be associated to any surviving grant to the Priory; there are missing folios which the 15th century index indicates contained information on endowment in Swinton and it is possible this land figured there [see Chapter V]. Two of the individuals named in this document did figure elsewhere in the Cartulary: it is possible that William of Tideswell was William son of Daniel the Butler who granted 3 acres in the fields of Swinton to Henry Prudfot [also mentioned in this document] and Henry later granted the same acreage to Nostell Priory [nos. 363, 365]; Matilda, great-granddaughter of Osmund the Butler, mentioned here as brother of Daniel the Butler, granted land to Nostell Priory [no. 404].

1013. Assize of darrein presentment regarding the advowson of the church of Newbald Pacey whereby Robert Hasteng custodian of the land of Robert son and heir of William Pacey claims against the prior of St Oswald. Robert claims that Adam de Pacey, great-great-grandfather of the

heir presented Roger of Northampton his clerk to the church in the time of King John. The prior said that his predecessor John made the last presentation of James de Trofy [Trebis], clerk, who was admitted after the death of the last parson. The prior has a writ to the bishop of Worcester to admit the next parson and Robert is in mercy for false claim. ff136v-137r/pp. 334-35

Westminster, 28 November 1275

Rubric: Assisa.

Assisa venit recognitura quis advocatus tempore pacis presentavit ultimam personam que mortua est ad ecclesiam de Neubald Pacy que vacat et cuius advocationem Robertus Hasting' custos terre Roberti filii et heredis Willelmi Pacy clamat versus priorem sancti Osuualdi et unde Adam de Pacy abavus predicti heredis cuius heres ipse est tempore pacis tempore I. regis avi domini regis nunc presentavit quendam *[f137r]* Rogerum de Norht' clericum suum ad predictam ecclesiam qui ad presentationem suam fuit admissus et institutus et ultimo obiit persona in eadem. Et predictus prior dicit quod ad ipsum pertinet presentare ad predictam ecclesiam eo quod quidam Iohannis predecessor suus[a] ultimo presentavit Iacobum de Trofy clericum suum qui ad presentationem suam fuit admissus et institutus et ultimo obiit persona in eadem et cetera, et quod ita sit ponit se super assisam. Iuratores dicunt super sacramentum suum quod predictus Iohannes quondam prior sancti Osuualdi predecessor istius prioris ultimo presentavit predictum Iacobum suum ad predictam ecclesiam qui ad presentationem suam fuit admissus et institutus et ultimo obiit persona in eadem per patronum presentata. Ideo consideratum est quod predictus Robertus mihi capiat per breve istud sed sit in misericordia pro falso clamio et predictus prior habeat breve ad episcopum Wygorn' quod ad presentationem ipsius prioris et ad predictam ecclesiam ydoneam personam admittat et cetera misericordia condonatur per iustic[ios]. Dat' et act' iiij kalendas Decembris apud Westm' anno gratie m° cc° quinto[b] scilicet anno regni regis Edwardi iiij°.

[a] ms *suuus.* [b] *sic* possibly for *m' cc' septuagesimo quinto*

Note: William Pacey, lord of Newbald, held from Robert of Hasteng a knight's fee in Newbald Pacey, Warwickshire in 1279-80 [*Warws Hundred Rolls*, p. 169]. The proof provided by Prior Richard of Warter of Nostell Priory at this time must have included the documents showing: James Trebis had been admitted by William of Blois, Bishop of Worcester, in 17 October 1218 x 18 August 1236 [no. 861] and Prior John of Nostell Priory had entered a chirograph with James Trebis for the church of Newbald Pacey [no. 847]; however the writ from the Bishop of Worcester, Godfrey Giffard, does not survive in the Cartulary. The church had been granted to Nostell Priory by Attrop (I) Hasteng before January 1122 [no. 853, B004]. A final concord was entered between Robert Hasteng and the prior of St Oswald concerning the advowson of the church of Newbald Pacey in 20 January 1222 x 1229 [no. 54].

1014. Plea at Northampton regarding whether a virgate of land and a messuage in Charwelton [Northamptonshire] pertained to the free alms of the church of Charwelton where Philip of Charwelton is the parson or if it was of the lay fee of Robert son of Simon and his mother Isabel where Robert son of Simon held two parts and Isabel held the third part. Philip said that his predecessor Gilbert was seized of the land during the time of King Richard I. Robert did not come to the assize and is in mercy, Isabel came and said nothing. The jurors said that Gilbert, chaplain, was the parson of the church during the time of King Richard I and was seized of the land in demesne and fee and that the land was legally of his church. Gilbert gave it to his son Simon who held the land for his lifetime and Robert after Simon and the land pertains to the free alms of the church of Charwelton and not to the fee of Robert or Isabel. Philip recovered his seisin and Robert and Isabel are in mercy. f137r/p. 335

Northampton, [28 October 1239 x 27 October 1240]

Rubric: Assisa.

Placita corone et assiarum[a] apud Norhamtona de itinere Roberti de Lexinton' et sociorum suorum anno regni regis Henrici filii regis Iohannis vicesimo quarto.

Rubric: Assisa.
Assisa venit recognovit utrum una virgata terre et unum mesuagium cum pertinentiis in Charweltona sint libera elemosina pertinens ad ecclesiam de Charweltona unde Philippus de Charweltona est persona an laicum feodum Roberti filii Simonis et Isabelle matris eius unde Robertus filius Simonis duas partes tenet et Isabella tertiam partem tenet et unde idem Philippus dicit quod quidam Gilbertus predecessor eius fuit seisitus ut de iure suo tempore regis Ricardi. Et Robertus non venit et primo summonitus fuit et iterum summonitus et ideo capitur assisa versus eum per defaltam et Isabella venit et nichil dicit quare assisa remaneat.

Rubric: Assisa.
Iuratores dicunt quod quidam Gilbertus capellanus fuit persona de predicta ecclesia qui tempore regis Ricardi fuit saisitus in dominico de predicta terra ut de feodo et iure ecclesie sue et illam dedit cuidam Symoni filio suo qui eam tenuit tota vita sua et Robertus post ipsum Symonem, unde dicunt quod est libera elemosina pertinens ad ecclesiam de Charwelton' et non laicum feodum ipsorum Roberti et Isabelle et ideo consideratum quod Philippus recuperet saisinam suam de predicta terra et mesuagio et Robertus et Isabella in misericordia.

[a] ms for *assisarum*.

Note: The original grant of the church of Charwelton included a hide of land and was granted by Hugh of Cheddington c. 1114 x 7 January 1122 and was confirmed by King Henry I [no. 832, B004]. Nostell Priory had presented the incumbent of this church from as early as 21 September 1186 x 2 April 1196 [no. 836]. An undated document by an official of the bishop of Lincoln documented that the Priory was the patron of the church [no. 850]. See Chapter IV.

1015. Plea at Westminster regarding whether a messuage and a virgate of land in Charwelton [Northamptonshire] is of the free alms of the church of Charwelton where Thomas Dulli is the parson or whether it is of the lay fee of the abbot of Biddlesden and of Robert Wisdam. Thomas said that his predecessor Mathew de la More was seized of the tenements in the time of King Henry III and they are of the right of his church. Neither the Abbot nor Robert came. The jurors said that the messuage and land pertain to the free alms of the church of Charwelton and not of the lay fee of the abbot nor of Robert and that Thomas should be seized of the land. The abbot and Robert are in mercy. f137r/p. 335

Westminster, 18 November 1290

Rubric: [*none*].
Placita coram I. de Metingham et sociis iustic[iis] apud Westm' in octabas sancti Martini anno regni regis E. filii Henrici decimo octavo finiente incipiente xix° iuratores utrum venerunt recognitio utrum unum mesuagium et una virgata terre cum pertinentiis in Charwelton' sit libera elemosina pertinens ad ecclesiam de Charweltona unde Thomas Dulli est persona an laicum feodum abbatis de Bitlisdene et Roberti Wisdam et unde idem Thomas dicit quod quidam Matheus de la More predecessor suus[a] fuit saisitus de predictis tenementis ut de iure ecclesie sue de Chauueltona tempore pacis tempore domini H. regis patris domini regis E. et cetera cap' explent ad valentiam et cetera et eodem tempore tenementa illa alienavit et cetera. Et Abbas et Robertus non venerunt et habuerunt diem nunc per assoniatores suos. Iudicium capitur iuris versus eos per defaltum.

Iuratores dicunt super sacramentum suum quod predicta mesuagia et terra est libera elemosina pertinens ad ecclesiam de Charweltona et non laicum feodum ipsorum abbatis et Roberti. Ideo consideratum est quod predictus Thomas recuperet inde saisinam suam tamquam pertinet ad ecclesiam suam predictam et abbas et Robertus in misericordia, et cetera.

[a] ms *suuus.*

Note: See note to **no. 1014** for a similar claim of the virgate of land associated with the church of Charwelton. On 5 June 1222 the abbot of Biddlesden entered into a final concord with Prior John of Nostell Priory whereby the Abbot quitclaimed all right and claim to the advowson of the church of Charwelton and this virgate of land was probably part of the original endowment of the church [**nos. 55, 832**]. See Chapter IV.

1016. Confirmation by Henry (II) de Lacy, earl of Lincoln and constable of Chester, of the grant made by Robert de Tilly [Tylly] to the canons of St Oswald of a toft and croft in Gomersal [Birstall] which Jordan the marshal holds from Robert and the advowson of the church of Birstall. f137r/p. 335

London, 17 February 1286

Rubric: Carta Henrici de Lascy.

Noverint universi quod nos Henricus de Lascy comes Lincoln' et constabularius Cestr' ratum habemus et stabile donum quod Robertus de Tyll' fecit priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostell' de uno tofto et crofto que Iordanus Marescallus tenet de dicto Roberto in villa de Gumersale et de advocatione ecclesie de Byrstall' quam habent ex dono eiusdem Roberti cum suis pertinentiis et dictum donum eiusdem priori et conventui pro nobis et heredibus nostris perpetuo concedimus et confirmamus. In cuius rei testimonium presentibus sigillum nostrum apposuimus. Dat' London' xvij° die Februarii anno regni regis Edwardi quartodecimo.

Note: This confirms the grant by Robert de Tilly which was also recorded as a final concord [**nos. 68, 1018**]. Alice de Lacy, mother of Henry (II) de Lacy also confirmed the grant of Robert de Tilly. [**no. 1017**]. It must be near this time in 1286 that Henry (II) de Lacy accompanied King Edward I on a three year trip to Gascony [Hamilton, 'Henry de Lacy', *DNB*, art. 15851].

1017. Confirmation by Alice de Lacy mother of H[enry (II)] de Lacy, earl of Lincoln and constable of Chester, at her son's request, of the above grant made by Robert de Tilly. ff137r-v/pp. 335-36

Rothwell, 9 February 1286

Rubric: Carta Alesye de Lascy.

Noverint universi quod nos Alesya de Lascy ad instanciam dilecti filii nostri domini H. de Lascy comitis Lincoln' et constabularii Cestr' ratum habemus et stabile donum quod Robertus de Tylly fecit priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostell' de uno tofto et crofto que Iordanus Marescallus de dicto Roberto tenuit in villa de Gomersale et de advocatione ecclesie de Byrstall' cum suis pertinentiis [*f137v*] et eisdem ..priori et conventui in dictum toftum et croftum et in advocationem dicte ecclesie liberum ingressum concedimus. In cuius rei testimonium has litteras nostras eisdem fecimus patentes. Dat apud Rowell' v^to^ idus Februarii anno domino m° cc° lxxx° quinto.

Note: See note to **no. 1016, 1018**]. Alice de Lacy was the wife of Edmund de Lacy and mother of Henry (II) de Lacy, earl of Lincoln. As the widow of Edmund de Lacy she held over 21 knights' fees in her dower right and the fact that her son sought her confirmation of the grant of Robert de Tilly suggests she had some right over the man, the church or land [*EYC* III, p. 402]. Alice de Lacy died before 12 July 1311 [*Comp. Peerage* 7, p. 681]. See **no. 317** for document reflecting Alice de Lacy' dower rights.

1018. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Robert de Tilly [Tylly] son and heir of Ralph de Tilly to Prior Richard of Warter and the convent of a toft and croft in Gomersal [Birstall] which Jordan the marshal once held of him and the advowson of the church of Birstall. f137v/p. 336

[c. February x May 1286]

Rubric: Carta Roberti Tylly.

Universis sancte matris ecclesie filiis hanc cartam visuris vel audituris Robertus de Tylly filius et heres Rad[ulfi] de Tylly salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi regis et martiris de Nostell' et fratri Ricardi de Wartria priori eiusdem loci et canonicis ibidem Deo servientibus et eorum successoribus pro salute anime mee, antecessorum meorum et successorum et pro augmentatione elemosine dicte domus sancti Oswaldi quoddam toftum et croftum que quidem Iordanus Marescallus quondam tenuit de me in Gomersale et advocationem ecclesie de Byrstall' cum omnibus pertinentiis suis sine ullo retenemento; tenend' et habend' de me et heredibus meis dictis priori et conventui sancti Oswaldi et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam, bene, quiete, libere et plenarie inperpetuum. Et ego Robertus de Tylly et heredes mei dictum toftum et croftum et advocationem dicte ecclesie cum omnimodis suis pertinentiis predictis priori et canonicis et eorum successoribus ubique et contra omnes gentes warantizabimus, adquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on transaction recording this grant. On 7 February 1274 the Priory acquired a grant by King Edward I to appropriate the church and subsequently Robert son of Ralph de Tilly acquired a special licence to grant to Nostell Priory the church and land [**nos. 74, 76**]. On 5 March 1286 an inquisition *quod dampnum* reported that the toft included half an acre of land worth 12*d* annually and the advowson of the church was worth 100*s* annually; on this same date it was recorded that Robert de Tilly held a knight's fee in Gomersall of Henry (II) de Lacy [*Yorks Inq.* 2, p. 43]. On 9 and 14 February this grant was confirmed by Henry (II) de Lacy and his mother Alice de Lacy [**nos. 1016, 1017**]. On 24 May 1286 Robert de Tilly entered a final concord with Prior Richard of Warter of Nostell for this toft and the advowson of the church [**no. 68**]. Robert's father Ralph de Tilly was the constable of Archbishop Roger de Pont L' Évêque in 1174 and was at the siege of Acre in 1196 [Barlow, 'Pont l'Évêque', *DNB*, art. 23961; *EEA* 20, p. xlv]. Robert de Tilly was probably dead by 1 June 1290 when John de Tilly held the knight's fee in Gomersall of Henry (II) de Lacy [*Kirkby Inquest*, p. 279]. See Chapter IV.

1019 Sale with warranty by Robert of [Great] Houghton, clerk, of a messuage with buildings in Lofthouse [Rothwell] which he had from the gift of Geoffrey son of Nicholas, rendering annually to Roger son of Robert and Avice his wife 1*d*. For this the canons gave Robert a sum of money. f137v/p. 336

[12th x 13th centuries, before 1264]

Rubric: Carta Roberti de Halton'.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Robertus de Haltona clericus eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et priori sancti Osuualdi et canonicis ibidem Deo servientibus unum mesuagium cum edificiis et pertinentiis in villa de Lofthus integre sicuti iacet pro quadam summa pecunia quod habeo ex dono Galfridi filii Nycholai per cartam suam; tenend' et habend' dictis priori et canonicis imperpetuum libere, quiete, reddendo inde annuatim Rogero filio Roberti et Avicie uxori sue et eorum heredibus unum denarium ad festum sancti Martini pro omnibus servitiis et demandis secularibus in perpetuum. Ego vero dictus Robertus et heredes mei dictum mesuagium cum edificiis et pertinentiis dictis priori et canonicis contra omnes mortales inperpetuum warantizabimus. Et in huius rei testimonium presens scriptum sigilli mei munimine roboravi et cetera.

Note: Date based on the grant of this property before 1264 [**no. 117**]. Nothing is known concerning Robert of Great Houghton, clerk, except for the four transactions in the Cartulary which concern this property. This was the same property for which Geoffrey son of Nicholas gave 6*s* to Roger son of Robert and Avice his wife before 1264 [**no. 115**]. Robert the clerk of Halton [probably Great Houghton] gave Geoffrey son of Nicholas 1*m* for the property [**no. 116**]. Robert the clerk granted this land to the Priory [**no. 117**] which was probably time coincident

with this sale. The common thread throughout these four charters was the annual return to Roger son of Robert and Avice his wife of 1*d.*

1020. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by John Richeman [Richmond] of Pontefract and Sybil his wife of a *cultura* of land called Langelayrode in Lofthouse [Rothwell, described] including the ditch. f137v/p. 336

[12th x 13th centuries, before 1294]

Rubric: Carta Iohannis Richeman.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Iohannes Richeman de Pontefr' et Sibilla uxor eius salutem in Domino. Noverit nos remisisse, quietaclamasse et hac presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostell' et canonicis ibidem Deo servientibus totum ius et clamium quod unquam habuimus vel habere poterimus in illa cultura terre in Lofthus prout fossato includitur cum omnibus pertinentiis suis que vocatur Langelayrode et iacet inter terram Thome de Lofthus ex parte aquilonali et terram Laur[entii] carpentarii ex parte australi. Ita quod predicti prior et conventus predictam culturam cum suis pertinentiis teneant in liberam, puram et perpetuam elemosinam inperpetuum. Nos vero et heredes nostri assignati seu successores quicumque predictam culturam cum omnibus pertinentiis suis dictis priori et conventui et eorum successoribus tamquam liberam, puram et perpetuam elemosinam in omnibus et contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. Et ne nos nec heredes nostri seu assignati vel aliqui nomine nostro in predicta cultura terre cum suis pertinentiis aliquid iuris vel clamium de cetero poterimus nec exigere tactis sacrosanctis coniunctim et divisim iuravimus et impressione singnorum [*sic*] nostrorum presentem cartam confirmavimus. Hiis testibus.

Note: Date based on the latest copy made by Scribe B [see Chapter V]. This land was the same described in a grant made by Robert le Sauser to Nostell Priory [no. 121]. The relationship between Robert le Sauser and John Richmond of Pontefract and Sybil is not known. A John Richmond of Pontefract, married to Margaret, was mentioned in transactions concerning Huntwick in Wragby but it is not clear if this was the same man [nos. 1265, 1266].

1021. Grant by Prior John and the convent to Thomas the smith of Rothwell of a messuage of land of the church of Holy Trinity of Rothwell, namely the land that Ketell had returned to Henry the rector of Rothwell [described], rendering annually to H[enry] the rector, 6*d.* f137v/p. 336

[c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta Iohannis prioris et conventus de sancto Oswaldo.

Omnibus has literas visuris Iohannes prior et conventus de sancto Osuualdo de Nostell' eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra nos quantum ad nos pertinet concessisse et presenti carta nostra confirmasse Thome Fabro de Rowell' unum mesuagium de terra ecclesie de Rowell' cum quadam terra quam Ketellus reddidit in manu Henrici rectoris eiusdem ecclesie de mesuagio suo, iacentem scilicet inter curtelagium Ketelli et pontem iuxta torrentem; tenend' de ecclesia sancte Trinitatis de Rowell' sibi et heredibus suis libere, quiete et pacifice, reddendo inde annuatim predicto H. rectori predicte ecclesie et successoribus suis sex denarios in die sancte Trinitatis sicut carta eiusdem H. testatur pro omni servitio et exactione eidem mesuagio pertinentibus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on the rule of John, prior of Nostell Priory who was probably elected c. 24 July 1208 and died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. See Chapter IV for the church of Rothwell.

1022. Only the rubric 'the charter of Thomas Auvetay' remains, the folio is missing. f137v/p. 336.

[13th century, before 1294]

Rubric: Carta Thome Auvetay. *[f138r]*

[*The next folio, pp. 337-38, is missing and the remainder of this charter is unavailable.*]

Note: Date based on occurrence of Thomas Auveray of Swinton and latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Thomas Auveray of Swinton granted to Nostell Priory a rood of land in the field of Swinton in a document which made mention of Alice de Bellew, Alice and her husband Thomas Bellew occurred from 1242 x 1277 [nos. 383, 1047].

1023. An incomplete document regarding the institution and induction to the church of South Kirkby. f138r/p. 339

[18 August 1191 x 1294]

Rubric: [*missing*].

[*The previous folio is missing. This folio begins in mid-charter*] ...[man]datum speciale recepissem me priorem et canonicos eiusdem loci in eadem ecclesia de Suthkyrk[e]by canonice et solempniter instituisse et in corporalem eiusdem ecclesie possessionem induxisse salva in ea vicaria scilicet clerico suo assignata unde in testimonium huius presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Valete.

Note: Date based on mandate by Archbishop Geoffrey of York and the latest entry copied by Scribe B [see Chapter V]. The church of South Kirkby was granted by Hugh de Laval 19 October 1119 x 1129 and confirmed by King Henry I [nos. 30, 81]. Between 18 August 1191 and December 1193, Archbishop Geoffrey of York granted that Nostell Priory would have the appropriation of the church after the death of the incumbent, saving for the archbishop the ordination of the vicarage and the phrase here '*salva in ea vicaria scilicet clerico suo assignata*' suggests that the earliest limit of this document was 18 August 1191 [no. 131].

1024. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Adam Burnel of Elmsall of an acre of land with a toft in [North] Elmsall, namely that which John son of Bernewin held from Burnel father of Adam. f138r/p. 339

[last quarter 12th century]

Rubric: Carta Ade Burnel.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Adam Burnel de Elmesale dedi et concessi et hac mea presenti carta confirmavi Deo et ecclesie sancti Osuualdi de Nostell' et canonicis regularibus ibidem Deo servientibus caritatis intuitu et pro salute anime mee et antecessorum nostrorum unam acram terre mee in Elmesale cum tofto et omnibus pertinentiis suis in puram et perpetuam elemosinam, illam scilicet quam Iohannes filius Bernewyni tenuit de Burnello patre meo; tenendam et habendam sibi libere et quiete et honorifice inperpetuum sine omni vexatione mei vel meorum. Ego vero Ada [*sic*] et heredes mei warantizabimus et defendemus totam prenominatam terram cum pertinentiis suis cunctis temporibus prefatis canonicis contra omnes homines. Ut autem hec mea donatio rata habeatur presens scriptum sigilli mei appostione roboravi et cetera.

Note: Date based on occurrences of Adam Burnel of Elmsall. Adam Burnel of Elmsall [also known as Adam son of Burnel de Amenville or Dampneville] held land in Hampole and Elmsall in the de Lacy fee and occurred as early as 1155 x 1170 and as late as 1175 x c.1190 [*EYC* III, nos. 1502, 1738, pp. 402-403].

1025. Confirmation with warranty by Robert Grimbald of Thurnscoe of all his land called Nelleker in Sherbarrow [South Kirkby] and 3 perches of arable land called le Leye [probably Thurnscoe, described]. For this the canons gave Robert a sum of money. f138r/p. 339

[12th x 13th centuries, before 1294, possibly mid-13th century]

Rubric: Carta Roberti Grimbald'.

Sciant presenti et futuri quod ego Robertus Grimbald de Thyrnescoth dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi priori et conventui sancti Oswaldi de Nostell' pro quadam summa pecunie quam mihi dederunt pre manibus totam terram meam quam habui in territorio de Scirebarwe sicut iacet in loco qui vocatur Nelleker sine aliquo retenemento et tres perticatas terre arabilis que iacent inter terram dictorum prioris et conventus in loco qui vocatur le Leye; tenend' et habend' dictis priori et conventui de me et heredibus meis libere, quiete, integre et pacifice cum omnibus libertatibus et asiamentis ad dictam terram spectantibus. Ego vero Robertus Grimbald et heredes mei totam predictam terram cum omnibus suis pertinentiis dictis priori et conventui contra omnes homines, dotes sive impignorationes, sectas curiarum quorumcumque fuerint warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius testimonium et cetera.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Nostell Priory held land in Le Leye from the grants of Henry de Reineville which included 3 perches called 'Le Leye' but this may be a reference to the general fieldname and thus separate parcels of land [no. 213]. A Robert of Grimbaud held at least one knight's fee of the king in chief in Rutland in 1253 [*Cal. Inq. PM Henry III*, no. 275]. Probably the same Robert Grimbald in 1235–1242 held of Henry of Hastings in the fee of Huntingdon in Lincolnshire, Northampton and Huntingdon [*Testa de Nevill*, pp. 493, 938, 1035, 1048, 1050].

1026. Quitclaim by Peter, vicar of Batley, to his brother John of all right and claim to all land, rents and tenements in Batley which Peter held, to be held by John from the chief lords [of the fee] just as Peter had held the land. f138r/p. 339

[1 March 1252 x 26 August 1291]

Rubric: Carta Petri vicarii de Bately.

Sciant presentes et futuri quod ego Petrus vicarius de Batelay dedi, concessi, confirmavi, assignavi et inperpetuum quietumclamavi Iohanni fratri meo omnes terras, redditus et tenementa sine aliquo retenemento que quidem habui et tenui infra divisas de Batelay; tenend' et habend' sibi et heredibus suis et suis assignatis de dominis capitalibus secundum tenorem cartarum quas habui de dictis dominis capitalibus. In cuius rei testimonium presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Peter of Dewsbury as vicar of Batley and subsequent lease of this land by Prior Richard of Nostell Priory [see note preceding no. 300]. John quitclaimed this land to Nostell Priory [no. 1027].

1027. Quitclaim by John brother of Peter the former vicar of Batley to the canons of all right or claim to all lands with tofts, buildings, woods, meadows, pastures and easements in Batley, which he had from the gift of his brother Peter. f138r/p. 339

[1 March 1252 x 26 August 1291]

Rubric: Carta Iohannis fratris Petri vicarii eiusdem.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Iohannes frater Petri quondam vicarii de Batelay salutem in Domino. Noveritis me concessisse, sursum reddidisse et quietum clamasse dominis meis priori et conventui sancti Oswaldi de Nostell' de me et heredibus meis et assignatis et successoribus meis quibuscumque totas terras cum toftis et edificiis, boscis, pratis et pasturis et omnibus asiamentis quas vel que habui et tenui de eisdem in territorio de Batelay vel in parochia eiusdem sive de dono Petri fratris mei vel de perquisitu nostro vel mei. Ita quod nec ego Iohannes vel aliquis assignatorum meorum heredum seu successorum meorum quorumcumque nomine nostro aliquod ius vel clamium in predictis terris tenementis

seu pertinentiis suis ubicumque de tenemento suo perquisitis poterimus exigere inposterum vel vendicare. Et si aliquod instrumentum contra istud factum fuerit alicubi inventum, volo pro me et heredibus meis et omnibus successoribus meis quod pro nullo habeatur. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Peter of Dewsbury as vicar of Batley and subsequent lease of this land by Prior Richard of Nostell [see note preceding no. 300]. Peter of Dewsbury quitclaimed his property to his brother John [no. 1026]. This transaction probably occurred after the death of Peter of Dewsbury, chaplain and vicar of Batley (before 2 August 1291, no. 306, 310).

1028. Quitclaim by Richard son of Eve of Batley to John brother of Peter, the vicar of Batley, of all right or claim in half a bovate of land and the sixth part of a bovate of land in Batley, namely that which Roger of Batley once held of him and which he exchanged with Adam son of Ralph of Batley for land and which Adam had impleaded by writ of right. f138r/p. 339

[1 March 1252 x 26 August 1291]

Margin: Carta Ricardi filii Eve.

[S]ciant et cetera quod ego Ricardus filius Eve de Batel' dedi, concessi de me et heredibus meis et imperpetuum quietumclamavi Iohanni fratri Petri vicarii de Batel' capitali domino meo totam ius et clamium quod habui vel habere potui in una dimidia bovata terre et vj[a] [sexta] parte unius bovata terre in Batel', illas scilicet quas Rogerus de Batel' tenuit quondam de me et quas ego cepi in excambium de Ada filio Rad[ulfi] de Batel' pro terra de qua implacitam dictam Adam per quoddam breve de recto tam in wardis quam in redditibus, homagiis, releviis et omnimodis escaetis dicte terre pertinentibus. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis pro me nec pro heredibus meis aliquod ius, clamium vel calumpniam in dictam terram de cetero vendicare poterimus. In cuius rei testimonium presenti carte sigillum meum apposui. Et cetera. [*f138v*]

Note: Date based on Peter of Dewsbury, vicar of Batley, and subsequent lease of this land by Prior Richard [see note preceding no. 300].

1029. An incomplete document. The definitive sentence by the papal judges delegate, William archdeacon of Derby, John the dean and Henry the master of schools of Derby, [mandate by Pope Gregory IX recited] regarding the parish boundaries of Leeds and Batley as regards the tithes the vill of Churwell which were in dispute between the prior and convent of St Oswald on the one part and the prior and convent of Holy Trinity York and the vicar of the church of Leeds on the other part. The prior and convent of St Oswald claim that the border of the parish of Batley [described] includes the vill of Churwell and thus the tithes of that vill belong to the church of Batley. The prior of Holy Trinity and the vicar of Leeds claim a different boundary [described] and say that the vill of Churwell is in the parish of Leeds however they produce no witnesses to support this claim and the papal judges delegate determine that the vill of Churwell is within the limits of the parish of Batley. f138v/p. 340

[1 Spetember 1233 x 17 February 1236]

Rubric: Littera W. archidiaconi Derbeye et cetera.
Margin rubric: Compositio de Chorlewelle.

Universis sancte matris ecclesie filiis presens scriptum visuris Willelmus archidiaconus Derbeye, Iohannes decanus et Henricus magister scolarum Derbeye salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos mandatum domini pape suscepisse in hec verba: "Gregorius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis archidiacono, decano Cristianitatis et magistro scolarum de Derby, Conventr' diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sua no<bis> prior et conventus sancti Osuualdi de Nostell' conquestione monstrarunt quod

prior et conventus sancte Trinitiatis Ebor' et quidam alii Eboracen', Lincoln', Coventr' diocesium super decimis, possessionibus, debitis et legatis iniuriantur eisdem alias graves existentes ipsis plurimum et molesti. Ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus quatinus partibus convocatis audiatur causam et appellatione remota fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes a qui fuerint nominati si se gratia, odio vel timore subtraxerint per censuram eandem appellatione cessante cogatis veritati testimonium perhibere: quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo vestrum ea nichilominus exseq<uan>tur. Dat' Anag' kalendis Septembris pontificatus nostri anno vj°." Cuius auctoritate ad instanciam prioris et conventus sancti Osuualdi citavimus semel, secundo et tertio priorem et conventum sancte Trinitatis Ebor' et ordine edictorum legitime sic peracto. Archidiaconus Derbeye ad urgenciora tractus negotia vices suas magistro Nicholao quondam officiali Derbeye primo usque ad sententiam diffinitivam ac postea ad totam causam commisit. Tandem constitutis in presentia nostra Gervasio priore de Bredona procuratore prioris et canonicorum sancti Oswaldi et magistro Willelmo Pepin procuratore prioris et monacorum sancte Trinitatis Ebor' et Alano vicario de Ledes per litteras eorundem legitime ad totam causam constitutis et sigillis tam prioris quam monacorum sancte Trinitatis Ebor' et Alani vicarii de Ledes coram nobis in iudicio legitime probatis petiit procurator canonicorum nomine ecclesie sue de Batelay a priore et conventu sancte Trinitias Ebor' rectoribus ecclesie de Ledes et Alano eiusdem ecclesie vicario omnes decimas de Chorlewell' tam personales quam prediales et omnes obventiones [*sic*] et totum ius parochie quia villa de Chorlewelle cum suo territorio sita est infra limites ecclesie de Batelay. Proposuit etiam procurator canonicorum quod quidam rivus descendens inter nemus de Farnelay et assartam de Gildus usque ad hospitale de Bestona est limes inter parochias de Batelay et de Ledes. Ita quidam rivus alius ex australi parte descendens inter nemus de Midiltona et assartam de Morlay usque ad predictum hospitale de Bestona est limes inter predictis parochias. Hec omnia petit infra limites parochie sue de Batelay et ad eandem de iure communi spectantia petitorium impetendendo. Et ut predicta omnia ecclesia sue de Batelay per sententiam diffinitivam adiudicaremus procurator vero prioris monacorum sancte Trinitatis Ebor' et litem contestando respondit quod omnia predicta pertinent ad ius dominorum suorum et ad ecclesiam de Ledes cum ipsi sint rectores et Alanus vicarius. Postea admisimus testes procuratoris prioris et conventus sancti Osuualdi et eos diligenter examinavimus et cum perpenderemus quod procurator prioris et monacorum nimis differret producere testes pro parte sita quesivimus ab eo in iudico si aliquos testes pro se vellet adducere et si vellet aliquos producere libenter eos admitteremus. Qui cum haberet facilitatem testes producendi non produxit. Tandem procuratore canonicorum ulterioribus produccionibus renunciante et publicatione attestationum instanter petente quidem procurator monacorum contumaciter a presentia nostra recessit citavimus bis partem monacorum edicto peremptorie exspectantes eosdem per duos dies litis datos per legitima intervalla si aliquis pro eis compareret qui ipsos defenderet. Ipsis vero in contumacia sua persev[er]antibus attestationes canonicorum ad instanciam procuratoris eorum fecimus publicari et partem monacorum edicto peremptorie tertia vice fecimus citari. Quibus in contumacia sua sepius iterata perseverantibus nec ad diem illum comparentibus propositum pro parte canonicorum coram nobis et allegatum quod testes sui omni exceptione maiores plane et aperte probaverunt villam de Chorlewelle sitam esse infra limites ecclesie de Batelay. Ita intentionem suam plene esse probatum quia testes sui probant quod rivus incipiens inter Farnelay et Gildeus

et descendens ad hospitale de Bestona et alius rivus incipiens inter Morlay [*f139r*] [*This document is incomplete because the next two folios, pp. 341-4 are missing.*]

Note: Date based on two papal mandates by Pope Gregory IX [no. 301 and internal to this document]. This agreement and a similar sentence by papal judges delegates which followed on 17 February 1236, established the parish boundaries of Batley and the right of Nostell Priory to the tithes of the parish [see note preceding no. 288 and no. 301].

1030. Duplicate of no. 518. Notification by G[eoffrey], archbishop of York, that the church of Tickhill belongs to the prior and convent of St Oswald and he has instituted Jordan de Meresay, chaplain, to the church, except for the chapel of Stainton (from which the mother church of Tickhill receives 3*s* annually), rendering to the canons of St Oswald the annual pension of 12*m* of silver. f139r/p. 345

[2 April 1196 x 5 July 1205]

Rubric: Littera archiepiscopi.

G. Dei gratia Ebor' archiepiscopus et Anglie primas omnibus sancte matris ecclesie filiis salutem. Noverit universitas vestra nos inspectis instrumentis prioris et canonicorum de sancto Oswaldo et cognito eorum iure super ecclesia de Tikehill' cum omnibus pertinentiis ad predictorum prioris et canonicorum presentationem recepisse Iordanum de Maresay capellanum et in predicta ecclesia vacante instituisse personam cum omnibus pertinentiis suis excepta capella de Staynton' de qua matrix ecclesia de Tykehill' percipit annuatim tres solidos tantum. Predictus vero Iordanus solvet annuatim predictis priori et canonicis de sancto Oswaldo duodecim marcas argenti nomine pensionis de eadem ecclesia ad duos terminos, scilicet sex marcas ad Pentecost' et sex marcas ad festum sancti Martini. Et hoc ipsum in presentia nostra et aliorum multorum se fideliter observaturum et predictam pensionem statutis terminis soluturum legitime sacramento prestito iuravit. Hiis testibus Alano capellano, magistro Ricardo de Turri, magistro Rogero de Richemund, et cetera.

Printed: EEA 27 no. 52 dated 2 April 1196 x 5 July 1205.

Note: See no. 518 for explanation of dating. This charter is a duplicate of no. 518 except that this document includes witnesses. Also see the agreement with the archbishop regarding the pension and the return of the church at Jordan's death [no. 540].

1031. Notification by Walter [Giffard], archbishop of York, that he has instituted Simon de Sumerdby as the vicar of the church of Tickhill, at the presentation of the canons of St Oswald. f139r/p. 345

St Oswald, 15 May 1273

Rubric: Littera archiepiscopi.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Walterus Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas salutem, gratiam et benedictionem. Noveritis nos ad presentationem dilectorum in Cristo filiorum prioris et conventus de sancto Oswaldo de Nostel rectorum ecclesie de Tyk[e]hill' admisisse magistrum Symonem de Sumerdby ad eiusdem ecclesie vicariam ipsumque in eadem vicarium canonice instituisse ac in corporalem possessionem eiusdem induci fecisse. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum fecimus apponi. Dat' apud sanctum Oswaldum idus Maii pontificatis nostri anno vij°.

Note: Date based on rule of Walter Giffard as archbishop of York. Walter Giffard was translated from Bath on 15 October 1266 and May of the seventh year of his pontificate was 1273. There is no record of Simon de Sumerdby's institution in the register of Walter Giffard [*Reg. Giffard*]; however, Simon de Sumerdby occurred on 31 December 1280 as the perpetual vicar of Tickhill [*Reg. Wickwane*, no. 676]. Simon was dead by 1 April 1290 when the administration of his will was assigned to Master William de Somerdby [*Reg. Romeyn*, i, nos. 256, 258]. Simon probably succeeded Edmund Le Bretun who was instituted by the Archbishop Walter de Gray on 11 February 1239 [no. 525 and *Reg. Walter Gray*, no. 377]. Simon de Sumerdby was succeeded by Alan de Thirnum who was instituted to the vicarage on 22 March 1290 [*Reg. Romeyn*, i, no. 252]. Edmund le Bretun was still the

rector as late as February 1281 [see no. 1033] See Chapter IV concerning the church of Tickhill. Also see no. 1032.

1032. Confirmation with warranty by Simon de Sumerdby, the vicar of Tickhill, that the canons may have free entry for carrying and winnowing their corn above his selion [Tickhill, described] every year from 1 August until 2 February by the oversight of 2 trustworthy persons of Tickhill so as to not damage the growing of grain in his own selion. f139r/p. 345

[15 May 1273 x 22 March 1290]

Rubric: Carta Symonis et cetera.

Sciant presentes et futuri quod ego Symon de Sumerdby vicarius de Tik[e]hill' dedi, concessi et huius scripti testimonio confirmavi priori de sancti Oswaldo de Nostel et eiusdem loci conventui et eorum singulis successoribus liberum iter eundi bladum suum cariandi et ventilandi super sellionem meam que est ante portas suas et propinquior eisdem portis ex parte aquilonari manerii sui in Tikehill'; tenend' et habend' illud iter super sellionem predictam a capite orientali cuiusdam muri super eandem facti tempore istius confeccionis usque capud orientale illius sellionis ad eundum, ducendum, cariandum, [et] ventilandum predictis priori et conventui et eorum successoribus singulis annis a festo beati Petri advincula usque festum purificationis beate Marie virginis libere, quiete, et pacifice absque mei vel heredum meorum seu assignatorum vel alicuis alterius impedimento in perpetuum pro salute anime mee ob quam causam istam feci concessionem. Et ideo ego Symon et mei heredes vel assignati quicumque fuerint dictum iter; habend' et tenend' et eodem utendo omni modo quo pretangitur contra omnes homines et iudeos warantizabimus et defendemus dictis priori et conventui et eorum successoribus inperpetuum. Et si contingat dictos priorem et conventum vel eorum successores bladum super dictam sellionem crescentem aliquo anno per usum suum deteriorare mihi vel meis heredibus vel assignatis de eadem sellione per visum duorum fidedignorum de Tikehill' quotiens deteriaracio evenerit per eosdem facient emendam congruentem videlicet ad valorem dampni facti et cum de eo fuerint attincti. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui, cuius transscriptum remansit penes dictum vicarium tempore istius confectionis. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on institution of Simon de Sumerdby as vicar and the institution of his successor. Simon de Sumerdby was instituted to the church of Tickhill on 15 May 1273, which sets the earliest limit [no. 1031]. Alan de Thirnum succeeded to the vicarage of Tickhill on 22 March 1290 [on the death of Simon], establishing the latest limit [see no. 1031 for information for relevant dates of Alan and Simon]. See Chapter IV for further information regarding the church of Tickhill.

1033. Result of an inquisition by the Official of the Archdeaconry of York in response to a mandate by W[illiam Wickwane], archbishop of York, [recited 17 February 1282 at Cawood] as to whether Constance [of Béarn] widow of Henry de Almain, having presented John de Kirkeby, clerk, to the vacant church of Tickhill, had the right to do so. The Official found that the church was not vacant, the prior and convent of St Oswald hold the right of patronage since King Henry I, which was confirmed by successive kings and that Walter de Gray, archbishop of York, with the consent of his chapter, appropriated the church to the prior and convent. Additionally Pope Alexander IV confirmed the church and his confirmation was exhibited. The prior and convent had presented Edmund le Bretun to the church and the archbishop had admitted him and instituted him as rector. The annual pension is valued at 15*m* and the church is valued at 50*m*. ff139r-v/pp. 345-46

Doncaster, 28 February 1282

Rubric: Litera archepiscopi.

Reverendo patri in Cristo ac Domino domino W. Dei gratia Ebor' archiepiscopo Anglie primate suuus [*sic*] humilis et devotus officialis domini archidiaconi loci eiusdem salutem cum omnibus obedientia, reverentia et

honore. Mandatum vestrum nuper recepi in hec forma subscripta: "Archidiacono Ebor' vel eius officiali salutem, gratiam et benedictionem. Presentavit nobis Bernardus dictus Markes, generalis procurator sive attornatus domine Constancie relicte quondam domini Henrici de Aleman', magistrum Iohannem de Kyrk[e]by clericum ad ecclesiam de Tikehill' vacantem et ad presentationem dicte domine sue spectantem ut dicit. Unde vobis mandamus quatinus in pleno loci capitulo diligentem inquisitionem faciatis an vacet dicta ecclesia qualiter et a quo tempore; quis vel qui ad eam de iure debeant presentare et qui ultimo presentaverunt; an sit litigiosa; si sit pensionaria cui et in quantum; quantum valeat annuatim de moribus etiam et ordinibus presentati; si sit legitimis etatis legitime, idoneus et honestius et in quo ordine constitutus, necnon et de omnibus aliis circumstantiis circa presententem et presentatum huius fuerint inquerende et nos sub vestro et contestificantium simul sigillis certificatis fideliter et distincte. Valete. Dat' apud Cawode xiij. kalendas Marcii anno pontificatus nostri tertio. [*17 February 1282*] [*f139v*] Cuius auctoritate mandati facta inquisitione legitima in pleno capitulo Donecastr' tertio kalendas Marcii anno domino m° cc° octogesimo primo [*28 February 1282*] inibi celebrato compertum est per eandem quod dicta ecclesia non vacat termino plena est et consulta pro eo quod prior et conventus de sancto Oswaldo qui prius ius patronatus habuerunt in eadem ex collatione bone memore quondam Henrici regis Anglie primi prout per instrumentem eiusdem Henrici inquisitoribus ostensum manifeste liquebat, et postea ex confirmatione omnium regum Anglie successive succedentium ac per ordinationem bone memorie quondam Walteri le Gray' archiepiscopi Ebor' de consensu sui capituli factam eam optinent in proprios usus suos. Que quidem ecclesia ab Alexandro papa iiij° est confirmata eisdem prout per instrumenta ordinationis dicti domini archiepiscopi ex consensu decani et capituli sui ac etiam confirmationis dicti domini Alexandri pape coram dictis inquisitioribus exhibita plenius apparebat. Quibus rationibus credit inquisitio et dicit quod non vacat nec vacavit post ordinationem prenotatam. Dicit etiam inquisitio quod nullus debet modo de iure ad eam presentare cum sit plena prout supradictum est verumptamen dicti religiosi ante ordinationem et confirmationem prelibatas eisdem in proprios usus factas tamquam veri patroni ultimo presentaverunt ad eamdem quemdam Edmundum le Bretun qui ad eorundem presentationem a dicto domino archiepiscopo admissus fuit et rector institutus in eadem nec de iure deberet esse litigiosa. Licet dicti religiosi ius suum defendentes in predicta ecclesia presentationem huic facte de prefato magistro Iohanne de Kyrk[e]by de facto ad eadem tamquam vacantem se opponant, nec est modo pensionaria quamquam ante ordinationem et confirmationem predictas in quindecim marcis annuis pensionaria exstitit religiosis antedictis. Valet etiam annuatim L^{a} marcas. De moribus autem presentati, ordinibus, legitimacione et omnibus aliis circumstantiis ipsum contingentibus ignorat omnino inquisitio memorata pro eo quod presentationem suam nec per se vel per certum procuratorem exstitit prosecutus unde de Donecastr', Ouston', Derfeld', Brodeswrthe, Hykelton', Boulton', Barneburc, Wermeswrthe, Arnetorp rectores, de Wath, Coningburc, Hotonpaynel, Braidewell', Roriston, Suthkyrkeby' vicarii, qui presenti inquisitioni interfuerunt et eidem inquisitioni sigilla sua apposuerunt in testimonium premissorum. Dat' apud Donecastr' anno et die supra antenotatis et cetera.

Note: The proofs provided by Nostell Priory would have included the following: confirmations by King Henry I [nos. 18 and/or 39]; confirmations by successive kings [nos. B007, 8-10, 71]; appropriation of the church by Archbishop Walter de Gray [no. 536]; institution of Edmund le Breton as rector [no. 525]. The mandate of Pope Alexander IV has not survived in the Cartulary nor elsewhere [*Papal Ltrs 1198-1304*; *Orig. Papal Ltrs. 1198-1304*].

Part of this document was quoted in a letter patent by Archbishop Wickwane, a portion of which survived in the Cartulary [no. 1034]. The plea at Westminster, for which this document and no. 1034 were probably prepared, resulted in the dismissal of the claim by Constane of Béarn and the confirmation of the right of presentation by Nostell Priory [no. 1035]. This document/inquisition report may have also been used by the Prior in the plea by the king's escheator [no. 1036].

1034. Incomplete notification by W[illiam Wickwane], archbishop of York, that the inquisition by the Official of the Archdeacon of York at his mandate [recited] found that the church of Tickhill was not vacant at this time [28 February 1282] and that the prior and convent of St Oswald had held this church since the time of King Henry I, and had exhibited the instrument from Henry I. f139v/p. 346

[c. 28 February 1282]

Rubric: Littera W. Ebor' archiepiscopi Anglie primatis.

Universis pateat per presentes quod nos W. permissione divina Ebor' archiepiscopus Anglia primas literas officialis archidiaconi Ebor' super inquisitione facta de ecclesia de Tikehill' recepimus et inspeximus in hec verba: "Reverendo patri in Cristo ac Domino domino W. Dei gratia Ebor' archiepiscopo Anglie primati suus humilis et devotus officialis <domini> archidiaconi loci eiusdem salutem cum omnibus obedientia, reverencia et honore. Mandatum vestrum nuper recepi in forma subscripta: "Archidiacono Ebor' vel eiusdem officiali salutem, gratiam et benedictionem. Presentavit nobis Bernardus dictus Marker generalis procurator sive attornatus domine Constantie relicte quondam domini Henrici de Alem', magistrum Iohannem de Kyrk[e]by clericum ad ecclesiam de Tikehill' vacantem et ad presentationem dicte domine sue spectantem ut dicit. Unde vobis mandamus quatinus in pleno loci capitulo diligentem inquisitionem faciatis an vacet dicta ecclesia qualiter et a quo tempore; quis vel qui ad eam de iure debeant presentare et qui ultimo presentaverunt; an sit litigiosa; si sit pensionaria; cui et in quanto; quantum valeat annuatim de moribus etiam et ordinibus presentati; sit legitimus etatis legitime, ydoneus et honestus et in quo ordine constitutus necnon et de omnibus aliis circumstantiis circa presententem, et presentatum huius fuerint inquirende et nos sub vestro testimonio et contestificantium simul sigillis certificatis fideliter et distincte. Valete. Dat' apud Cawode xiij° kalendas Marcii anno pontificatus nostri tertio[*17 February 1282*]. Cuius auctoritate mandati facta inquisitione legitima in pleno capitulo Donecastr' iij. kalendas Marcii anno domini m° cc° octagesimo primo [*28 February 1282*] inibi celebrato compertum est per eamdem quod dicta ecclesia non vacat termino plena est et consulta pro eo quod prior et conventus de sancto Oswaldo qui prius ius patronatus habuerunt in eadem ex collatione bone memore quondam Henrici regis Anglie primi prout per instrumentum eiusdem Henrici inquisitoribus ostensum manifeste liquebat et cetera, sicut supra in predecenti litera [*This document appears to be incomplete however the 15th-century pagination continues unabated.*] [*f140r*]

Note: Date based on internal date. This document, which partially quotes no. 1034, was probably the document presented at the court of Westminster as defence against a writ of *darrein presentment* by Constance of Béarn [see no. 1035]. This document may also have been used by the Priory in the plea of the King's Escheator [see no. 1036]. The report by the Official of the Archdeaconry of York may not have been quoted completely in the Archbishop's letter as the last sentence suggests that documents of Archbisop Gray may have been appended.

1035. Plea at Westminster whereby Constance [of Béarn], who was the wife of Henry de Almain, claims the right of presentation to the church of Tickhill by writ of darrein presentment against the prior of St Oswald. Constance claims that when Ralph de Issoudun [Lusignan, Count of Eu] and his wife Alice held the manor of Tickhill during the time of the peace of King Henry II, they presented Elias Bernard their clerk to the church and he was admitted, afterwards Alice outlived Ralph but by forfeiture the church/manor came into the hand of King Henry III and then he gave the manor to

Henry de Almain and after Henry de Almain's death Constance was assigned for her dower the tenure of all the lands and tenements that had belonged to her husband and the prior had unjustly stopped her presentation to the church and caused her damage of 100*li.* The prior said that he had a writ from the archbishop of York that, notwithstanding the claim of Constance, the prior was to admit the parson to the church. And he said that in a different royal court a similar writ had been brought against the prior and that it had been proved that the prior had the right. The prior was without day and Constance was in mercy. f140r/p. 347

Hilary and Trinity terms 1282

Top of folio [*late medieval hand*]: Totum istud folium scribitur in folio 440

Rubric: Placita apud Westm'/ Constancia uxor Henrici placita apud Westm'.

Placita apud Westm' coram Thoma de Weyland' et sociis suis iustic[iis] domini regis de banco in octabas sancti Hyllarii anno regni regis Edwardi filii regis Henrici decimo. Constancia que fuit uxor Henrici de Alemann' que tulit breve assise ultime presentationis versus priorem de sancto Oswaldo non est prosecuta; ideo predictus prior eat inde sine die et predicta Constancia et plegii sui de pros[ecutione] in misericordia videlicet Elyas de Baggelay et Robertus le Orfevere de eadem et cetera.

Placita apud Westm' coram Thoma de Weyland' et sociis suis iustic[iis] domino regis de banco in octabas sancte Trinitiatis anno regni regis Edwardi filii regis Henrici decimo.

Prior de sancto Oswaldo summonitus fuit ad respondendum Constancie que fuit uxor Henrici de Alemann' de placito quod permittat ipsam presentare ydoneam personam ad ecclesiam de Tykehill' que vacat et ad suam spectat donationem et cetera. Et unde queritur quod quidam Rad[ulfu]s de Issaudon' et Alicia uxor eius qui tenuerunt manerium de Tikehill' ad quod predicta advocatio pertinet tempore pacis tempore domini H. regis patris domini regis nunc presentaverunt quemdam Elyam Bernard clericum suum ad predictam ecclesiam qui ad presentationem suam fuit admissus ad eamdem ac predictum manerium postea per forisfacturam ipsius Alicie in viduitate sua, que supervixit predictum Rad[ulfu]m virum suum, devenit in manum predicti domini H. regis patris domini r[egis] nunc qui idem manerium postea dedit domino regi nunc ac idem dominus rex postea dedisset idem manerium predicto Henrico de Alemann' et post mortem eiusdem Henrici assignatum fuisset eidem Constancie in ten[ura] pro tota dote sua ipsam contingante de omnibus terris et tenementis que fuerunt predicti Henrici quondam viri sui et hac ratione ad ipsam pertineat ad eadem presentare. Predictus prior iniuste impedit ipsam ad eamdem presentare, unde dicit quod deteriorata est et dampnum habet ad valenciam C. librarum et inde producit sectam et cetera. Et prior venit et defendit vim et iniur[iam] et cetera. Et dicit quod non debet ei inde ab hoc breve respondere quia dicit quod ipsamet alias in curia regis hic scilicet a die sancti Martini in quindecim dies proximo preterito tulit quoddam breve assise ultime presentationis versus predictum priorem de predicta ecclesia ad quem diem predictus prior fuit asson[iatus] et habuit diem per esson[ium] suum hic in octabas sancti Hyllarii ad quem diem predicta Constancia non fuit proscequta. Ita quod consideratum fuit in eadem curia regis quod idem prior iret inde sine die et quod haberet breve ad archiepiscopum Ebor' quod non obstante reclamatione predicte Constancie ad presentationem predicti prior ydoneam personam admitteret. Et desicut istud breve sapit naturam predicti brevis ultime presentationis, petit iudicium si debeat ei ad hoc breve respondere. Et predicta Constancia per attornatum suum dicit quod excepto illa non debet ei nocere nec predicta consideratio predicte curie quia ipsa quod dicit nunquam predictum breve ultime presentationis per se nec per aliquod alterum impetravit nec ad predictam quindenam sancti Martini fecit se esson[ium] nec aliquem attornatum in predicto placito fecit et hoc parata est verificare sicut curia consideraverit. Et predictus prior dicit quod predicta Constancia ad predictam quindenam sancti

Martini tulit predictum breve et quod ad predictas octabas sancti Hylarii fecit defaltam ob quam consideratum fuit quod ipse iret inde sine die et haberet breve ad archiepiscopum predictum quod ad presentationem suam ad predictam ecclesiam ydoneam personam admitteret sicut predictum est et de hoc ponit se super recordum rotulorum predictorum terminorum si curia consideraverit et si hoc non sufficiat dicit et aluid. Et prior ponit loco suo Iohannem Franceys. Dies datus est eis de audiendo iudicio suo in crastinam [*sic*] animarum apud Salop' quo die datus est eis dies de audiendo iudico suo ibidem a die Pasche in xv. dies, quo die datus est eis dies de audiendo iudicio suo in crastino sancti Martini apud Westmonast'.

Note: Constance Béam filed her claim against the Priory in the octave of Hilary term 1282 [20-26 January]. Subsequently, on 17 February 1282, Archbishop William Wickwane of York, ordered an inquest by the Official of the Archdeaconry of York to investigate the right of presentation [**nos. 1033, 1034**]. The case was resolved in the octaves of Trinity term 1282 [20-26 June] and the letter of the archbishop, mentioned as proof here was probably the same included as **no. 1034**. Elias Bernard, whom Constance Béam claimed was presented to the church by Alice, countess of Eu, was in fact presented by the Prior and Canons of Nostell Priory and instituted by Archbishop Walter de Gray of York November 1215 x February 1219 [**no. 132**]. Alice, countess of Eu, had quitclaimed to Nostell Priory her right to the advowson of the church of Tickhill, saving the chapel in her castle, 1 May 1219 x 15 May 1246 [see **nos. 328-30**]. This document was duplicated by the same scribe [Scribe B, **no. 1316**]. The marginal note refers to f82r/p. 440, where this document and the next are repeated as **nos. 1316, 1317**]

1036. Plea at Shrewsbury whereby William de Gysenham petitioned against the prior of St Oswald concerning the advowson of the church of Tickhill which ought to be in the hand of the escheator of the lands of the Normans [recited dated Easter term 1283]. William said that Ralph de Lusignan and Alice his wife, the Norman countess of Eu, during the time of Henry II presented Elias Bernard her clerk to the church and he was admitted and instituted, further after the death of Ralph, William the son of Alice transgressed against the rule of King Henry by adhering to the king of the French [Philip Augustus] and the honour of Tickhill, except the advowson of the church, came into the hands of the escheator of King Henry III and William said that by right the church should also come into the hands of the king. The prior stated that the present king had confirmed that the prior and convent were in possession of the church of Tickhill having seen the charters whereby King Henry I had granted the church to the prior and convent and that the presentation of Ralph and Alice had come to nothing. At the mandate of the king [recited dated 6 October 1283] his justices were to search their rolls and determine the case. Having had the records searched, the prior of St Oswald came to the king at Lincoln and was able to show that it was recorded in the 12th year of the reign of King Edward I [after 19 November 1284], that the prior and canon were found to be seized of the church by the gift of King Henry I. It has been recorded in the rolls that the prior of St Oswald holds the church as a gift from the ancestor of King Edward I, that the predecessors of the prior had died seised of the church and that the king had confirmed this gift. ff140r-v/pp. 347-48

c. 19 November, 1284

Rubric: Placita apud Salop'.

Placita apud Salop' coram Thoma de Weyland et sociis suis iustic[iis] domini regis de banco a die Pasche in xv. dies anno regni regis Edwardi undecimo.

Dominus rex per Willelmum de Gysenham qui sequitur pro eo petit versus priorem de sancto Oswaldo advocationem ecclesie de Tykehill' que debet esse in manu sua tamquam eschaeta sua de terris Normannorum et cetera et unde idem Willelmus dicit quod quidam Rad[ulfus] de Issaudon' et Alicia uxor eius Normanna comitissa Augi tempore pacis et tempore domini H. regis patris ipsius domini regis nunc presentaverunt quemdam [*f140v*] Elyam Bernard clericum suum ad predictam ecclesiam qui ad presentationem suam fuit admissus et institutus capiendo expletus ad valenciam et cetera. Et quia post mortem predicti Rad[ulf]i predicta Alicia et quidam Willelmus filius suus transgressi fuerunt contra predictum dominum H. regem

adherendo regi Francie per quod honor de Tik'hill cum pertinentiis excepta advocatione predicta predicte ecclesie devenit in manus ipsius domini H. regis tamquam eschaeta sua, ea ratione dicit predicta advocatio predicte ecclesie esse in manibus domini regis nunc et hoc petit quod inquiratur.

Et prior per atornatum suum venit et dicit quod dominus rex nunc invenit predictum priorem et ecclesiam suam sancti Oswaldi regis et martiris de Nostell' in possessionem predicte ecclesie et possessionem eiusdem ecclesie concessit et confirmavit per cartam suam predicto priori et ecclesie sue predicte inperpetuum. Unde petit iudicium si predictus dominus rex aliquid exigere possit in predicta advocatione contra concessionem et confirmationem suam predictam et profert predictam cartam que hoc testatur. Et Willelmus dicit quod predicta confirmatio non debet predicto priori valere nec domino regi nocere. Dicit enim quod predicta confirmatio testatur quod idem dominus rex concedat et confirmat predicto priori et ecclesie sue omnes donationes, concessiones necnon et possessiones predicte ecclesie quas idem prior et ecclesia sua habent in presenti, videlicet de dono domini H. regis tritavi domini H. regis patris domini regis nunc et aliorum ut de ecclesia de Tik'hill' cum terris et decimis et capellis et omnibus rebus ad predictam ecclesiam pertinentibus. Quod quidem donum adnihilatum est per presentationem predictorum Rad[ulf]i et Alicie factam tempore domini H. regis patris domini regis nunc ad predictam ecclesiam, unde petit iudicium. Preterea dicit quod nulla confirmatio generalis per dominum regem facta debet ipsum dominum regem excludere a iure suo: ideo loquendum est cum domino rege. Preterea in crastino sancti Martini anno regni nunc undecimo [*12 November 1283*] mandat dominus rex iusticiar[iis] in hec verba: Quia dilectus nobis in Cristo prior de sancto Oswaldo iuxta Pontemfract' clamat habere per cartas progenitorum nostrorum regum Angl[ie] et confirmationem nostram ecclesiam de Tikehill' cum capellis ad eandem pertinentibus, quam quidem ecclesiam diu est in proprios usus optinueruit ut asserit per quod nos super record[um] et process[um] loquele que est coram vobis per brevia nostra inter nos et ipsum priorem necnon et Constanciam de Byerne et prefatum priorem de advocatione ecclesie predicte volumus certiorari, vobis mandamus quatinus scrutatis rotulis vestris recordum et processum coram vobis inde habitum distincte et aperte sub sigillis vestris nobis mittatis et hoc breve. Ita quod ea habeamus in octabas sancti Hyllarii ubicumque tunc fuerimus in Anglia ut tunc inde certiorati si faciamus quod nobis et consilio nostro secundum legem et consuetudinem regni nostri super hoc videbitur expedire. Teste meipso apud Acton' Burnell' vi die Octobris anno regni nostri undecimo [*6 October 1283*].

Inrotulatis recordo et processu quod record' prior sancti Oswaldi tulit coram domino rege aput Lincoln' quod quidem recordum invenietur in ligulis recordorum de anno regni regis Edwardi duodecimo dictum fuit predicto priori coram domino rege in parliamento suo apud Westm' a die Pasche in unum mensem anno regni regis nunc tertiodecimo quod ostenderet cartas suas et confirmationes quas habet a progenitoribus regis Anglie. Qui quidem prior tulit cartam domini H. regis primi et etiam confirmationem regis nunc que inrotulantur in rotulis de termino Pasche anno supradicto in parliamento suo aput Westm'. Quibus inspectis et intellectis ad eundem diem coram rege et eius consilio, dictum fuit predicto priori quod eat inde sine die et cetera. Quousque dominus rex plenius super hoc certioretur et cetera. Et sciendum quod recordum quod dictus prior sancti Oswaldi tulit coram rege domino invenietur in ligulis recordorum de anno xij°. Et

recordum illud inrotulatum cum cartis ipsius prioris invenietur in rotul[is] de termino Pasche anno tertio decimo istius regis, scilicet regis Edwardi et cetera.
Dicunt quod prior de sancto Oswaldo tenet ecclesiam de Tik'hill' que solebat esse in donatione antecessorum domini regis nunc et iur[atores] testantur quod predecessor istius prioris obiit inde saysitus; ideo dominus rex habeat breve suum inde versus eum si voluerit et cetera. Postea[a] venit predictus prior et protulit cartam domini H. regis senis de donatione ecclesie predicte et cartam domini regis nunc de confirmatione predicte donationis et cetera. Ideo ipse ad presens inde quietus salvo iure domini regis cum alias inde loqui voluerit et cetera. *[f141r]* *[f141r, p. 349, is blank]*

[a] ms *Postus.*

Note: Date based on date by which the prior brought his proofs to the king in Lincoln. This claim by the king's escheator followed close on the heels of the writ of *darrein presentment* filed by Constance Béarn which was settled in the Priory's favour in Trinity term 1282 [no. 1035]. This document was duplicated by the same scribe [Scribe B, no. 1317]. See notes to nos. 1033-35 for further information.

1037. Grant with warranty by Geoffrey Wyles of Stainton of a selion in the west field of Stainton [described] namely that which John of Sookholme, then the serjeant [*serviens*] of Wilsick, gave to Geoffrey for a sum of money. f141v/p. 350

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Galfridi Wyles.
Margin rubric: Stayntona.
Sciant presentes et futuri quod ego Galfridus Wyles de Stainton' dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi de me et heredibus meis domui sancti Oswaldi unam selionem in campo occidentali de Staynton' inter terram Willelmi clerici de Mykelbring ex una parte et terram Iohannis le Walker de Staynton' ex altera pro quadam summa pecunie quam Iohannes de Sulcholm tunc serviens de Wyllesick' mihi dedit pre manibus; cuius selionis unum capud abuttat se super ripam de Braythewell' et aliud super terram Willelmi filii Gunnild; tenend' et habend' de me et heredibus meis vel assignatis domui sancti Osuualdi inperpetuum. Et ego dictus Galfridus et heredes mei vel assignati predictam selionem predicto domui contra omnes homines ac feminas warantizabimus, acquietabimus et in perpetuum defendemus. Et ut hec mea donatio et carte mee confirmatio rata et stabilis permaneat presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on mention of William son of Gunhild and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. In the late 13th century William son of Gunhild held land in Market Warsop [Nottinghamshire] of William Nolle son of Thomas Nolle and leased land from Nostell Priory [see note preceding no. 1280, nos. 1280, 1289].

1038. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Peter called de Lowedre [Lowethere] of Wadworth of a selion containing 2 acres of arable land in Wadworth [described]. f141v/p. 350

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Petri.
Universis presentes litteras inspecturis Petrus dictus de Lowedre de Waddeworthe salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac mea carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostell' et canonicis ibidem Deo servientibus unam selionem continentem duas acras terre arabilis in villa et territorio de Waddewrthe, iacentem in occidentali campo eiusdem ville, illam videlicet que iacet proprinquius semite versus austrum inter terram meam ex utraque parte; cuius unum capud incipit ad aquaductum subtus Wyllesick' contra gardinum quondam Nicholai de eadem et tendit usque ad latam viam

subtus ecclesiam de Waddeworthe que ducit ad boscum; tenend' et habend' dictis canonicis et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum omnibus suis pertinentiis infra villam de Waddeworthe et extra libere, quiete et pacifice et integre absque omni servitio seculari, secta curie vel wapent', exactione et demanda sicut aliqua elemosina liberior, quietior, purior esse potest. Ego vero dictus Petrus et heredes mei dictam selionem cum suis pertinentiis predictis canonicis et eorum successoribus sicut dictum est tam contra capitalem dominum feodi quam contra omnes alios homines Cristianos et Iudeos seu mulierum dotes warantizabimus, acquietabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrence of Peter de Lowedher [Lowethere] and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Peter de Lowethere occurred as a juror on 12 June 1277 regarding land in Wadworth [*Yorks Inq.* 1, p. 175]. Peter de Lowethere must have had a tenurial relationship to Thomas de Chaworth since the later confirmed his grant [no. 1039].

1039. Confirmation in pure and perpetual alms by Thomas de Chaworth of the grant made by Peter de Lowethere [Lowedher] of Wadworth of a selion containing 2 acres of arable land in the vill and territory of Wadworth. f141v/p. 350

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Thome de Chawrth'.

Universis Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Thomas de Chawrth' salutem in Domino. Noverit universitas vestra me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostell' et canonicis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam illam selionem continentem duas acras terre arabilis in villa et territorio de Waddeworth' cum libero introitu et exitu ad eandem, quam habent de dono Petri de Lowethere de Waddeworthe, prout carta predicti Petri eisdem inde confecta plenius testatur. Quod ut ratum et stabile in posterum perseveret hoc presens scriptum inpressione sigilli mei roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Thomas de Chaworth and the latest entry made by Scribe B [se Chapter V]. Thomas de Chaworth occurred as early as October 1256 x October 1257 [*temp.* 31 Henry III] having free warren in Wadworth and he may also be styled 'Thomas de Carducis' [*Yorks Quo Warranto*, p. 145; *Kirkby Inquest*, p. 2n]. He held a third of a knight's fee of the king in the honour of Tickhill in 1284-85 and may have occurred as late as 1302-3 [*Kirkby Inquest*, p. 2, 233]. Peter of Lowethere [Lowedre] was probably a tenant of Thomas de Chaworth and his grant was probably time coincident with this confirmation [no. 1038].

1040. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Stephen de Bellew to Prior Richard and the canons of St Oswald of an annual rent of 4*s* which he has from the gift of John son of Henry of Allerwaith, namely that which comes from a bovate of land in Swinton which Agnes del Halowe daughter of Robert del Halowe holds. ff141v-142r/pp. 350-51

[16 August 1277 x 26 August 1291]

Rubric: Carta Stephani de Bella Aqua.
Margin rubric: Swynton[a]

Noverint universi presens scriptum visuri vel audituri quod ego Stephanus de Bella Aqua pro salute anime mee, antecessorum et successorum meorum dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostell' et fratri Ricardo priori et canonicis ibidem Deo servientibus et eorum successoribus annuum redditum quatuor solidorum quos habui ex dono Iohannis filii Henrici de Allerwaith in villa de Swynton', percipiendum de una bovata terre quam Agnes del Halowe filia Roberti del Halowe de me

tenuit in predicta villa de Swynton' ad duos anni terminos, scilicet ad Pentecost' et ad festum sancti Martini in yeme pro equalibus portionibus, una cum homagio et servitio dicte Agnetis et heredum sive assignatorum suorum pro dicta bovata mihi debitis; tenend' et habend' de me et heredibus meis sive assignatis dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete, bene et in pace, in puram et perpetuam elemosinam sine aliquo retenemento solutam et quietam ab omni servitio seculari, [*f142r*] consuetudine, exactione et demanda. Et ego Stephanus predictus et heredes mei sive assignati predictum redditum quatuor solidorum cum suis pertinentiis supradictis predictis priori et canonicis et eorum successoribus ut predictum est contra omnes homines tam Iudeos quam Cristianos warantizabimus, acquietabimus et in omnibus defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

• ms the last two letters of *Staynton'* are in black ink.

Note: Date based on rule of Prior Richard of Warter of Nostell Priory. The predecessor of Prior Richard died 16 August 1277 and Prior Richard died 26 August 1291 [Smith, *Heads* II, p. 439]. Stephen Bellew held land in Rawmarsh, Wombwell, Bolton and Swinton from as early as 1284-85 and at least as late as 1315-16 [*Kirkby Inquest*, pp. 4, 231-32, 282-83, 358-59]. His relationship to Thomas de Bellew, who was also a donor to Nostell Priory, is not known, although they were contemporaries [no. 383].

1041. Grant and confirmation with warranty by John of Swinton to Roger son of Jordan of Swinton of 5$^{1/2}$ acres of land and two parts of a perch of land in the fields of Swinton [described in multiple locations], rendering annually a barbed arrow. f142r/p. 351

[mid-13th century]

Rubric: Carta Iohannis de Swyntona.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Iohannes de Swynton' dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi a me et heredibus meis inperpetuum Rogero filio Iordani de Swynton' et heredibus suis quinque acras terre mee et dimidiam et duas partes unius perticate terre in campo de Swynton', quarum una acra iacet super Mekesburgclif' inter terram Willelmi de Swynton' et terram Iuliane de Schirebarwe; cuius unum caput abuttat super aquaductum et aliud super le Wyteleye et alia dimidia acra est super Rumes inter terras Thome ad caput ville et prioris de sancto Oswaldo, cuius unum caput abuttat super B[er]nescoles et aliud super Longmorsic; et due partes dicte perticate iacent inter Rounwellesic et terram cuiusdam puelle de Mekesburg'; quarum unum caput abuttat super terram quondam Iordani de Swynton' et aliud super Longmorsic; et una acra iacet super Sparhaueclif inter terram Roberti de Parys et terram Rad[ulfi] generi dicti Iordani; cuius unum caput abuttat super terram dicti prioris et aliud super terram Rogeri de Kylnehyrst; una alia dimidia acra super Leuerichecroft inter terram dicti prioris et terram Roberti Spicfat; cuius unum caput abuttat super viam et aliud super [Wodebroc *dotted for deletion*] Lairpittes; et una acra super Stanlowe inter terram Thome ad caput ville et terram Henrici de Tuberge; cuius unum caput abuttat super viam et aliud super Wodebroc; et tres rode super Slethefeld cum Crossebutte inter terram sepedicti prioris et terram Thome ad caput ville; cuius unum capud abuttat super Lourode et aliud super terram Ricardi Hering; alia dimidia acra super Nethercroftes inter terras Thome de Belewe et terram meam; cuius unum caput abuttat super terram Willelmi de Swynton' et Wodebroc; tenend' et habend' de me et heredibus meis vel assignatis dicto Rogero et heredibus suis vel cuicumque dare, dimittere, vendere, legare, alienare vel assignare voluerit libere, quiete, pacifice, integre et hereditarie cum omnimodis suis pertinentiis, asyiamentis, libertatibus ad dictam terram spectantibus sine retenemento vel contradictione mei vel meorum inperpetuum, reddendo inde annuatim mihi

et heredibus meis vel assignatis ipse et heredes sui vel assignati unam sagittam barbatam die sancte Margarete virginis pro omni servitio seculari, consuetudine, exactione, secta curie, querel[is] et demandis. Et ego et heredes mei vel assignati totam predictam terram cum pertinentiis, sicut superius nominatum est, dicto Rogero et heredibus suis vel assignatis pro predicto servitio contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus inperpetuum et semper et ubique defendemus. Et ut hec mea donatio, concessio et carte huius confirmatio rata et stabilis semper permaneat presenti littere pro me et heredibus meis vel assignatis sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Joan and Jordan le Francays, parents of Roger mentioned here, who were active in the first half of the 13th century, see note preceding **no. 392.** John of Swinton was also known as John son of Petronella and as John Perunnell **[nos. 1042, 1045].** Roger son of Jordan granted this land to his mother Joan who in her widowhood granted the land to Nostell Priory **[nos. 401, 1042].** Joan's husband was also known as Jordan le Francays of Swinton, see notes preceding **nos. 363, 392** for this family.

1042. Quitclaim and sale by Roger son of Jordan [le Francays] of Swinton to his mother Joan of all right or claim to the land in Swinton which he had as a gift from John son of Petronella, rendering annually to John a barbed arrow. For this Joan gave Jordan a sum of money. ff142r-v/pp. 351-52

[first half 13th century]

Rubric: Carta Rogeri filii Iordani.

Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus filius Iordani de Swyntona dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi et omnino quietumclamavi de me et heredibus meis Iohanne matri mee et heredibus suis vel assignatis totum ius et clamium quod habui vel habere potui in tota illa terra cum pertinentiis suis quam habui de dono Iohannis filii Petronille in Swynton', sicut iacet in campo de eadem sine aliquo retenemento, sicut carta dicti Iohannis proportat; tenend' et habend' sibi et heredibus suis vel assignatis libere, quiete, pacifice et integre et hereditarie, reddendo inde annuatim dicto Iohanni et heredibus suis vel assignatis unam sagittam barbatam ad festum sancte Margarete virginis pro omni servitio seculari, exactione, sectis et demandis. Pro hac autem donatione, concessione et presenti carte *[f142v]* confirmatione et quieta clamatione dedit mihi dicta Iohanna mater mea quamdam summam pecunie in mea magna necessitate. Ita quod nec ego Rogerus nec aliquis alius nomine meo aliquid iuris vel clamii in predicta terra vel eius pertinentiis de cetero exigere vel vendicare poterimus. In cuius rei testimonium presenti carte sigillum meum apposui et cetera.

Note: Date based on Jordan le Francays of Swinton and his wife Joan, see note preceding **no. 392.** This was the land Roger bought from John of Swinton who was also known as John son of Petronella and as John Perunnell **[no. 1041].** Joan granted this land to Nostell Priory **[no. 401].**

1043. Confirmation and quitclaim with warranty by Joan late wife of Jordan le Francays of Swinton to her son William of all right or claim to all her land, meadow and rents in Swinton, rendering annually to Joan a rose [rent]. For this William gave Joan 1*m* of silver. f142v/p. 352

[first half 13th century]

Rubric: Carta Iohanne uxoris Ior[dani].

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Iohanna quondam uxor Iordani le Franceys de Swynton' salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse et omnino de me quieta clamasse Willelmo filio meo et heredibus suis vel suis assignatis totum ius quod habui vel habere potui in tota terra mea, prato et redditu infra villam de Swynt' et extra mihi iure aliquo contingentem; habend' et tenend' dicto Willelmo et heredibus suis vel suis assignatis libere, quiete, pacifice,

integre et honorifice cum omnibus libertatibus et asyamentis in bosco, in plano, in pratis, pascuis, viis et semitis et omnibus aliis libertatibus ad dictam terram, pratum et redditum pertinentibus sine aliquo retenemento infra dictam villam et extra, reddendo inde annuatim mihi in vita mea unam rosam tantum ad nativitatem sancti Iohannis Baptiste pro omnibus servitiis secularibus, exactionibus et demand[is]. Pro hac vero donatione, concessione, confirmatione et quieta clamatione dedit mihi predictus Willelmus filius unam marcam argenti. Ego vero predicta Iohanna totam predictam terram cum prato et redditum prenominato Willelmo et heredibus suis vel suis assignatis warantizabo, acquietabo et defendebo contra omnes homines quamdiu vixero. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui et cetera.

Note: Date based on Jordan le Francays of Swinton and Joan his wife, see note preceding no. 392 for dating and this family. John le Francays and Joan had two sons: Roger and William. Both Joan and Jordan gave extensive land in Swinton and Mexborough to Nostell Priory and it is not clear if the land granted here to William was excluded or included in the grants to Nostell Priory: however a large segment of the missing folios of the Cartulary concern land in Swinton make complete reconstruction of land transactions in this locale problematic [nos. 392, 403, 1045, 1046, and see Chapter V].

1044. Quitclaim with warranty in pure and perpetual alms by Joan late wife of Jordan [le] Francays of Swinton to the prior and convent of 2 acres of land in the *cultura* called Horsecroft in Swinton [described]. f142v/p. 352

[first half 13th century]

Rubric: Carta eiusdem.

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris Iohanna quondam uxor Iordani Franceys de Swynt' salutem in Domino. Noveritis me in mea libera viduitate et legitima potestate mea dedisse, concessisse de me et heredibus meis et omnino quietumclamasse dominis meis priori et conventui sancti Oswaldi de Nostel in puram et perpetuam elemosinam duas acras terre in territorio de Swynton' integre iacentes in quadam cultura que vocatur Horsecroft, inter terram dictorum prioris et conventus ex una parte et terram Iohannis filii Henrici ex altera; tenend' et habend' dictas duas acras terre cum omnibus pertinentiis suis et aysiamentis, libertatibus suis dictis priori et conventui libere, quiete et integre. Ita quod nec ego nec heredes mei nec assignati per nos in dictis duabus acris terre aliquid iuris vel clamii exigere neque vendicare poterimus. Ego vero et heredes mei predictas duas acras terre predictis dominis meis priori et conventui sancti Oswaldi de Nostel in puram et perpetuam elemosinam sicut predictum est contra omnes gentes warantizabimus, defendemus inperpetuum et acquietabimus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui et cetera.

Note: Date based on Jordan le Francays of Swinton and Joan his wife who were active in the first half 13th century, see note preceding no. 392. Jordan and Joan had granted a half acre of meadow in Horsecroft to Nostell Priory and this grant may have augmented that holding [no. 392].

1045. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Joan late wife of Jordan [le] Francays of Swinton in her widowhood of all her meadow with arable land in Swinton between the land of John Perunnel [Petronella] and the land of the prior and canons. f142v/p. 352

[first half 13th century]

Rubric: Carta eiusdem.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos et cetera Iohanna quondam uxor Iordani Francys de Swynton' salutem eternam in Domino. Noveritis me in viduitate mea et legitima potestate dedisse, concessisse et hac presenti

carta mea confirmasse priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel totum pratum meum cum terra arabili adiacente iuxta Hephawedic inter terram Iohannis Perunnel et terram dictorum prioris et conventus pro salute mea et heredum meorum in liberam, puram et perpetuam elemosinam ab omni servitio seculari et demanda. Et ego Iohanna et successores mei dictum pratum et dictam terram cum pertinentiis suis et aysiamentis contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui et cetera.

Note: Date based on Jordan le Francays of Swinton and Joan his wife who were active in the first half of the 13th century, see note preceding **no. 392**. John Perunnel was also known as John son of Petronella and sold land to Roger son of Jordan and Joan **[no. 1042]**.

1046. Quitclaim with warranty in her widowhood by Joan late wife of Jordan [le] Francays of all right or claim from her inheritance to the lands and meadow in Swinton which the canons have from Jordan. f142v/p. 352

[first half 13th century]

Rubric: Carta eiusdem.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos et cetera Iohanna quondam uxor Iordani Franceys salutem in Domino. Noveritis me in propria viduitate mea et legitima potestate mea dedisse, concessisse et pro me et heredibus meis quieta clamasse inperpetuum dominis meis priori et conventui sancti Oswaldi de Nostel totam terram et pratum cum pertinentiis quam habent de Iordano quondum viro meo in Swyntona de heritagio meo in puram et perpetuam elemosinam. Ita quod nec ego nec assignati heredum meorum aliquo iure aliquid iuris vel clamii inposterum in dicta terra et prato poterimus vendicare. Et ego et heredes mei predictam terram et pratum cum omnibus pertinentiis predictis dominis meis priori et conventui sancti Oswaldi de Nostel' in puram et perpetuam elemosinam sicut predictum est warantizabimus, acquietabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei. *[f143r]*

Note: Date based on Jordan le Francays and Joan his wife, see note preceding **no. 392**. Jordan and Joan granted at least 19 acres of land in Swinton and Mexborough to Nostell Priory and this quitclaim probably pertained to that grant **[no. 392]**. Joan was also a benefactor to Nostell Priory in her own right **[nos. 401-403, 1044]**. Joan inherited land from her father Adam son of Richard of Swinton, sharing the estate with her sisters Eda, wife of Richard Hyde, and Agnes wife of Henry Prudfot [see notes preceding **nos. 363, 392**].

1047. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Thomas Auveray of Swinton of a rood of arable land in the field of Swinton [described]. f143r/p. 353

[13th century, before 1294]

Top margin: C[arta] Thome Auveray de Swinton'.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas Auveray de Swynton' dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostell' et eorum successoribus unam rodam terre arabilis in campo de Swynton' super Dicfurlanges inter terram dictorum prioris et conventus et terram domine Alicie de Bella Aqua iacentem; cuius unum caput abuttat super Wathesdic et aliud super gardinum dictorum prioris et conventus in Swyntona; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus, in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum suis pertinentiis et aysiamentis solutam et quietam ab omni servitio seculari, exactione, consuetudine et demanda. Et ego Thomas predictus et heredes mei aut successores qualescumque dictam rodam terre dictis priori et conventui et eorum successoribus, sicut

predictum est, in omnibus et contra omnes gentes et mulierum dotes warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on association of Thomas Auveray, Alice de Bellew and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Alice Bellew and her husband Thomas were donors to Nostell Priory, [see note no. 383] and occurred between 1246 - 1277 [*Yorks F. 1232-1246*, p. 131; *Yorks Quo Warranto*, pp. 44, 56]. Thomas Auveray occurred only one other time in the Cartulary but only the rubric of his document survives [no. 1022].

Note to nos. 1048-56. In the charters which follow Walter of Brampton granted to Nostell Priory the land in Swinton he had received directly from Rayner of Morthen and also from Cecilia Worsborough, daughter of Beatrice wife of Rayner of Morthen. The charters are a compilation of titles to the lands Walter acquired: 6 acres above a field called Bernischoles in Swinton and 13$^{1/2}$ acres with a capital toft in Swinton. The only timeframe which can be isolated for these transactions is based on the mention of Thomas Bellew and Robert of Paris, who were mentioned together in another land transaction [no. 1041]. Thomas Bellew occurred from 1244 through to at least 1277 [see no. 383 for dating]. Thus the transactions below occurred in the last half 13th century the latest limit of 1294 provided by the latest entry made by Scribe B [see Chapter V].

1048. Grant with warranty by John of Rotherham to Rayner of Morthen of all the land with the woods above Bernescholes in the fields of Swinton [described] which he had bought from Ranulf Gris, rendering annually to John 2*s* and to the prior and convent of Worksop [Nottinghamshire] 2*d.* f143r/p. 353

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Iohannis d' Roderham.

Sciant universi presentes et futuri quod ego Iohannes de Roderham dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Raynero de Morthyng' et heredibus suis vel assignatis totam terram cum bosco quam emi de Ranulfo Gris super B[er]nescoles in campo de Swynton' sicut iacet in longitudine et latitudine sine omni retenemento inter terram dicti Rayneri ex una parte et limitem qua itur versus Addwyc ex altera et abuttat super terram prioris et conventus de Bretona versus orientem et super terram Ranulfi Baret versus occidentem; tenend' et habend' dicto Raynero et heredibus suis et assignatis cum omnibus pertinentiis suis libere, quiete, pacifice, integre, honorifice, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis vel assignatis duos solidos, medietatem ad festum sancti Martini in hyeme et aliam medietatem ad Pentecosten et duos denarios priori et conventui de Wyrkesope terminis prenotatis pro omni servitio seculari, consuetudine et demanda. Ego vero predictus Iohannes et heredes mei vel assignati prenotatam terram cum bosco et omnibus eorum pertinentiis warantizabimus, acquietabimus et defendemus contra omnes homines inperpetuum. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding for dating. Rayner of Morthen granted this land to Walter of Brampton and the property probably consisted of a third of a messuage, 3 acres of arable land and 3 acres of land all in Swinton [see no. 1049 for grant, see no. 1049, 1054-55 for description of land]. The house of Augustinian canons of Worksop, Nottinghamshire, was founded by William de Lovetot after 1119 [KH, pp. 145, 180].

1049. Grant by Rayner of Morthen to Walter of Brampton of all right to the land with wood above Bernescholes in the fields of Swinton [described], namely that which Rayner bought from John of Rotherham, rendering annually to John 2*s* and to the prior and convent of Worksop [Nottinghamshire] 2*d.* f143r/p. 353

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Rayneri de Morthyng.

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris Raynerus de Morthyng salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et omnino quietum clamasse Waltero de Bramton' et heredibus suis de me et heredibus meis inperpetuum totum ius meum quod habui vel habere potui in tota illa terra cum bosco quam emi de Iohanne de Roderam super B[er]nescales in campo de Swynton' sicut iacet in latitudine et longitudine inter terram meam ex una parte et limitem qua itur versus Addwyc et abuttat super terram prioris et conventus de Bretona; tenend' et habend' eidem Waltero et heredibus suis vel assignatis libere, quiete, pacifice, hereditarie cum pertinentiis, faciendo inde annuatim Iohanni de Roderham et heredibus suis duos solidos et priori et conventui de Wyrk[e]sope duos denarios pro omni seculari consuetudine, sectis curie et demand[is]. Ita scilicet quod nec ego nec heredes mei nec assignati per nos unquam aliquod ius nec clamium in predicta terra nec in bosco exigere nec vendicare poterimus. Et ut hec mea donatio, concessio, quietaclamatio rata sit et stabilis huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding no. 1048 for dating. Rayner of Morthen received this land from John of Rotherham [no. 1048]. Walter of Brampton granted this land to his son John and subsequently to Nostell Priory [nos. 1054-56]. See no. 1054 for a description of the land.

1050. Grant with warranty by Rayner of Swinton to Cecilia daughter of Beatrice his late wife of a portion of her inheritance from her mother Beatrice, namely a toft, a rood of land, 3 perches and $7^{1/2}$ acres of land in Swinton and Adwick [upon Dearne, various locations described]. This grant is for her sustenance and not to reduce her inheritance but because of her poverty. After his death she may claim her full inheritance. ff143r-v/pp. 353-54

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Rayneri de Swyntona.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Raynerus de Swynton' salutem. Sciatis me concessisse Cecilie filie Beatricis quondam uxoris mee unam partem hereditatis sue que debet ei descendere per Beatricem matrem suam in Swynton, videlicet unum toftum cum edificiis in villa de Swyntona, istud quod iacet inter terram Roberti de Parys ex una parte et terram sancti Iohannis ex altera sicut iacet sine aminucione in capitali tofto, unam rodam in latitudinem per medium, unam acram in eodem tofto versus occidentem unde unde [*sic*] unum caput buttat super boscum; et tres perticas que buttant super Foxlund et super viam; et unam acram sub bosco de Addewyc; et unam acram super Wyitelay iacentem propinquiorem Mekesburg'; et dimidiam acram in B[er]nescales iuxta terram Roberti de Parys; et unam acram in Rumes que buttat super B[er]nescales inter terram Willelmi de Wath et terram Matild[is] uxoris Alexandri; et unam acram [*f143v*] in Brocholeclif iacentem propinquiorem terre domini Thome de Bella Aqua et buttat super terram eiusdem Thome; et unam acram ad Dalegreue in Lestores inter terram eiusdem Thome ex una parte et terram prioris sancti Oswaldi ex parte altera; et unam acram ad exitum ville de Swynton versus Kylnehy<r>st', unde unum caput buttat super boscum de Swyntona et aliud super viam inter terram Willelmi de Wath ex una parte et terram Matild[is] de le Hale ex altera. Hec autem omnia concessi dicte Cecilie ad sustentationem suam non propter causam auferendi plenam hereditatem suam sed propter quamdam inopiam quam in illam video. Et sciendum quod dicta Cecilia et heredes sui vel cui assignare voluerit possunt post decessum meum recuperare plenam hereditatem per omnia sibi iure hereditario contingentem sine aliqua contradictione heredum vel assignatorum meorum. Ad hec omnia fideliter warantizanda et conservanda dicte Cecilie vel cui assignare voluerit presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Note: Date based on mention of Thomas Bellew who occurred frequently between 1244 and 1277 [see no. 383]. Rayner of Swinton was also known as Rayner of Morthen [nos. 1048-49]. Cecilia daughter of Beatrice, [also styled Cecilia of Worsborough] when a widow, granted her entire inheritance to Walter of Brampton [no. 1051] which consisted of 13$^{1/2}$ acres and a capital messuage in Swinton, indicating that Rayner in this document granted her half the acreage of her inheritance and retained the capital messuage for himself [see no. 1055 for her inheritance].

1051. Grant in her widowhood by Cecilia daughter of Beatrice late wife of Rayner of Swinton to Walter of Brampton of all her inheritance from her mother of land in many places in Swinton and Adwick [upon Dearne] and la Leye [Thurnscoe]. For this Walter gave Cecilia a sum of money. f143v/p. 354

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Cecilie de Swyntona.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Cecilia filia Beatricis quondam uxoris Rayneri de Swyntona concessi et hac presenti carta mea confirmavi Waltero de Bramton et heredibus vel assignatis suis totam hereditatem meam habui vel habere potui in plena hereditate que fuit dicte Beatricis matris mee in omnibus locis tam in Swyntona quam in Addwic en La Leye; tenend' et habend' dicto Waltero et heredibus vel assignatis suis cum pertinentiis, libertatibus et asyamentis ad dictam terram et tenementa pertinentibus in pratis, in pasturis, in viis, semitis, in moris et in omnibus aliis locis de me et heredibus meis inperpetuum. Et sciendum quod ego prenominata Cecilia in viduitate et in ligia potestate corporis mei omnem hereditatem meam tam in edificiis quam in terris habui vel habere debui in villis prenominatis concessi dicto Waltero et assignatis suis pro quadam summa pecunie quam dedit mihi premanibus in magna necessitate mea. Et notandum quod dictus Walterus et heredes vel assignati sui possunt recuperare, adquirere omnia que mihi nomine hereditatis mee possint contingere sine aliqua contradictione heredum vel assignatorum meorum ad maiorem securitatem presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding no. 1048 for dating. This grant must have occurred after the death of Rayner of Morthen, who had retained part of Cecilia's inheritance until his own death [no. 1050]. Cecilia daughter of Beatrice [also known as Cecilia of Worsborough] also arranged that Walter of Brampton would provide to her a life time annuity of a half penny which was probably agreed at the same time as this grant [no. 1052]. Walter of Brampton granted this land first to his son John and subsequently to Nostell Priory [nos. 1054-56].

1052. Grant in her widowhood by Cecilia daughter of Beatrice the late wife of Rayner of Swinton to Walter of Brampton of her full inheritance from her mother of land in many places in Swinton, Adwick [upon Dearne] and la Leye [unlocated], rendering annually to Cecilia for her lifetime a half-penny. After her death the services revert to the lords of the fee. f143v/p. 354

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta eiusdem.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Cecilia filia Beatricis quondam uxoris Rayneri de Swyntona in viduitate mea et in ligia potestate corporis mei concessi, dedi et hac presenti carta m[ea] confirmavi Waltero de Bramton et heredibus suis vel assignatis totam hereditatem meam quam habui vel habere potui in plena hereditate que fuit dicte Beatricis matris mee in omnibus locis tam in Swyntona quam in Adwyc et in La Leye; tenend' et habend' dicto Waltero et heredibus vel assignatis suis cum omnibus pertinentiis, libertatibus et asyamentis ad dictam hereditatem et tenementa pertinentibus in pratis, in pasturis, in viis et semitis, in moris et in omnibus aliis locis usque in feodo et hereditate de me et heredibus meis inperpetuum; reddendo inde annuatim mihi tantum in vita mea aput Bramton' ad Natale Domini unum obolum pro omni seculari servitio,

exactione et demanda et pro omni re ad terram pertinente. Prefatus vero Walterus et heredes vel assignati sui possunt recuperare et adquirere omnia que mihi nomine hereditatis possunt contingere sine aliqua contradictione, heredum vel assignatorum meorum. Pro hac autem donatione et presentis carte confirmatione et warantia, dedit mihi predictus Walterus unam summam pecunie pre manibus in magna mea necessitate. Et sciendum quod omnia servitia, consuetudines dicte hereditati pertinentes post obitum meum sine aliqua calumpnia dominis feodi revertentur. Ego vero dicta Cecilia et heredes mei dicto Waltero et heredibus vel assignatis suis omnia predicta tam in terris quam in edificiis warantizabimus et defendemus contra omnes gentes inperpetuum. Ad maiorem huius rei securitatem presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding **no. 1048** for dating. Cecilia granted land to Walter of Brampton probably at the same time as this annuity was arranged [**no. 1051**]. Walter of Brampton granted this land to his son John and subsequently to Nostell Priory [**nos. 1053-56**].

1053. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Walter of Brampton to the canons of all the land in Swinton which he held of the gift of Cecilia of Worsborough, saving for himself a third part of a messuage with 3 acres of arable land and 3 acres of wood in Swinton, which he held of the gift of Reyner of Morthen. ff143v-144r/pp. 354-55

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Walteri de Bramtona.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Walterus de Bramton dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam totam terram quam habui ex dono Cecilie de Wyrk[e]sburg' in villa et territorio de Swynt' cum omnibus suis pertinentiis, salva mihi tertia parte unius mesuagii una cum tribus acris terre arabilis et tribus acris bosci in villa *[f144r]* et territorio de Swynton quas habui ex dono Reginaldi de Morthyng' cum omnibus pertinentiis, libertatibus, aysiamentis tam in pratis, pascuis et pasturis, boscis infra et extra villam de Swynton dictis tenementis pertinentibus; tenend' et habend' dictis canonicis et suis successoribus in puram et perpetuam elemosinam de me et heredibus meis quiete, solute ab omni seculari servitio. Et ego predictus Walterus et heredes mei predicta tenementa ut predictum est predictis canonicis et suis successoribus contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding **no. 1048** for dating. The land which Cecilia of Worsborough granted was her inheritance from her mother Beatrice wife of Rayner of Morthen [**nos. 1051, 1052**]. The land which Walter held from the gift of Rayner of Morthen was probably the land Rayner of Morthen received from John of Rotherham [**nos. 1048, 1049**]. Walter granted this land to his son John and ultimately to Nostell Priory [**nos. 1054-56**].

1054. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Walter of Brampton of all the land in Swinton which he had of the gift of Cecilia of Worsborough daughter of Beatrice the late wife of Rayner of Morthen and 6 acres of land and wood in Swinton which Walter had from the gift of Rayner. f144r/p. 355

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Walteri de Bramtona.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Walterus de Bramton dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis Deo ibidem servientibus in liberam,

puram et perpetuam elemosinam totam terram quam habui ex dono et concessione Cecilie de Wyrkesburg' filie Beatricis quondam uxoris Rayneri de Morthyng eam iure hereditario in villa et territorio de Swynton contingentem, una cum sex acris terre et bosci quas habui ex dono et concessione Rayneri predicti in territorio super B[er]nescales, iacentes cum omnibus pertinentiis suis libertatibus, aysiamentis tam in pratis, pascuis, pasturis, moris, mariscis, boscis, aquis et viis quam in omnibus aliis eiusdem ville communis et proficuis sine ullo retenemento; tenend' et habend' dictis canonicis et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam, solutam et quietam ab omni servitio seculari, consuetudine, exactione et demanda. Et ego Walterus et heredes mei totam terram predictam cum bosco et prato et omnibus suis pertinentiis sicut predictum est dictis canonicis et eorum successoribus in omnibus et contra omnes homines et mulierum dotes, warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding **no. 1048** for dating. This grant includes the land he received from Cecilia of Worsborough [**nos. 1051, 1052**] and the land he received from Rayner of Morthen [**nos. 1048, 1049**]. This document must follow **no. 1053** where he granted to Nostell Priory the land he held from Cecilia but retained the land he had received from Rayner of Morthen. Walter had previously granted this land to his son John whose quitclaim must be time-coincident with this grant [**nos. 1055, 1056**].

1055. Grant with warranty by Walter of Brampton to John his son of all the land in Swinton which he held of the gift of Cecilia of Worsborough, namely 13$^{1/2}$ acres with a capital toft and 6 acres of land and wood in Bernescoles [Swinton] which he held of the gift of Rayner of Morthen, rendering annually to Walter 2*s.* f144r/p. 355

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Walteri eiusdem wille [*sic*].

Sciant presentes et futuri quod ego Walterus de Bramton dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Iohanni filio meo et heredibus suis vel assignatis totam illam terram quam habui ex dono et concessione Cecilie de Wyrkesburg', scilicet xiiij. acras et dimidiam cum capitali tofto in villa de Swynton, sex acras terre et bosci quas habui ex dono et concessu Reginaldi de Morthing in territorio de Swynton' sicut iacent; tenend' et habend' eidem et heredibus suis vel assignatis libere, quiete, integre in feodo et hereditario cum pratis et omnibus pertinentiis, libertatibus et aysiamentis dicte terre et dicto tofto pertinentibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis duos solidos duobus terminis, scilicet medietatem ad Pentecost' et aliam medietatem ad festum sancti Martini in hyeme pro omni seculari servitio, consuetudine, secta curie et demanda. Et ego Walterus et heredes mei totam predictam terram cum tofto predicto Iohanni et heredibus suis vel assignatis warantizabimus, acquietabimus et contra omnes gentes, defendemus inperpetuum. Et ut hec mea donatio et carte huius confirmatio rata sit stabilis huic presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: See note preceding **no. 1048** for dating. Walter of Brampton acquired these two parcels of land separately, from Rayner of Morthen [**nos. 1048, 1049**] and from Cecilia daughter of Beatrice [**nos. 1050-52**]. Probably subsequent to this grant to John, Walter granted this land to Nostell Priory [**nos. 1053, 1054**]. John quitclaimed his right to the land when his father granted it to Nostell Priory [**no. 1056**].

1056. Quitclaim by John son of Walter of Brampton of all right and claim to all the land with wood, meadow, and easements in Swinton which his father had from the gift of Cecilia of Worsborough

daughter of Beatrice the late wife of Rayner of Morthen from her inheritance, and 6 acres of land and wood in Bernescoles [Swinton] which his father had from the gift of Rayner of Morthen. f144r/p. 355

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Iohannis filii Walteri.

Noverint universi quod ego Iohannes filius Walteri de Bramton dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi et omnino de me et heredibus meis inperpetuum quietumclamavi priori et conventui de sancto Oswaldo et eorum successoribus totum ius et clamium quod habui vel habere potui in tota illa terra cum bosco et prato et omnibus suis pertinentiis et aysiamentis quam pater meus habuit ex dono et concessione Cecilie de Wyrkesburg filie Beatricis quondam uxoris Rayneri de Morthing' eam iure hereditario in villa et territorio de Swynton contingentem et in sex acris terre et bosci in territorio predicto super B[er]nescoles iacentibus quas etiam habuit ex dono et concessione predicti Rayneri de Morthing'. Ita quod nec ego Iohannes predictus nec heredes mei nec aliquis ex parte nostra ius vel clamium in dictis terris, bosco et prato cum suis pertinentiis et aysiamentis de cetero exigere poterimus quoquomodo vel vendicare. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera. [*f144v*]

Note: See note preceding no. 1048 for dating. John received this land from his father Walter [no. 1055]. This quitclaim from John must follow his father's grant of the land to Nostell Priory [no. 1054]. Also see nos. 1048-55 for a complete compilation of the transactions concerning this land.

1057. Grant with warranty by Thomas de Bellew and Alice his wife to Jordan le Francays and Joan his wife of land in the field of Swinton [described] in exchange for a toft [described] in Swinton. f144v/p. 356

[first half 13th century]

Rubric: Carta Thome de Bella Aqua et Alicie uxoris sue.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas de Bella Aqua et Alicia uxor mea dedimus et concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus Iordano le Franceys et Iohanne uxori sue et heredibus eorum unam terram [*sic*] in campo de Swynton, scilicet ad Stanlauue et iacet inter terram Thome molendinarii et forerdum aldus et habens in se lx[a] percatas et unam in longitudine et unam perticatam in latitudine; tenendam et habendam sibi et heredibus eorum libere et quiete in excambio pro uno tofto quod iacet inter nostrum capitale toftum et toftum quod Adam de Holand tenet de Henrico de Barneburg in longitudine xl[a] perticat<a>s[a] et [v] et in latitudine unam perticatam et dimidiam et se extendit de magna via in Swynton usque ad rivulum. Et nos et heredes nostri warantizabimus et defendemus predictis Iordano et Iohanne et heredibus eorum contra omnes homines predictam terram pro predicto escambio inperpetuum. Hiis testibus et cetera.

[a] ms corrected from *perticates.*

Note: Date based on Thomas de Bellew and his wife Alice, see no. 383 for further information. Also see note preceding no. 392 for information concerning Jordan le Francays and his wife Joan. Adam de Hoyland was probably a toponymic for Adam son of Richard of Swinton, the father of Joan wife of Jordan le Francays. Henry of Barnburgh occurred in no. 412 and was the nephew of Geoffrey son of Roger of Alderthwaite [no. 409].

1058. Quitclaim with warranty in free, pure and perpetual alms by Richard son of Agnes del Ker to the prior and canons of a bovate of land and an acre of meadow in Swinton. f144v/p. 356

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta Ricardi filii Agnetis.

Omnibus Cristi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris Ricardus filius Agnet[is] del Ker salutem in Domino. Nov[erit] me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse et quietum clamasse de me

et heredibus meis inperpetuum priori et conventui de sancto Oswaldo et successoribus suis unam bovatam terre cum pertinentiis et unam acram prati in territorio et pratis de Swynton sine retenemento; tenend' et habend' eisdem priori et conventui in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum omnibus libertatibus et aysiamentis infra villam et extra. Et ego dictus Ricardus et heredes mei vel successores totam dictam terram cum omnibus pertinentiis suis dictis canonicis contra omnes homines et dotes mulierum warantizabimus, acquietabimus et defendemus. In cuius rei testimonium presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Dating based on relationship with Juliana Prudfot, see note preceding no. 363. Richard was probably the son of Agnes by her second husband whose forename is not known; Agnes was married first to Henry Prudfot and she was a co-heiress of her father Adam son of Richard of Swinton, sharing her inheritance with her sisters Eda and Joan [see note preceding no. 392 and nos. 361, 384]. Richard's half sister was Juliana Prudfot who was also a benefactor of Nostell Priory [see no. 1059].

1059. Sale and quitclaim by Juliana Prudfot in her widowhood of all right and claim to the rents of 5*s* from the lands of Swinton which she held for her lifetime from the prior and canons and which they have from her gift. For this the prior and canons gave Juliana a sum of money. f144v/p. 356

[November 1224 x 18 November 1240]

Rubric: Carta Iulianne Prudfot.

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Iuliana Prudfot eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me in legitima viduitate mea et ligia potestate mea quietaclamasse priori et conventui sancti Oswaldi de Nostel' pro quadam summa pecunie mihi tradita redditum quinque solidorum in quo mihi tenebantur per cartam suam in tota vita mea pro terra de Swinton quam habui de dono meo et mea concessione. Ita scilicet quod nec ego nec aliquis ex parte mea aliquid iuris vel clamii in dicto redditu ratione alicuius conventionis aliquo tempore inter nos habite poterimus vendicare. Volo etiam quod si aliquid scriptum penes me vel penes aliquem quicumque fuerit contingat de predicto redditu aliquo tempore reperiri tamquam inane et nullius valoris reputetur. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum duxi apponendum. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Henry de Prudfot and Juliana Prudfot. Henry de Prudfot was still alive 11 November 1224 [no. 886] and Juliana Prudfot occurs as late as 1240 [no. 370]. See note preceding no. 363 for dating, her history and a summary of her transactions with Nostell Priory.

1060. Quitclaim by Jordan of Mexborough, called Leleface, to the prior and canons of all right or claim to lands, rents and tenements in Swinton which the prior and canons have from his ancestors. f144v/p. 356

[12th x 13th centuries, before 1294]

Rubric: Carta Iordani Mekesburg'

Omnibus Cristi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris Iordanus de Mekesburg' dictus Leleface salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra me remisisse, concessisse et omnino inperpetuum pro me et heredibus meis quietumclamasse priori et conventui sancti Oswaldi et qui pro tempore erunt totum ius et clamium quod habui vel aliquo modo potui habere in terris, redditibus et tenementis cum omnibus suis pertinentiis que vel quas dicti prior et conventus habent ex dimissione antecessorum meorum quorumcumque in villa et territorio de Swyntona. Ita quod nec ego dictus Iordanus nec heredes mei nec aliquis nomine meo vel heredum meorum aliquod ius vel clamium in dictis terris, redditibus et tenementis cum

suis pertinentiis de cetero exigere vel vendicare poterimus quoquomodo. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. The ancestry of Jordan of Mexborough is not known and there is insufficient information in this document to identify the lands, rents and tenements for which he quitclaimed his right. The primary donors of land in Swinton were the Salvain family and the descendants of Adam son of Richard of Swinton and he may be related to the later [see note preceding no. 352 for the original grants of Osbert (I) Salvain and notes preceding no. 392 and note of no. 383, concerning the descendants of Adam son of Richard of Swinton].

1061. Grant with warranty by Hawis daughter of Osmund in her widowhood to William of Cadeby of all her part of the garden that lies at the spring in Swinton [described] in exchange for the part of the toft which had been her father's in Swinton and which William had. f144v/p. 356

[mid-12th century]

Rubric: Carta Hawys.

Sciant presentes et futuri quod ego Hawys filia Osmundi in mea viduitate et propria potestate dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo de Kateby et heredibus suis totam partem meam quam habui in orto quod iacet aput fontem in Swyntona sicut predicta pars iacet in longitudine et latitudine inter partem predicti Willelmi et viam; tenend' et habend' eidem Willelmo et heredibus suis libere et quiete in escambio pro parte quam idem dictus Willelmus habuit in tofto quod fuit Osmundi patris mei in Swintona. Et ego predicta Hawys et heredes mei warantizabimus et defendemus predicto Willelmo et heredibus suis totam predictam partem predicti orti cum pertinentiis pro escambio predicte partis predicti tofti contra omnes homines inperpetuum. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera. *[f145r]*

Note: Date based on association of Matthew le Brito, lord of Denby and Isabel, widow of William of Cadeby. Matthew le Brito was living in the mid-12th century [see note preceding no. 373 for explanation of dating]. Osmund le Sutherine had three daughters who were co-heiresses: Isabel, wife of William of Cadeby, Wymark and Hawis. This grant by Hawis to her sister's husband allowed each of the sisters to consolidate their inheritance. See note preceding no. 373 for dating and further information.

1062. Quitclaim in her widowhood by Emma daughter of Jordan son of Henry the skinner of Swinton of all right and claim by inheritance to the lands and tenements in Swinton which the prior and convent hold. f145r/p. 357

[12th x 13th centuries, before 1294]

Rubric: Carta Emme filie Iordani.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Emma filia Iordani filii Henrici Pelliparii de Swyntona remisi et quietum clamavi pro me et heredibus meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel totum ius et clamium quod habui vel habere potui in terris et tenementis que dicti prior et conventus tenent in Swyntona in quibus mihi ius seu clamium competebat ratione hereditatis vel successionis a quocumque predecessorum meorum. Ita quod nec ego nec aliquis ex parte mea nec nomine meo ius vel clamium in dictis terris seu tenementis quocumque nomine censceantur habere vel vendicare poterimus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui et cetera.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Nothing is known of the individuals named here. Other documents concerning the family might have been copied onto the folios which the 15th century index indicated had information on Swinton [no. 1].

1063. Sale and quitclaim with warranty by Richard of Hyde and Eda his wife to Jordan [le] Francays of Swinton and Joan his wife of all right to the lands and rents, escheats and wards in Swinton, [Nether] Hoyland and Alderthwaite. For this Jordan gave Richard and Eda 10*m* 6*s* of silver. f145r/p. 357

[first half 13th century]

Rubric: Carta Ricardi de Hyda et Ydonee uxoris eius.

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris Ricardus de Hyde et Ydonia uxor eius salutem in Domino. Noveritis nos in magna necessitate nostra vendidisse et quietum clamasse Iordano Francisco de Swynton et Iohanne uxori sue et heredibus eorum et assignatorum suorum totum ius nostrum quod habuimus vel habere potuimus in terris et redditibus et escaetis et wardis in Swintona et Holand et Allerwait inperpetuum pro decem marcis et vj. solidis argenti per manum Iordani dicti nobis premanibus pacatis. Ita videlicet quod nec nos nec heredes nostri in dictis terris, nec in reditibus, nec in escaetis, nec in wardis, aliquod ius vel clamium de cetero habere vel exigere poterimus. Et nos et heredes nostri warantizabimus dictam venditionem et dictas terras et redditus et escaetas et wardas dictis Iordano et Iohanne uxori eius et heredibus eorum vel assignatis eorum contra omnes homines. Hiis testibus et cetera.

Note: For dating and family relationships see note preceding no. 392. Eda occurred in a land transaction with the Priory of Monk Bretton in 12 November 1226 x Michaelmas term 1240 concerning land granted by her father, Adam although it is not clear if she had married Richard of Hyde at that time, as he was not mentioned [no. 1066]. Eda and Joan were co-heiresses of their father Adam son of Richard of Swinton. This quitclaim by Eda and Richard may have been a sale of Eda's inheritance or a release of any claim to land which Joan inherited. Eda and Richard had quitclaimed Eda's patrimony to Joan and Jordan but the transactions may be separate [no. 1064]. The land which Richard of Hyde and Eda were granting in this transaction to Jordan and Joan probably included the land which Jordan granted to Nostell Priory and his wife confirmed after Jordan's death [nos. 392, 1046].

1064. Quitclaim with warranty by Richard of Hyde and Eda his wife to Jordan [le] Francays of Cadeby and Joan his wife of all claim which they have by the patrimony of Eda to land and rents in Swinton, rendering annually to Richard and Eda a pair of white gloves worth a half-penny. For this Jordan and Joan gave Richard and Eda 10*m* of silver. f145r/p. 357

[first half 13th century]

Rubric: Carte eiusdem supra.

Sciant presentes et futuri quod ego Ricardus de Hyde et Edus uxor mea concessimus et quietum clamavimus Iordano Francisco de Kateby et Iohanne uxori sue pro decem marcis argenti quas nobis dederunt pre manibus totam illam terram cum omnibus pertinentiis sine aliquo retenemento tam in servitiis quam in redditibus quam habuimus in Swynton' de patrimonio predicte Edus; tenend' et habend' eisdem Iordano et Iohanne et heredibus eorum libere, quiete, hereditarie cum omnibus pertinentiis et libertatibus dicte terre infra villam de Swynton et extra pertinentibus, reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris quasdam albas cyrotecas de precio unius oboli ad Natale Domini in villa de Swynton pro omni servitio, consuetudine et demanda, salvo forinseco servitio quod pertinet predicte terre. Et nos predicti Ricardus et Edus et heredes nostri warantizabimus totam predictam terram cum omnibus pertinentiis predictis Iordano et Iohanne et heredibus eorum contra omnes homines imperpetuum. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on occurrence of Eda daughter of Adam son of Richard. Eda occurred in a land transaction with the Priory of Monk Bretton 12 November 1226 x Michaelmas term 1240 [no. 1066]. Eda and Joan were sisters and with their other sister Agnes were co-heiresses of Adam son of Richard. For dating and family relationships see note preceding no. 392. This is the only instance in the Cartulary where Jordan le Francays was styled 'of Cadeby' but based on the other charters of Jordan le Francays it was the same individual.

1065. Notification by Roger of Swinton and Adam his brother that they are dividing between them the 2 bovates of land in the vill of [Nether] Hoyland of their inheritance. Roger is to retain the bovate of land that was William Ferlete's and Adam retains the bovate of land that was the earl Aylsi. Adam paid to Roger 12*d* for all services pertaining to Roger from the surplus which Adam had from the bovate of land in [Nether] Hoyland. For this gift and confirmation Adam gave to Roger 2*s* 6*d*. f145r/p. 357

[first half 13th century]

Rubric: Carta Rogeri de Swyntona et A. fratris eius.

Sciant presentes et futuri quod ego Rogerus de Swynton et Adam frater meus dividimus duas bovatas terre in villa de Holand de nostra hereditate: ita scilicet quod illa bovata terre remanet Rogero de Swynton que fuit Willelmi Ferlete illi et heredibus suis et altera bovata terre que fuit Aylsi comitis remaneat Ade fratri Rogeri de Swynton iure hereditario illi et heredibus suis. Et sciendum est quod predictus Adam persolvet dicto Rogero de Swynton et heredibus suis xij. denarios duobus terminis, reddendo scilicet vj. denarios ad Pentecost' et vj. denarios ad festum sancti Martini pro omni servitio et consuetudine ad me pertinente, propter surplusagium quod habet Adam de illa bovata terre quam tenet de predicto Rogero et heredibus suis in villa de Holand. Pro hac autem donatione et confirmatione dedit mihi predictus Adam duos solidos et vj. denarios de recognitione. Hiis testibus et cetera.

Note: For dating and family relationships see notes preceding **nos. 363, 392.** Adam was the father of Joan wife of Jordan le Francays, Agnes wife of Henry Prudfot and Eda wife of Roger of Hyde. Adam granted the assarts of his land called Aylsirode and Clayrode and land in Harlay to the priory of Monk Bretton who subsequently leased the land to Eda one of three daughters of the said Adam [**no. 1066**]. His daughters Joan and Agnes granted land to Nostell Priory as well.

1066. Lease with warranty by Prior Adam and the monks of [Monk] Bretton to Eda daughter of Adam son of Richard of Swinton of the land in [Nether] Hoyland which Adam gave to the monks, namely an assart called Clayrode, and assart called Aylsirode [Nether Hoyland] and 2 acres of land in Harlay [Wentworth, described], rendering annually to the monks 2*s*. ff145r-v/pp. 357-58

[12 November 1226 x Michaelmas term 1240]

Rubric: Carta Ade prioris et monacorum de Bretona.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit Adam prior et monachi de Bretton salutem. Noverit universitas vestra nos dedisse et concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Ydonie filie Ade filii Ricardi de Swynton et heredibus suis pro homagio et servitio suo quamdam terram in territorio de Holanda quam Adam pater eiusdem Ydonie nobis donavit, videlicet essartum quod vocatur Clayrode et essartum quod vocatur Aylsirode sine retenemento et duas acras terre in Harlay inter terram Henrici de Novo Mercato et terram Galfridi *[f145v]* de Alwrthwait; tenend' et habend' sibi et heredibus suis de nobis libere, quiete et honorifice cum omnibus aysiamentis et libertatibus et communis predicte ville de Holanda tante terre pertinentibus, reddendo inde annuatim ecclesie nostre duos solidos videlicet xij. denarios as Pentecost' et xij. denarios ad festum sancti Martini pro omni servitio et exactione nobis pertinentibus. Hanc autem donationem et concessionem predicte Ydonie et heredibus suis contra omnes homines warantizabimus quamdiu carta donatoris nostri quam inde habemus nobis warantizare poterit. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rule of Adam, prior of Monk Bretton Priory. Prior Adam of Monk Bretton Priory occurred as early as 12 November 1226 and his successor occurred Michaelmas term 1240 [Smith, *Heads* II, p. 236]. For family relationships see note preceding **nos. 363, 392.** At the time of this charter Monk Bretton Priory was probably still a Cluniac house dependent upon St John's of Pontefract, it became an independent Benedictine

house in 1279 [KH, p. 101]. See note preceding **no. 392** for information concerning Eda widow of Richard of Hyde; Adam son of Richard of Swinton was Eda's father and this land was probably part of the land mentioned in **no. 1065.**

1067. Quitclaim by Eda widow of Richard of Hyde in her widowhood to the prior and convent of all right and claim to the land the prior and canons have in Swinton from the gift of Jordan le Francays and Joan his wife and her sister, namely 16 acres of arable land and an acre of meadow in Swinton. For this quitclaim the prior and convent gave her $5^{1/2}m$ of silver. f145v/p. 358

[first half 13th century]

Rubric: Carta Ydonee relicte Ricardi de Hyde.

Universis presens scriptum visuris vel audituris Ydonia relicta Ricardi de Hyda salutem in Domino. Noverit universitas vestra me in libera potestate et legitima viduitate mea remississe, resignasse et omnino quietumclamasse de me et heredibus meis sive successoribus meis quibuscumque religiosis viris priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel totum ius et clamium quod habui vel habere potui in illa terra de Swynton cum prato et aliis suis pertinentiis sine retenemento quam de eisdem petii et pro iuris hereditario vendicavi per breve domini regis quod in se specificavit sexdecim acras terre arabilis et unam acram prati coram iusticiis itinerantibus apud Ebor' sive ibi plus fuerit sive minus quam videlicet terram cum prato et suis pertinentiis dicti religiosi habuerunt de dono Iordani le Franceys et Iohanne uxoris eius sororis videlicet mee in villa de Swynton post dimissionem quam eisdem Iordano et Iohanne fecerat Ricardus de Hyda quondam vir meus, cui in vita sua contradicere non potui. Ita scilicet quod nec ego Ydonia nec heredes mei sive successores mei quicumque vel aliquis alius ex parte nostra aliquam accionem, ius vel clamium in dicta terra vel prato cum suis pertinentiis vendicare vel exigere seu contra eosdem religiosos occasione predicta questionem movere poterimus inperpetuum. Pro hac autem remissione, resignatione et quietaclamatione dederunt mihi predicti prior et conventus quinque marcas argenti et dimidiam ad perpetue pacis et securitatis confirmationem. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: For dating and family relationships see note preceding **no. 392.** The land which Eda quitclaimed may have been part of the land which was granted by Jordan and his wife Joan [**no. 392**] and may also have represented the land described as Eda's patrimony [**no. 1064**].

1068. Grant and confirmation with warranty by Richard son of Toke of Carcroft to Ellis of Langthwaite of $26^{1/2}$ acres of land in Thornhurst [Owston, described], rendering annually to Richard $4s\ 6d$; if Richard cannot warrant for the $10^{1/2}$ acres in Thornhurst which Ellis held of Richard son of Robert of Carcroft he will grant in exchange $10^{1/2}$ acres of land in Havercroft [described] to Ellis, for which both Richard son of Toke and his heir William will warrant. For this Ellis gave to Richard son of Toke 40*s*. f145v/p. 358

[late 12th century]

Rubric: Carta Ricardi filii Thoke.

Sciant presentes et futuri quod ego Ricardus filius Toke de Kercroft concessi et dedi et hac mea presenti carta confirmavi Elye de Langewait et heredibus suis pro homagio suo et servitio viginti sex acras terre et dimidiam in Thornhyrst per percatam octodecim pedum et dimidii; tenendas de me et heredibus meis in feodo et hereditate libere et quiete in bosco et plano et aquis et pratis et pascuis et mora, in viis et semitis, et introitu et exitu, et in omnibus libertatibus ad illam terram pertinentibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis quatuor solidos et vj. Denarios, scilicet duos solidos et tres denarios ad Pentecost' et duos solidos et tres denarios ad festum sancti Martini. Et si ego Ricardus et heredes mei non poteriums warantizare predicto Elye

et heredibus suis decem acras et dimidiam in Thornhyrst quas ipse Elyas tenuit de Ricardo filio Roberti de Kercroft. Ego Ricardus et heredes mei dabimus ipsi Elye et heredibus suis escambia in Hauercroft, scilicet decem acras et dimidiam per predictam percatam xviij. pedum et dimidii. Et si contingat quod ego Ricardus et heredes mei demus ei et heredibus suis escambium predictarum x. acrarum et dimidie in Hauercroft, ipse Elyas et heredes sui habebunt liberos introitus et exitus, eundi et redeundi, ad illam terram lucrandum, scilicet seminandam et componendam. Hoc escambium decem acrarum et dimidie ubique warantizand' predicto Elye et heredibus suis si opus fuerit et conventionem predictam eis tenendam affidavimus ego Ricardus et Willelmus heres meus. Pro hac vero concessione et donatione et confirmatione dedit nobis prefatus Elyas xl^{a} solidos de recognitione. Hiis testibus Willelmo de Langewait et Thoma fratre suo et Willelmo de Atona, Waltero de Bonitona, Rad[ulfo] filio Rad[ulfi], Hugone filio Willelmi de Langewait et Iohanne filie Willelmi de Atona, Hugone de Scalceby et multis aliis. [*f146r*]

Note: Date based on Ellis of Langthwaite and Richard son of Toke. Ellis of Langthwaite occurred in the late 12th century as a tenant of William Fossard [*EYC* II, nos. 1024-45]. Richard son of Toke of Carcroft occurred 1180 x 1195 [*EYC* III, no. 1585, p. 376]. Richard son of Robert of Carcroft occurred 1175 x 1185 [*EYC* III, no. 1550, p. 230]. The witnesses confirm this timeframe: William of Acton, Walter of Bovinton and Ralph son of Ralph occurred together as witnesses in 1192 [*EYC* II, no. 1039]; John son of William of Acton occurred in the late 12th x early 13th centuries [*EYC I*, nos. 381, 413, 508].

Note for nos. 1069-75. Robert of St Paul occurred as early as 1195 x 1210 and probably as late as 4 June 1246 [*EYC I*, no. 448; *Yorks F. 1232-1246*, p. 143]. Robert of St Paul entered into transactions with individuals who also were active in the same timeframe: Ellis of Langthwaite who occurred in the late 12th century [note preceding no. 583] and Robert of Langthwaite son of Ellis of Langthwaite occurred from as early as 1190 x c.1210 [*EYC I*, no. 533] and as late as 1244 [nos. 585, 643]. Robert of St Paul had a son Maurice who acted as his attorney in February 1218/9 [*Yorks F. 1218-1231*, p. 26]. A descendant of Robert of St Paul, also styled Robert of St Paul, occurred with Eudo of Langthwaite and as Eudo can be placed as an adult in the mid-13th century the younger Robert of St Paul can be similarly dated [no. 1072]. In the charters which follow Ellis of Langthwaite was identified as holding land of Richard uncle of Robert of St Paul and also had a tenurial relationship to Robert of St Paul [no. 1069]. It is not clear who Richard was and based on placement in the charter he could have been Richard son of Toke or Richard son of Robert of Carcroft both of whom occurred in land transactions with Ellis of Langthwaite [no. 1068].

1069. Confirmation with warranty by Robert of St Paul to Ellis of Langthwaite of 16 acres of land in Thornhurst [Owston], namely that near the land which Ellis held of Robert's uncle Richard, and common pasture in his fee of Skellow and Carcroft [Owston], rendering annually to Robert 4*s*. For this Ellis gave to Robert 4*m* of silver. f146r/p. 359

[late 12th century]

Rubric: Carta Roberti de Sancto Paulo.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus de Sancto Paulo concessi et dedi et hac mea presenti carta confirmavi Elye de Langewait et heredibus suis sexdecim acras terre in Thornhirst iuxta terram quam tenuit de Ricardi awunculo meo et communem pasturam feodi mei de Scelehale et de Kercroft; tenendas de me et heredibus meis in feodo et hereditate libere, quiete in bosco in plano, in aquis et pratis, in pascuis et omnibus aliis libertatibus, reddendo annuatim mihi et heredibus meis quatuor solidos pro omnibus servitiis, scilicet duos solidos ad Pentecost' et duos solidos ad festum sancti Martini. Has predictas sexdecim acras ego Robertus et heredes mei predicto Elye et heredibus suis contra omnes homines warantizabimus vel escambium dabimus eis ad valenciam et etiam ego et heredes mei warantizabimus eum et heredes suos de

secta comitatus, wapentac et de omnibus sectis pro hiis quatuor solidis annuatim reddendis. Pro hac vero concessione et donatione dedit mihi predictus Elyas quatuor marcas argenti. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Ellis of Langthwaite. Ellis of Langthwaite occurred in the late 12th century [see note preceding no. 583]. Robert of St Paul occurred from as early as 1195 x 1210 and as late as 4 June 1246 [*EYC I*, no. 448; *Yorks F. 1232-1246*, p. 143]. This may be part of the land which Richard son of Toke confirmed to Ellis [no. 1068].

1070. Confirmation with warranty by Robert son of Ellis of Thornhurst to Adam son of Richard of Hoton of an acre of land in the fields of Thornhurst [Owston, described], rendering annually to Robert 6*d.* For this Adam gave Robert half a mark. f146r/p. 359

[mid-13th century]

Rubric: Carta Roberti filii Elye.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus filius Elye de Thornhyrst dedi et concessi et hac mea carta confirmavi Ade filii Ricardi de Hoton et heredibus eius unam acram terre in campis de Thornhyrst que iacet in australi angulo inter terram meam propriam et inter moram; tenend' de me et heredibus meis in feodo et hereditate, libere et quiete et honorifice in bosco, in plano, in pascuis, in moris, in mariscis, in turbariis et in omnibus liberis communis et aysiamentis et libertatibus libero tenemento pertinentibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis vj. denarios pro omni servitio et demanda, scilicet tres denarios ad festum sancti Martini et tres denarios ad Pentecosten. Et ego Robertus et heredes mei warantizabimus eidem Ade et heredibus eius predictam acram terre cum omnibus predictis libertatibus contra omnes homines. Et pro hac concessione et donatione dedit mihi idem Adam dimidiam marcam de recognitione. Hiis testibus.

Note: Date based on Robert son of Ellis of Langthwaite, here styled of Thornhurst. Robert of Langthwaite occurred in the mid-13th century, see note preceding no. 583. This land was subsequently granted by Adam then styled 'le Breton of Thornhurst' with his daughter Denise in marriage to Richard son of Swain of Shaftholm [no. 1076] and the rent was granted by Robert of Langthwaite to Nostell Priory [no. 1078]. Denise, in her widowhood quitclaimed the land to Nostell Priory [no. 1079]. Between the time this grant was issued and the time of Denise's quitclaim the land which Robert owned next to this acre was described as the land of Nostell Priory [nos. 1076, 1077].

1071. A duplicate of no. 1069 with a variation of the warranty clause. f146r/p. 359

[late 12th century]

Rubric: Carta Roberti de sancto Paulo.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus de Sancto Paulo concessi et dedi et hac mea presenti carta confirmavi Elye de Langwait et heredibus suis sexdecim acras terre in Thornhyrst iuxta terram suam quam habet de Ricardo awunculo suo et communem pasturam feodi mei de Scelhale et Kercroft; tenend' de me et heredibus meis in feodo et hereditate, libere et quiete in bosco et plano, aquis et pratis, et pascuis et omnibus aliis libertatibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis quatuor solidos pro omnibus servitiis, scilicet duos solidos ad Pentecost' et duos solidos ad festum sancti Martini. Has predictas sexdecim acras warantizabimus ei et heredibus suis ego et heredes mei vel escambium dabimus eis ad valentiam. Pro hac vero concessione et donatione dedit mihi prefatus Elyas quatuor marcas argenti. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based as in no. 1069. The warranty clause differs from the document above in that Robert of St Paul had previously warranted the land against '*secta comitatus, wapentac et de omnibus sectis*' but the rent and the effect was the same. The charter may have been attached to the charter which follows and which confirms this transaction, the scribe then shortening the warranty clause.

1072. Confirmation with warranty by Robert of St Paul to Robert of Langthwaite of 27 acres of land in Thornhurst [Owston] in accordance with the agreement between Robert de St Paul's ancestor Robert de St Paul and Ellis father of Robert of Langthwaite, and a toft of half an acre of land in Havercroft, namely that which was Ralph the brother of Richard son of Toke's, rendering annually to Robert of St Paul 4*s* 6*d* for the 27 acres and 1*d* for the toft of half an acre. f146r/p. 359

[mid-13th century]

Rubric: Idem carta eiusdem.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus de Sancto Paulo concessi, dedi et hac presenti carta mea confirmavi Roberto de Langewait et heredibus suis vel cuicumque assignare voluerit viginti septem acras terre in Tornhyrst' secundum divisam que facta fuit inter Robertum de Sancto Paulo antecessorem meum et Elyam patrem dicti Roberti, simul cum toto fossato quod est inter mesuagium quod fuit Ricardi filii Toke et mesuagium quod fuit predicti Elye. Et preter hec dedi ei unum toftum in Hauercroft dimidie acre iuxta toftum quod fuit Rad[ulf]i fratris dicti Ricardi versus moram; tenend' et habend' de me et heredibus meis in feodo et hereditate, libere et quiete in omni communa et aysiamento libero feodo meo de Kercroft et de Oustona pertinente, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis quatuor solidos et vj. denarios pro predictis xxvij. acris et unum denarium pro predicto tofto dimidie acre duobus terminis, scilicet medietatem ad Pentecosten et aliam medietatem ad festum sancti Martini pro omni servitio. Et ego Robertus de Sancto Paulo et heredes mei warantizabimus predictam terram et toftum cum pertinentiis predicto Roberto de Langewait et heredibus suis vel assignatis contra omnes homines inperpetuum. In cuius rei testimonium huic carte sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera. *[f146v]*

Note: Date based on Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Robert of St Paul, the elder, occurred in the late 12th x early 13th century [see note preceding no. 1069]. Robert of Langthwaite occurred at a similar timeframe [see note preceding no. 583]. The agreement confirmed was concluded in the mid-13th century and provides the earliest limit of this charter. The relationship between this Robert of St Paul and the original donor is unknown [see note preceding no. 1069]. Ralph brother of Richard of Toke occurred 1175 x 1185 [*EYC* III, no. 1550].

1073. Grant with warranty by Robert of Langthwaite to his son Eudo of Langthwaite of all his land in Thornhurst [Owston], except the annual rent of 6*d* which Robert's sister Matilda rendered to Robert for a toft in Suthwra [unlocated], Eudo rendering annually to Robert 4*s* 7*d*. f146v/p. 360

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Roberti de Langthait.

Omnibus Cristi fidelibus hoc presens scriptum visuris vel audituris Robertus de Langewait salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et presenti carta mea Eudoni de Langewait filio meo pro homagio et servitio suo totam terram meam quam habui vel habere potui in Thornherst', excepto quodam annuo redditu vi. denariorum quos Matild[is] soror mea et heredes ipsius Matild[is] mihi solebant reddere pro quodam tofto in Suthwra; tenend' et habend' eidem Eudoni et heredibus suis libere, quiete, pacifice et integre cum omnibus pertinentiis et aysiamentis suis infra villam et extra, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis quatuor solidos et vij. Denarios, medietatem scilicet ad Pentecost' et aliam medietatem ad festum sancti Martini pro omni servitio, exactione et demanda. Et ego predictus Robertus et heredes mei totam predictam terram cum omnibus pertinentiis et libertatibus suis predicto Eudoni et heredibus suis contra

omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Robert of Langthwaite, see note preceding **no. 583**. Eudo of Langthwaite occurred on 26 July 1269 [*Yorks F. 1246-1272*, p. 174] and was a benefactor of Nostell Priory granting land in Thornhurst that he had received from his father [**no. 406, 407**]. Matilda was a daughter of Ellis of Langthwaite [see note preceding **no. 583**].

1074. Grant with warranty in free and perpetual alms by Robert of St Paul to the prior and canons of all land in Thornhurst [Owston] with meadow, and ditches, free entry and exit and use of all common land of his fee and they may pasture their animals where they wish, rendering annually to Robert 4*s* 7*d* of silver. He grants them full licence to acquire lands, rents and tenements in his fee.
f146v/p. 360

[late 12th x mid-13th centuries]

Rubric: Carta Roberti de Sancto Paulo.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus de sancto Paulo concessi et hac presenti carta mea confirmavi pro me et heredibus et successoribus meis Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam et perpetuam elemosinam totam terram in Thornhyrst cum prato et fossatis, internis et externis sicut est totaliter cum libero introitu et exitu pro voluntate eorumdem et totam communam usque per totum feodum meum cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus et aysiamentis, in mora, pasturis, pratis, semitis, viis, mariscis, turbariis, boscis, ayis, aquis et piscariis ubicumque voluerint pasturare cum averiis suis quibuscumque sine contradictione aliqua et impedimento alicuius, reddendo mihi et heredibus meis per annum quatuor solidos et vij. denarios argenti, medietatem ad festum sancti Martini et aliam medietatem ad Pentecost' pro omnibus servitiis, sectis curie, wapentag[iis], exactionibus et secular[ibus] demand[is] mihi vel alicui pertinentibus. Preterea do eisdem canonicis licentiam plenam ingrediendi, possidendi, perquirendi omnes terras, redditus et tenementa que vel quas possunt perquirere aliquo tempore de hominibus meis quibuscumque in toto feodo meo ad me et ad successores meos pertinente in posterum ut possit ea omnia in pace retinere et pro voluntate disponere et proficere sine impedimento aliquo mei vel meorum et hec omnia eisdem canonicis pro me et successoribus meis quibuscumque et heredibus confirmo et concedo. Ego vero Robertus predictus et heredes mei et successores totam predictam terram et omnia predicta cum omnibus pertinentiis suis eschaetis vel pertinente debuntur dictis canonicis et suis successoribus contra omnes homines, debitores, iudeos et dotes mulierum warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei impressione feci roborandum. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Robert of St Paul, see note preceding **no. 1069** for further information. Robert of St Paul quitclaimed to Nostell Priory his right to the annual rent [**no. 1075**]. The family of Robert of Langthwaite had a tenurial relationship to Robert of St Paul as the land and the rents mentioned here and in Robert of St Paul's confirmation of Robert of Langthwaite's grants [**no. 1072**].

1075. Quitclaim by Robert of St Paul to the prior and canon of all right or claim to the tenement and the annual rent of 4*s* 7*d* which the canons paid him for their tenement in Thornhurst [Owston].
f146v/p. 360

[late 12th x mid-13th centuries]

Rubric: Carta eiusdem.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Robertus dictus de Sancto Paulo salutem in Domino. Noveritis me pro salute anime mee omnino remisisse et quietumclamasse de me et heredibus meis assignatis vel successoribus meis quibuscumque inperpetuum dominis priori et conventui sancti Oswaldi de Nostell' annuum redditum quatuor solidorum et vij. denariorum quos mihi solebant reddere per annum pro tenemento suo de Thornhyrst in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Ita quod nec ego Robertus nec aliquis ex parte nostra heredum, assignatorum vel successorum meorum in dicto redditu vel dicto tenemento in posterum aliquid iuris vel clamii poterimus exigere vel vendicare vel per aliqua rei aliquam disturbationem infra divisas dicti tenementi aliquo tempore facere sed dictis priori et conventui et successoribus eorum totum dictum redditum et tenementum contra omnes homines, debitores quoscumque et dotes mulierum warantizabimus, acquietabimus et defendemus ubique et inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto [sigillum meum[a]] apposui. Hiis testibus et cetera.

[a] ms *sigilliman.*

Note: Date based on Robert of St Paul, see note preceding no. 1069 for further information. The rent in question was granted by Robert of St Paul to Nostell Priory, perhaps time coincident with this transaction [no. 1074].

1076. Grant with warranty by Adam le Breton of Thornhurst to Richard son of Swain of Schaftholm with the marriage of his daughter Denise, of an acre of land and buildings in the field of Thornhurst [Owston, described], rendering annually to Robert son of Elias 6*d.* ff146v-147r/pp. 360-61

[mid-13th century]

Rubric: Carta Ade le Breton.

Sciant presentes et futuri quod ego Adam le Breton de Thornhyrst concessi, dedi et hac presenti carta mea confirmavi Ricardo filio Swain de Schaftholm' in liberum maritagium cum Dyonisia filia mea et heredibus ab eisdem procreatis unam acram terre cum [*f147r*] pertinentiis et edificiis superedificatis in campo de Thornhyrst que iacet in australi angulo inter terram Roberti filii Elye ex una parte et moram ex altera; tenend' et habend' de me et heredibus meis, sibi et heredibus ab eisdem procreatis in feodo et hereditate libere, quiete et integre sine aliquo retenemento cum omnibus pertinentiis suis libertatibus et aysiamentis in boscis, planis, pascuis, moris, mariscis, turbariis et in omnibus aliis aysiamentis dicto tenemento ubique pertinentibus, reddendo inde annuatim Roberto filio Elye et heredibus suis pro me et heredibus meis vj. denarios, scilicet, tres denarios ad Pentecost' et tres denarios ad festum sancti Martini in yeme et mihi et heredibus meis unam acram ad natale Domini pro omni servitio seculari, consuetudine, exactione, secta curie et demanda. Ego vero predictus Adam et heredes mei warantizabimus et in omnibus defendemus predictam acram terre cum pertinentiis ut predictum est predicto Ricardo et Dyonisie et heredibus ab eisdem procreatis contra omnes homines inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripti sigillum meum apposui, et cetera.

Note: Date based on Robert son of Ellis of Langthwaite. This land was granted by Robert son of Ellis of Thornhurst [Langthwaite] to Adam son of Richard of Hoton, styled here Adam le Bretun [no. 1070]. Denise in her widowhood granted the land to Nostell Priory [no. 1077]. The rent of 6*d* was owed to Robert who then demised it to Henry de Goyz of Skellow to be paid by Nostell Priory [no. 1078]. Henry de Goyz of Skellow quitclaimed the rents to Nostell Priory [no. 1079].

1077. Quitclaim by Denise daughter of Adam le Breton of Thornhurst in her widowhood of an acre of uncultivated land in the fields of Thornhurst [Owston, described], namely that which she had as a gift from her father. f147r/p. 361

[mid to late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Dyonisie filie Ade le Breton.

Sciant presentes et futuri quod ego Dyonisia filia Ade le Bretun de Thornhirst' in legitima viduitate mea dedi, concessi et omnino quietumclamavi de me et meis omnibus Deo et ecclesie sancti Oswaldi et dominis meis priori et conventui ibidem Deo servientibus unam acram terre in campo de Thornhyrst quam habui ex dono predicti patris mei que quidem acra terre iam non colitur sed versa est in pratum, sicut iacet in longitudine et latitudine in australi angulo campi prenominati inter terram predictorum prioris et conventus ex parte una et moram ex altera; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum omnibus libertatibus, communis et aysiamentis libero tenemento pertinentibus sine retenemento. Et ego Dyonisia predicta et heredes mei ac successores qualescumque dictam acram terre cum suis pertinentiis dictis priori et conventui et eorum successoribus in omnibus et contra omnes warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium presens scriptum et cetera.

Note: Date based on grant of this land to Denise's father by Robert son of Ellis of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Adam le Breton of Thornhurst [son of Richard of Hoton] was granted this land by Robert son of Ellis of Langthwaite who was active in the mid-13th century [see note no. 1070]. Denise received this land as her *maritagium* from her father [no. 1076]. Denise was still alive when Robert of Langthwaite granted the 6*d* rent to Nostell Priory [no. 1078] but the date of her husband's death, Richard son of Swain of Schaftholm, is unknown.

1078. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Robert of Langthwaite of Bramham to the prior and convent of the annual rent of 4*s* from Roger Lambert son of Thomas Lambert with half a bovate of land with tofts and crofts (containing 9 acres in Carcroft and Skellow [Owston]) and the annual rent of 6*d* from Richard son of Swain of Schaftholm and Denise his wife for land in Thornhurst [Owston, described] for which the canons will render annually to Henry Goyz of Skellow 6*d* for the 4*s* worth of rent. f147r/p. 361

[mid-13th century]

Rubric: Carta Roberti de Langtwait.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Robertus de Langewait de Brameham salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse dominis meis priori et conventui sancti Oswaldi de Nostel annuum redditum quatuor solidorum cum dimidia bovata terre cum toftis et croftis adiacentibus, contingentibus in se novem acras terre cum pertinentiis in villa et territorio de Kercroft et Scelhale percipiend' per manus Rogeri Lambert filii Thome Lambert et successorum suorum; tenend' et habend' dictis priori et conventui in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum homagio et servitiis dictorum Rogeri et suorum successorum, releviis, eschaetis et proficuis quibuscumque contingentibus libere, quiete et pacifice cum communis et aysiamentis et pertinentiis omnibus infra dictas villas et extra ad tantum tenementum pertinentibus. Preterea dedi eisdem priori et conventui redditum vj. denariorum cum quadam parte terre infra divisas de Thornhyrst' adiacenti de eorum prioris et conventu[s] tenemento percipiend' per manus Ricardi filii Swani de Scaftholm' et Dionisie uxoris sue et heredum eorum ad duos anni terminos, medietatem scilicet ad festum sancti Martini in yeme et aliam medietatem ad Pentecost', reddendo Henrico Goyz de Scelhale et heredibus suis de quatuor solidatis per annum vj. denarios pro omni

servitio et demanda. Et ego Robertus de Langewait et heredes mei totam prenominatam terram cum dictis redditibus dictis prioris et conventui warantizabimus, acquietabimus et defendemus contra omnes homines, Iudeos, dotes mulierum, debitores quoscumque; ita quod si contingat ipsos in aliquo vexari vel disturbari ab aliquo de dictis tenementis et redditibus aliquando, ego Robertus et heredes mei escambium et equivalentiam faciemus eis in villa de Brameham de tenemento meo quam se extendit. In cuius rei testimonium ad omnia predicta observanda inperpetuum presens scriptum sigilli mei impressione pro me et heredibus meis et successoribus feci assignand'. Hiis testibus et cetera. [*f147v*]

Note: Date based on Robert son of Ellis of Langthwaite [see note preceding no. 583]. The land held by Roger son of Thomas of Lambert was not mentioned elsewhere in the Cartulary and nothing is known of them. Denise and Richard son of Swain of Shaftholme received this land from her father [nos. 1070, 1076, 1077]. Henry Goyz of Skellow quitclaimed the 6*d* which Robert of Langthwaite owed him for these tenements in Skellow [no. 1079].

1079. Grant in free, pure and perpetual alms by Henry de Goyz of Skellow to the prior and canons of the annual rent of 6*d* and all the services Robert of Langthwaite rendered to him for the tenements he held in Skellow [Owston]. f147v/p. 362

[mid x late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Henrici de Goyz.

Sciant presentes et futuri quod ego Henricus de Goyz de Skelhale dedi, concessi et presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostell' et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam annuum redditum sex denariorum et totum servitium que Robertus de Langewait mihi facere consuevit de tenementis que de me tenuit in Skelhale; tenend' et habend' dictis canonicis et successoribus suis in liberam, puram et perpetuam elemosinam sicut predictum est. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. The rent of 6*d* was to be paid by Nostell Priory as service owed for land granted the Priory by Robert of Langthwaite; his grant was probably in the mid-13th century [no. 1078].

1080. Confirmation by Humphrey de Veilly to the canons of all their land in Thornhurst [Owston], which they have of Eudo of Langthwaite. f147v/p. 362

[c. 1274 x 10 November 1280]

Rubric: Carta Humfridi de Veilly.

Omnibus Cristi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris Humfredus de Veilly salutem in Domino. Noveritis me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse priori et conventui sancti Oswaldi de Nostel totam terram suam de Thornhyrst quam habent de Eudone de Langewait in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum libero introitu et exitu ubique pro voluntate eorumdem in omnibus pertinentiis suis et communis et aysiamentis sine aliqua contradictione et vexatione mei vel meorum et solutam ab omni servitio seculari et demanda, et quicquid de dicto tenemento de Thornherst' in posterum poterunt perquirere. Do et concedo eisdem priori et conventui liberam potestatem ingrediendi et pacificam possessionem retinendi sine calumpnia et disturbatione aliqua inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Eudo of Langthwaite, Humphrey son of Robert de Veilly and the general confirmation of the grant by King Edward I. Eudo occurred 26 July 1269 with his wife Alice [*Yorks F. 1246-1272*, p. 174]. He

also occurred with his brother William (II) of Langthwaite who occurred as late as 1260 x 19 November 1281 [nos. 622, 1124] all of which suggests that Eudo of Langthwaite had an active adult life in the first three-quarters of the 13th century [see note preceding no. 646]. The transaction with Eudo suggests this was Humphrey son of Robert de Veilly who had succeeded to his father's estates by 1274 and was still alive as late as 1286 [*Yorks Quo Warranto*, p. 94; *Yorks F. 1272-1300*, p. 75]. The general confirmation of King Edward I first mentioned the grant of Eudo of Langthwaite of his land in Thornhurst, issued 10 November 1280, it provides the latest limit [no. 71]. Humphrey de Veilly held 3 knights' fee of the earl of Lincoln in the Lacy fee in 1284 [*Kirkby Inquest*, pp. 34, 39-40]. This document suggests Eudo of Langthwaite, younger son of Robert of Langthwaite, had a tenurial relationship to the Veilly family in Thornton [see note preceding no. 583]. Eudo's grant in Thornhurst was also confirmed by his father [nos. 406, 407].

1081. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by [H]umphrey de Veilly, son and heir of Robert de Veilly, to the prior and canons of all the land in Holme near Owston [multiple locations described], which Alice of Sutton once held of him and an acre of land with meadow in Holme [Owston], which his father Robert once held from John of Treeton. f147v/p. 362

[c. 1274 x 10 November 1280]

Rubric: Carta eiusdem.

Universis ad quos presens scriptum pervenerit Umfridus de Veylli filius et heres Roberti de Veylli salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac mea carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus totam terram quam Alic[ia] de Sottona quondam de me tenuit in villa et territorio de Holm' iuxta Ouston sicut iacet in eisdem campis de Holm' sine retenemento et etiam acram illam terram cum prato quam pater meus Robertus quondam tenuit de Iohanne de Tretona in dicta villa de Holm', de qua videlicet terra vij. acre terre arabilis iacent in le Brende et due acre ante ianuam quondam dicti Iohannis in campo eiusdem ville et una acra et dimidia in magno campo eiusdem ville et dimidia acra in occidentali campo eiusdem ville cum una acra prati pertinente ad dictam terram quondam dicti Iohannis, sicut se habet per particulas in campo supradicto; habend' et tenend' dictis canonicis et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum libero introitu et exitu et cum omnibus suis pertinentiis tam in moris quam in mariscis, pascuis et pasturis, piscariis et turbariis, et omnibus aliis communis, proficuis, libertatibus et aysiamentis infra villa<s>[a] de Holm' et de Oustona et extra ad dictas terras pertinentibus vel pertinere debentibus, libere, quiete et integre absque omni servitio seculari, secta curie et wapentag[io], assi[sa], exactione et demanda sicut aliqua elemosina, liberior, quietior et purior esse potest. Ego vero dictus Umfredus et heredes mei dictas terras cum prato antedicto et omnibus aliis suis pertinentiis sicut predictum est predictis canonicis et eorum successoribus contra omnes Cristianos et Iudeos, seu mulierum dotes warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

[a] ms corrected from *villam*.

Note: Date based on Humphrey de Veilly son of Robert de Veilly and the general confirmation of this grant by King Edward I. See note to no. 1080 for dating of Humphrey de Veilly. The general confirmation of King Edward I, dated 10 November 1280, records the grant of Humphrey de Veilly of two bovates of land in Holm and a *cultura* called Herewardcroft [no. 71]. In 1236 Nicholas of Treeton, perhaps a relative of John of Treeton, and Alice of Sutton wife of Eudes of Sutton were tenants of Humphrey de Veilly's mother Agnes, widow of Robert de Veilly [*EYC* III, p. 256]. John of Treeton, who was married to Cecily occurred in February 1252 in Wakefield [*Yorks F. 1246-1272*, p. 72]. John of Treeton married to Idonia occurred in 1295 x 1297 in South Kirkby and Hooton Pagnel [*Yorks F. 1272-1300*, p. 120; *Yorks Inq.* 2, pp. 18, 56].

1082. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by [H]umphrey de Veilly, knight, son and heir of Robert de Veilly, to the prior and canons of a *cultura* of land called Herewardcroft near

Thornhurst [Owston, described], which once belonged to his manor of Owston. He grants them licence to acquire lands and tenements in his fee including lands that fall to him through wardship, reliefs or secular courts. ff147v-148r/pp. 362-63

[c. 1274 x 10 November 1280]

Rubric: Item carta eiusdem.

Universis presens scriptum visuris vel audituris Umfridus de Veylli miles filius et heredes Roberti de Veylli salutem in Domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee antecessorum et successorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse in liberam, puram et perpetuam elemosinam Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus unam culturam terre iuxta Thornhyrst versus aquilonem que vocatur Herewardcroft quondam spectantem ad manerium meum de Ouston' sicut se habet in longitudine et latitudine; tenend' et habend' dictis canonicis et eorum successoribus cum omnibus suis pertinentiis, communis tam in moris quam in pasturis ad dictam culturam pertinentibus [*f148r*] et cum libero introitu et exitu animalium suorum pascendorum in mora ville mee de Ouston libere, quiete, pacifice et integre absque omni seculari servitio, secta curie, exactione et demanda sicut aliqua elemosina liberior esse potest purior et quietior. Do etiam et concedo licentiam dictis canonicis dictam culturam fossandi et ad hoc de terra mea circumquam sufficienter capiendi ad ipsam includendam et fluxum aque comprimendam et elongandam seu arbusta vel sepes undique plantandi seu construendi. Et ut ulterius utilitati dictorum canonicorum et dicte domus prospiciamus. Do et concedo eisdem licentiam terras et tenementa seu quecumque bona alia perquirendi in feodo meo ubicumque et quandocumque poterunt et viderint sibi expedire absque perturbatione seu calumpnia mei vel heredum meorum sive alicuis ex parte mea, preter terras de quibus mihi warda, relevium et secta curie acciderit. Et ego Umfridus predictus et heredes mei dictam culturam cum omnibus aliis supradictis dictis canonicis contra omnes homines Cristianos et Iudeos seu mulierum dotes warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. Ut igitur hec mea donatio, concessio et confirmatio stabilis et rata permaneat presens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on confirmation of grant by King Edward I. The general confirmation by King Edward I was the first mention of the grant of Humphrey de Veilly of the *cultura* called Herewardcroft and the king's confirmation was issued 10 November 1280 providing the latest limit [no. 71]. Humphrey de Veilly son of Robert de Veilly had inherited his father's estates by 1274, see note no. 1080 for dating.

1083. Quitclaim by Robert de Veilly son of Robert de Veilly to the prior and convent of all right and claim to 24 acres of land in Owston and Holme [Owston] near Doncaster. f148r/p. 363

[16 April 1292 x 1294]

Rubric: Carta Roberti de Veilly.

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris Robertus de Veylli filius domini Roberti de Veylli salutem in Domino sempiternam. Noveritis me remisisse, relaxasse et de me et heredibus meis omnino quietumclamasse priori et conventui sancti Oswaldi super Nostel et ecclesie sue sue [*sic*] sancti Oswaldi predicti totum ius et clamium quod habui vel aliquo modo habere potui in xx^{ti} et quatuor acris terre cum pertinentiis in villa et territorio de Ouston et Holm' iuxta Donecastre et in omnibus hiis que idem prior et conventus habuerunt in eisdem villis et territorio die confectionis huius scripti. Ita quod nec ego Robertus nec heredes mei nec aliquis nomine nostro in predictis terris et tenementis cum suis pertinentiis aliquid iuris vel clamii de cetero exigere

poterimus vel vendicare inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui et cetera.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe B and plea of Robert son of Joan Cowlan [heir of Humphrey de Veilly]. Humphrey son of Rober de Veilly inherited his estates by 1274 and he was dead by 1292 x 1294 [*Yorks Quo Warranto*, p. 94]; see no. 1085. In 1282 his son and heir was Robert de Veilly, son of Humphrey, who was at the time married to Dulcia but under age [Thompson & Clay, *Fasti Parochiales* 2, p. 13]. It is possible that the elder Robert de Veilly was a brother of Humprey de Veilly and married to Joan Cowlan [Collum] and his son was Robert de Veilly son of Robert Veilly. If this were the case then the plea entered by Robert de Veilly, son of Joan Cowlan [Collum] and heir of Humphrey de Veilly would be the originator of this document and the quitclaim was a result of the plea he brought against Nostell Priory [no. 1085]. It would also suggest that the Robert de Veilly who was married but underage in 1282: did not survive his father, left no issue, and was dead by 1292 x 1294. A notation in the right margin links this to the charter no. 1085.

1084. Quitclaim by William Turnebusk of Thornhurst to Robert of Langthwaite living in Bramham of all right and claim to all the land he held from Robert in Thornhurst [Owston]. For this Robert gave William a sum of money. f148r/p. 363

[first half 13th century]

Rubric: Carta Willelmi Turnebusc'.

Sciant et cetera quod ego Willelmus Turnebusk' de Thornhyrst concessi et omnino quietumclamavi Roberto de Langewait manenti in Brameham et heredibus suis vel assignatis totum ius et clamium quod habui vel habere potui in tota illa terra cum omnibus pertinentiis suis quam tenui de eodem Roberto in villa et campo de Thornhyrst'; tenend' et habend' in feodo et hereditate bene, in pace et integre sine aliquo retenemento. Ita scilicet quod ego Willelmus prenominatus nec aliquis heredum meorum aliquod ius, clamium sive calumpniam in predicta terra cum pertinentiis de cetero poterimus ponere, vendicare vel exigere. Pro hac autem concessione et quietaclamatione dedit mihi idem Robertus quamdam summam pecunie premanibus. In cuius rei et cetera.

Note: Date based on Robert of Langthwaite. Robert of Langthwaite occurred as early as 1190 x c. 1210 [*EYC I*, no. 533]. He occurred at least as late as 1244 [nos. 585, 643]. Nothing is known of William of Turnebusk.

1085. Proceedings between by Robert de Veilly against the prior of St Oswald before the itinerant justices at York regarding 24 acres of land in Owston near Doncaster which Robert claims to be his by right and inheritance and which the prior does not have a right of entry and Robert was unjustly disseised. According to Robert after Humphrey de Veilly's death Joan of Cowlam [Collum], mother of Robert, was made his heir. The prior said that Robert had no claim to the tenement because Robert had demised, released and quitclaimed to the prior and convent all right and claim in the tenements in Owston and Holme near Doncaster and in all tenements which the prior and convent had in the vills and provided the document which Robert had witnessed. Robert is in mercy for false claim. f148r/p. 363

[16 April 1292 x 12 June 1294]

Rubric: [*none*].

Robertus de Veilly petit versus priorem sancti Oswaldi coram Hugonem de Cressingham et sociis suis Ebor' itinerantibus xxiiij. acras terre cum pertinentiis in Ouston' iuxta Donecastr' quas clamat esse ius et hereditatem suam et in quas idem prior non habet ingressum nisi post diss[eisinam] quam Humfridus de Veilly inde iniuste et cetera fecit Iohanne de Collum matri predicti R. cuius heres ipse est post p[ma] [*sic*] et cetera. Et prior per attornatum suum venit et defendit ius suum quando et cetera et predictus R. nichil iuris clam[are] potest in predictis tenementis dicit ix. [*sic*] quod idem R. remisit, relaxavit et de se et heredibus suis omnino quietum

clamavit priori et conventui sancti Oswaldi super Nostell' et ecclesie sue sancti Oswaldi totum ius et clamium quod habui vel aliquo modo habere potuit in predictis tenementis in villen[agio] et servitio de Ouston' et Holm' iuxta Donecastr' et in omnibus tenementis que idem prior et conventus habuerunt in predicta villa. Ita quod nec heredes sue ius vel clamium in predictis tenementis cum pertinentiis exigere vel vendicare poterunt imperpetuum. Et profert quoddam scriptum sub nomine predicti R. quod hoc idem testatur unde petit iudicium si ei accio competere possit, petendi predicta tenementa et cetera. Et predictus R. non potest dedicere hoc: ideo consideratum est quod nihil capiat per breve suum sed sit in misericordia pro falso clamio suo et cetera et predictus prior inde sine die et cetera. [*f148v*]

[*f148v, p. 364, is blank. There is no other discernable medieval foliation.*]

Note: Date based on Hugh of Cressingham. Hugh of Cressingham was senior justice on the northern circuit from 16 April 1292 until 12 June 1294 [Summerson, 'Hugh of Cressingham', *DNB*, art. 6671]. The quitclaim which Robert de Veilly son of Robert de Veilly was probably for the same land mentioned here [no. 1083]. See note no. 1083 for the possible relationship of Robert de Veilly. The land was granted to Nostell Priory by Humphrey son of Robert de Veilly [nos. 1081, 1082] and confirmed by King Edward I [no. 71]. This copy was made by other than Scribe B [see Chapter V].

1086. Quitclaim by Ellen late the wife of Ralph of Chevet in her widowhood of all right and claim to a bovate of land in Hodroyd [South Hiendley] which her husband Ralph sold to John of Hodroyd, knight, and which John granted with his body to the church of St Oswald. f149r/p. 365

[mid-13th century, before 1294, probably c. 1286]

Rubric: Carta Elene de Chivet.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Elena quondam uxor Rad[ulfi] de Chyveth' salutem in Domino sempiternam. Noveritis me in libera potestate mea et ligia viduitate remisisse et quietumclamasse pro me et heredibus meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel totum ius et clamium quod habui vel habere potui in illa bovata terre cum pertinentiis in Hoderode quam Rad[ulfus] maritus meus vendidit domino Iohanni de Hoderode militi quam et idem Iohannes dedit cum corpore suo ecclesie sancti Oswaldi per cartam suam. Ita quod nec ego[a] nec heredes mei vel aliquis ex parte mea ius vel clamium in dicta bovata terre cum pertinentiis habere poterimus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

[a] ms *exgo*.

Note: Date based on John of Hodroyd and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. John of Hodroyd was dead before 20 July 1286 [*Yorks Inq.* 2, p. 52]. The bovate of land may be the same which John of Hodroyd granted to Nostell Priory and which John the vicar of Felkirk held of John of Hodroyd [no. 1088]. This document is the only indication that John of Hodroyd was buried at the church of St Oswald. See note preceding no. 500 for further information concerning John of Hodroyd. Nothing is known of Ellen or Ralph Chevet.

1087. Grant by Richard son of Moses of Hodroyd to the canons of St Oswald, in respect of the possessions of the church of Felkirk, of all the tithes of corn of both Wintersett and Ryhill [Wragby] including all oblations, mortuary dues, all tithes of corn of Upper Hiendley, Havercroft [Felkirk] and the demesne tithes of Adam son of Peter. f149r/p. 365

[last half 12th century]

Rubric: Carta Ricardi filii Moysi de Hod'ode.

Sciant tam presentes quam futuri quod ego Ricardus filius Moysi de Hoderode de pertinentiis ecclesie de Felekyrk' pro bono pacis, libere et quiete concessi et hac mea carta confirmavi Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostla et canonicis ibidem Deo servientibus omnes decimas totius bladi de duabus Wintersetis et de Ryhill'

cum omnibus obventionibus tam de vivis quam de mortuis et omnes decimas totius bladi de Parva Hyndelay et de Havercroft et de dominio Ade filii Petri et hanc concessionem me amodo inconcusse tenend' sacramenti vinculo astrinxi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Richard son of Moses of Hodroyd, sometimes known as Richard Bagot, see note preceding no. 500. Richard son of Moses occurred as early as 1144 and as late as 1170 [*EYC* III, nos. 1719, 1771]. Richard and his son John were rectors of the church of Felkirk [Thompson & Clay, *Fasti Parochiales* 1, pp. 110-11]. See Chapter IV for further information concerning the church of Felkirk.

1088. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by John of Hodroyd, knight, of a bovate of land in Hodroyd [South Hiendley], namely that which John the vicar held of him. f149r/p. 365

[mid-13th century, before July 1286]

Rubric: Carta I. de Hoderode militis.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Iohannes de Hoderode miles salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee omniumque antecessorum et successorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostell' et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam unam bovatam terre in Hoderode cum omnibus pertinentiis suis, illam scilicet quam Iohannes vicarius de eadem de me tenuit; tenend' et habend' dictis canonicis et eorum successoribus libere, quiete, integre, honorifice, in bosco et plano et omnibus aliis aysiamentis ad predictam villam de Hoderode pertinentibus, solutam et quietam ab omni servitio seculari, exactione et demanda. Ego vero Iohannes de Hoderode et heredes mei predictam bovatam terre cum omnibus suis pertinentiis, libertatibus et aysiamentis predictis canonicis et eorum successoribus in omnibus et contra omnes warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on John of Hodroyd. John of Hodroyd was the steward of Pontefract from 1246-1258 and he died before 20 July 1286 [*Yorks Inq.* 2, p. 52]. John the vicar may be John de Rosington who was instituted between September 1249 x July 1255 [no. 1092]. This may have been the bovate of land which John had purchased from Ralph of Chevet and which he granted to Nostell Priory with his body [no. 1086].

1089. Quitclaim by William son of John of Ryhill to John son of Richard the parson of Hodroyd [Felkirk] of all right and claim to a bovate of land in [South] Hiendley which Orm the clerk held of William. For this John gave William half a mark of silver. f149r/p. 365

[first half 13th century]

Rubric: Carta W. filii I. de Ryehil'.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Iohannis de Ryhil quietum clamavi pro me et pro omnibus heredibus meis Iohanni filii Ricardi persone de Hoderode totum ius et clamium quod habui vel habere potui in illa bovata terre quam Orm clericus tenuit in villa de Hindelay. Ita quod nec ego nec heredes mei aliquod ius vel clamium possimus habere versus predictum Iohannem vel heredes [mei *dotted for deletion*] suos in predicta terra. Predictus vero Iohannes dedit mihi dimidiam marcam argenti pre manibus pro hac quieta clamatione. Ego vero tactis sacrosanctis Ewangeliis coram multis iuravi quod nuncquam ego vel aliqui per me artem vel ingenium querent, unde predictus Iohannes vel heredes sui super predicta terra vexari possint. Et ut hoc perpetue firmitatis robur optineat presens scriptum sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on John son of Richard of Hodroyd [Bagot] and William son of John of Ryhill. John son of Richard of Hodroyd occurred in the first half of the 13th century [see note preceding no. 500 and nos. 501-503]. William son of John of Ryhill leased two acres of land from Nostell Priory during the rule of Prior John (1208-1237) [no. 1093].

1090. Sale with warranty by Hugh son of William of Hiendley to Denise daughter of Adam son of Orm of Birthwaite of a bovate of land in Hodryod [South Hiendley], namely that which Alan Westrais held of Hugh. For this Denise gave to Hugh $3^{1/2}m$ of silver. f149r/p. 365

[12th x 13th centuries, before 1294, possibly first half 13th century]

Rubric: Carta Hugonis filii W. de Hindelay.

Sciant presentes et futuri quod ego Hugo filius Willelmi de Hindelay dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Dyon[isie] filie Ade filii Ormi de Byrtwait pro homagio et servitio suo et tribus marcis argenti et dimidia quas mihi dedit nomine recognitionis unam bovatam terre in Hoderode cum omnibus pertinentiis, suis illam scilicet quam Alanus Westrais tenuit sibi et heredibus suis vel cuicumque assignare voluerit; tenend' de me et heredibus meis libere, quiete in feodo et hereditate in bosco, in plano et in omnibus aysiamentis que ad predictam villam pertinent; faciendo forinsecum servitium quam pertinet ad unam bovatam terre unde novem carucate terre faciunt feodum unius militis. Hanc terram prenominatam cum predictis libertatibus et aysiamentis warantizabo ego Hugo et heredes mei predicte Dyon[isie] et heredibus suis contra omnes homines. Hiis testibus. [*f149v*]

Note: Date based on the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. It is possible this bovate of land is the same which Hugh son of William sold to Denise daughter of Adam daughter of Orm based on similar names and arrangement in Cartulary and would suggest a date based on a quitclaim of this land as 'that held by Orm the clerk' [no. 1089].

1091. Lease with warranty by John of Hodroyd to Robert of Thorp of a third part of the mill of Wintersett, with mill pond and fishery, which John has a gift from Margery late the wife of John of Norfolk (father of John of Hodroyd) for the life time of Margery, rendering annually to John 2*s*. John may distrain the chattels of Robert as a penalty for non-payment. f149v/p. 366

[13th century, before 1264]

Rubric: Carta domini I. de Hoderode.

Notum sit omnibus hominibus has literas visuris vel audituris quod ego dominus Iohannes de Hoderode dimisi et concessi Roberto de Thorp et heredibus suis vel suis assignatis totam tertiam partem molendini de Wynitersete cum stagno et piscario quam habui de dono Margerie que quondam fuit uxoris Iohannis de Northfolc patris Iohannis qui nunc est; tenend' et habend' sibi et heredibus suis vel suis assignatis de me et heredibus meis libere et quiete in tota vita predicte Mariorie, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis duos solidos, scilicet duodecim denarios ad Pentecost' et duodecim denarios ad festum sancti Martini in hyeme pro omnibus servitiis et demand[is]. Et ego dominus Iohannes de Hoderod' et heredes mei dictam tertiam partem molendini cum stagno et piscario dicto Roberto de Thorp et heredibus suis vel suis assignatis in tota vita predicte Mariorie contra omnes homines et feminas warantizabimus. Et predictus Robertus concedit dicto domino Iohanni quod destringatur per omnia catalla sua usque plene ad predictos terminos sibi persolverit firmam predictam. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on subsequent grant and enfeoffment of this land before 1264. John of Hodroyd was the steward of Pontefract from 1246 until 1258 and was dead by 20 July 1286 [*Ctl. Pontefract* 1, p. 317; *Yorks Inq.* 2, p. 52]. Robert of Thorp was the brother of John of Hodroyd, see note preceding no. 500. Robert of Thorp granted

certain water rights from this mill to Nostell priory [no. 248]. Prior William leased the land to William son of John of Norfolk, brother to Robert Thorp and John of Hodroyd between 4 January 1255 x 1264 [no. 249].

1092. Notification by S. the dean and the chapter of York that when the prior and convent of St Oswald were put in possession of the vicarage of Felkirk and upon their presentation John of Bosington, chaplain, was instituted and placed in corporal possession the vicarage. The vicarage consists of all the altarage of the church, the tithes of hay of the whole parish and the tithes of sheaves of Cold Hiendly and a suitable dwelling place [*manso*] for the vicar. f149v/p. 366

[21 September 1249 x 23 July 1255]

Rubric: Littera S. decani et c[apituli] Ebor'.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint S. decanus et capitulum beati Petri Ebor' salutem in Domino sempiternam. Noveritis quod cum prior et conventus de sancto Oswaldo essent in possessione vel quasi presentandi ad vicariam de Felekirk' nos ratione possessionis ipsius dominum Iohannem de Bosington' capellanum ad eorum presentationem ad dictam vicariam admisimus ipsum que in eadem vicarium canonice instituimus ac in corporalem possessionem eiusdem induci fecimus: que quidem vicaria in hiis consistit videlicet: in toto alteragio ipsius ecclesie, in feno decimali totius parochie et decima garbarum de Kaldhindelay et competenti manso eidem vicario a predictis priore et conventu assignando. In cuius rei testimonium presentibus litteris sigillum nostrum apposuimus. Dat' et cetera.

Note: Date based on M. Sewal de Boville as dean of York. Sewal de Boville first occurred as dean of York Minster 21 September 1249, he was consecrated archbishop of York 23 July 1255 [Greenway, *La New 1066-1300: York*, p. 11]. See Chapter IV for additional information on the church of Felkirk.

1093. Lease and confirmation by Prior John and the convent to William son of John of Ryhill of 2 acres of land in South Hiendley, namely that land which Hugh son of Reginald granted in pure and perpetual alms to the canons, rendering annually 12*d* of silver. At the death William of and his heirs they will pay as relief, either the best of their livestock or 5*s* of silver, whichever the canons choose. If William or his heirs acquire more than 20 acres of land from the canons the rent will increase. f149v/p. 366

St Oswald, [c. 24 July 1208 x 27 September 1237]

Rubric: Carta I. prioris et conventus.

Omnibus ad quos presens scriptum pervenerit Iohannes prior et conventus sancti Oswaldi salutem in Domino. Noveritis nos dedisse, concessisse et presenti carta confirmasse Willelmo filio Iohannis de Ryhil duas acras terre in territorio de Suthindelay quas Hugo filius Reginaldi dedit nobis in puram et perpetuam elemosinam; tenend' et habend' de nobis sibi et heredibus suis libere et quiete cum omnibus aysiamentis et libertatibus eidem terre adiacentibus, reddendo inde nobis annuatim ille et heredes sui duodecim denarios argenti ad duos terminos, medietatem ad purificationem beate Marie et aliam medietatem ad festum sancti Petri advincula et tam ipse quam omnes heredes sui qui pro tempore has duas prenominatas acras terre tenuerint, cum contigerit eos viam universe carnis ingredi, dabunt nobis melius averium quod habuerint excepto illo quod ante eos ad ecclesiam legaverint vel quinque solidos argenti et in optione nostra erit utrum bovem vel dictos solidos habere velimus, ipsi vero aliam relevationem non facient. Et sciendum etiam est quod prefatus Willelmus et heredes sui dabunt nobis omnem terram quamcumque adquirere poterint et eamdem de nobis sub predicta firma duodecim scilicet denariorum quos pro duabus prenominatis acris solvent tenebunt. Cum autem contigerit quod adquisitio eorum viginti acras excedat predictam firmam duodecim denariorum ex tunc nobis dupplicabunt. Nos vero prefati prior et conventus prefatas duas acras

prefato Willelmo et heredibus suis warantizabimus quamdiu nobis ipsas warantizare possimus. Et ad maiorem securitatem nos predicti prior et conventus ex una parte et predictus Willelmus ex altera huic scripto sigilla nostra hinc inde apposuimus. Act' aput sanctum Oswaldum anno domini et cetera.

Note: Date based on rule of John as Prior of Nostell Priory. John was probably elected c. 24 July 1208 and he died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. This land was granted to Nostell Priory by Hugh son of Reginald of Hiendley [no. 505]. William son of John of Ryhill quitclaimed his right to a bovate of land in Cold Hiendley to John son of Richard [Bagot or son of Moses of Hodroyd] [see no. 1089].

1094. Lease in the form of a chirograph by Prior Richard and the convent to William of the refectory of a bovate of land in South Hiendley, namely that which William le Kirkeman once held of the canons, rendering annually 10*s* of silver. ff149v-150r/pp. 366-67

[16 August 1277 x 26 August 1291]

Rubric: Carta Ricardi prioris et conventus.

Omnibus Cristi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris frater Ricardus prior et conventus de sancto Oswaldo salutem in Domino. Noveritis nos dedisse, concessisse et hac presenti carta confirmasse Willelmo de refectorio et heredibus suis de corpore suo legitime genitis totam illam bovatam terre cum pertinentiis suis, mesuagiis et edificiis <et> aliis aysiamentis in villa et territorio de Suthyndelay quam Willelmus le Kyrkeman de nobis quondam [*f150r*] tenuit in eadem; tenend' et habend' dicto Willelmo et heredibus suis de corpore suo procreatis de nobis et successoribus nostris inperpetuum libere, quiete, pacifice et integre cum omnibus aysiamentis dicte terre pertinentibus infra villam et extra, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris decem solidos argenti ad duos anni terminos, videlicet, medietatem ad Pentecost' et aliam medietatem ad festum sancti Martini in hyeme pro omni servitio seculari, exactione, consuetudine et demanda. Ita quod non liceat dicto Willelmo vel heredibus suis dictam terram cum pertinentiis alicui dare, vendere vel inpignorare sine speciali licentia nostra vel successorum nostrum. Nos vero et successores nostri predictam terram cum omnibus pertinentiis suis predicto Willelmo et heredibus suis de corpore suo genitis contra omnes homines warantizabimus quamdiu feoffatores nostri illam nobis warantizaverint. In cuius rei testimonium huic scripto in modo cyrographi confecto tam nos quam predictus Willelmus sigilla nostra alternatim apposuimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rule of Richard of Warter as prior of Nostell Priory. The predecessor of Richard died 16 August 1277 and Richard died 26 August 1291 [Smith, *Heads* II, p. 439]. This may be the same bovate of land which had been granted to Nostell Priory by John of Hodroyd and leased to William son of John of Ryhill [nos. 1086, 1088-90, 1093].

1095. *Inspeximus* by Walter [de Gray], archbishop of York, of the principal grants and confirmation made by the king, popes and archbishops, and ordinations and confirmations made by his chaplains regarding the churches described below [nos. 1096-1098 below]. f150r/p. 367

[21 March 1227 x 1 May 1255]

Rubric: Littera domini Walteri Ebor' archiepiscopi.

Universis Cristi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Walterus Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas salutem, gratiam et benedictionem. Noveritis nos inspexisse donationes regum et principum confirmationes et concessiones paparum et archiepiscoporum factas ecclesie sancti Oswaldi regis et martiris de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus necnon ordinationem et confirmationem nostram et capellani

[*sic*] nostri eisdem super quibusdam ecclesiis caritative confectam sub forma subscripta. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum nostrum duximus apponendum.

Note: This document included a number of other document and the date is based on enclosure of a document made during the rule of Pope Gregory IX and the death of Archbishop Walter de Gray. The *inspeximus* included a confirmation by Pope Gregory IX to Prior John of Nostell Priory [no. 1098]. Pope Gregory IX was consecrated c. 21 March 1227 and died 22 August 1241 and his consecration provides the earliest limit. The inclusion of Pope Gregory IX's document indicates the *inspeximus* was made by Archbishop Walter de Gray who was translated to York before 10 November 1215 and died 1 May 1255 and Archbishop de Gray's death provides the latest limit. Prior John of Nostell Priory was probably elected 24 July 1208 and he died 27 September 1237 [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. The *inspeximus* also includes documents originated by Archbishop Thurstan [no. 1096], King Henry I (which includes a notation by Scribe B that King Henry III was still living) [no. 1097] and Pope Gregory IX [no. 1098].

1096. Grant by Thurstan archbishop of York to the canons of St Oswald of a prebend in the metropolitan church of St Peter, York [Minster], consisting of the churches of Bramham, Wharram [le Street], Lythe and he grants the the church of the castle of Tickhill. f150r/p. 367

[19 October 1119 x 25 January 1140, probably 1120 x 1129]

Rubric: Carta Turstini Ebor' archiepiscopi.

Turstinus Dei gratia Ebor' archiepiscopus omnibus successoribus suis salutem. Notum sit vobis me dedisse ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis eiusdem loci prebendam unam in nostra metropoli ecclesia sancti Petri Ebor' consilio et assensu totius eiusdem ecclesie capituli. Constat autem prebenda illa de ecclesia de Brameham, de ecclesia de Warrum et de ecclesia de Lyth. Preterea dedi eis ecclesiam de castello de Tykehill'. Confirmo etiam ex auctoritate nostri ministerii dona que fecerunt predicte ecclesie et rex et ceteri fideles parochie nostre. Siquis autem hanc nostram confirmationem violare presumpserit nisi digne resipiscat perpetuo anathemati subiaceat. Cunctis vero ista servantibus sit pax et peccatorum remissio et eterna cum sanctis remuneratio Amen.

Note: Date based on rule of Thurstan, archbishop of York. This document was part of the *inspeximus* of Archbishop Walter de Gray [no. 1095] and is an abbreviated version of no. 513. This document mentions the three churches which comprise the prebend of Bramham and the 'church of the castle of Tickhill' which was not part of the prebend. The prebendal churches of Bramham, Wharram le Street and Lythe were granted by Robert Fossard and confirmed by King Henry I 1120 x 1129 [nos. 33, 534]. The church of the castle of Tickhill was granted by Roger de Bulli and confirmed by King Henry I 1120 x 1 December 1123 [no. 39].

1097. Grant and confirmation by King Henry I of the church of St Oswald at Nostell and the gifts made by Robert de Lacy, Hugh de Laval and others; also the grant of the same liberties and customs as those enjoyed by St Peter, York [Minster]. A postscript notes these royal gifts were confirmed by Kings Henry II, Richard, John and the present King Henry III. ff150r-v/pp. 367-68

[1121 x 1122]

Rubric: Carte Regie[s].

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. In Cristianis temporibus totius mundane potestatis summa virtus est ut ecclesia Cristi regum et principum auctoritate ac defensione vires et incrementa suscipiat et gregis Dei religio per orbem terrarum augeatur et crescat. Ea sane regie dignitatis maxima laus est cum ad posterorum memoriam de fide et religione multa probitatis prelibantur insignia; eapropter ego Henricus Dei gratia rex Anglorum et dux Normannorum pauperes Cristi in curia celesti semper advocatos habere desiderans, utpote cuius ipsi sunt et concives simul et presules, ad eosdem tamquam ad sancte munitionis asilum confugio, ut eorum saltem merear opitulatione salvari qui de meis meritis nichil dignum sentio:

ecclesiam igitur beati Oswaldi regis et martiris, que iuxta castellum Pontisfracti in loco qui dicitur Nostlay super vivarium sita est et in qua canonici regulares ad serviendum Deo viventi per manum venerabilis Turstini Ebor' archiepiscopi constituti sunt, regie potestatis auctoritate confirmo. Donationem vero quam predicti martiris ecclesie et eusdem loci canonicis facio, videlicet totum nemus quod circa eandem ecclesiam est et quod dicitur nemus sancti Oswaldi, in perpetuum eis liberam et solutam concedo sicut uncquam Ilbertus de Laceyo vel Robertus filius eius melius et hono*[f150v]*rificentius idem nemus in dominio suo habuerunt; duodecim etiam denarios in die de firma mea propria Eboracisyre regali dono eis in perpetuum concedo; dimidiam vero carucatam terre in qua predicta ecclesia sita est et eidem ecclesie adiacet et duas bovatas terre in Herthewic, quam simul terram Robertus de Lasceyo eis dedit et concessit et Rad[ulfus] Gramaticus, quantum ad se inde spectabat, ab omni terreno servitio et omnibus regalibus consuetudinibus in perpetuum regali munificentia liberam, solutam, et quietam eis concedo. Preterea confirmo donum quod feci predicte ecclesie et canonicis eiusdem loci, videlicet ecclesias sancti Oswaldi et Aydani de Bamburg' sicut Algarus presbiter unquam eas melius tenuit, et ecclesiam de castello de Tyk'hill quam etiam habent ex dono Turstini archiepiscopi, qui prius eam meo dono possederat, cum terris et decimis et omnibus rebus que ad predictas ecclesias pertinet; donationes etiam quas fecerunt predictis canonicis principes et nobiles regni mei ego quoque potestate regali confirmo. Et preter hec quicquid beneficii vel elemosine in terris, ecclesiis ceterisque possessionibus prefate ecclesie rationabiliter collatum fuerit, ego quoque similiter gratie regalis auctoritate confirmo. Sit igitur tota elemosina predicta quieta et libera sicut et aliqua elemosinarum mearum quietior et liberior est. Denique ego Dei gratia rex Henricus do et concedo ecclesie sancti Oswaldi regis et martiris de Nostelay eandem libertatem et easdem leges et consuetudines quales etiam habet matrix ecclesia beati Petri Ebor', preter ea que ad magisterium Cristianitatis et reverentiam archepiscopalis respiciunt dignitatis; quam nimirum libertatem et consuetudinem eidem ecclesie sancti Oswaldi ab omni exactione episcopalis consuetudinis solute venerabilis Turstinus Ebor' archiepiscopus ratam et inviolabilem possidendam concessit. Nulli autem hominum meorum post hoc liceat hanc elemosinam meam et hunc locum, ob incolumitatem regni mei et salutem anime mee [et] pro animabus antecessorum meorum, videlicet patris mei Willelmi magni regis Anglorum et matris mee Matill' regine, et uxoris mee Matild[is] regine se[cunde] et Willelmi filii mei omniumque fidelium Dei defunctorum confirmatum, et omnes possessiones eius perturbare vel minuere; sed in perpetua et regali pace firma et illibata permaneant. Unde ut in posterum res firma consistat presentem paginam propria manus impressione consigno.

Et ut hec omnia prescripta confirmat Henricus rex, nepos predicti regis et filii Henrici regis secundi, Ricardus videlicet et Iohannes et dominus Henricus rex qui nunc superest.[b]

[a] ms notes in right margin '*vacat hi*[letters lost through trimming] in contemporary hand and later note '*pagina prima* [one word unknown] *ab sisa hic rescribitur*'. [b] postcript probably added by scribe.

Printed: *EYC III*, no. 1428 dated 1121-1127 with errors; *Mon. Angl.* 6, pp. 92-3 with errors. *Mon. Angl.* provides the following witnesses: +Signum Henrici regis Anglorum, +signum Turstini Eboracensis archiepiscopi, +Ricardi Herefordensis episcopi, +signum Willelmi Wintoniensis episcopi, +signum Ebrardi Norwicensis episcoi, +signum Eustachii filii Johannis, +signum Pagani filii Johannis, +signum Walteri Espec.

Printed: 'Ctl. Tockwith', no. 64 dated 7 January 1122 differs from this document but provides the following witness list and dating: David comes, Robertus filius regis, Nigellus de Albini, William Peverel de Notincham, Robert de Brus, Rogerus filius Ral', Paganus filius Iohannis, Gaufridus filius Pagani, Robertus de Olli, Hugo Bigot. Data et confirmata Westimonasterio anno ab incarnatione domini MCXXI indictione xxiiij

epacta xviij septimis idus Ianuarii concurrens v luna xxv feria in anno secundo confectionis Thurstini archiepiscopi. Ego Henricus rex Anglie et dux Normanorum ut imposterum res firma consistat presentem paginam prope meum impressionem consignavi. [B004]

Note: This document is very problematic, see Chapter II and below. This document was part of the *inspeximus* of Archbishop Walter de Gray [no. 1095]. If this was a faithful copy of the documents appended to the *inspeximus* the lack of mention of grants would suggest the purpose for which the *inspeximus* was issued was to confirm the initial temporal and spiritual endowment of Nostell Priory rather than the entire endowment. Although it is possible Scribe B himself abbreviated the documents when he copied them here or less likely that this document was created independent from the other known charters of King Henry I [B004, 'Ctl. Tockwith', no. 64]. The notation by Scribe B that King Henry III was 'still living' (*qui nunc superest*] suggests that this entry was made into the Cartulary by Scribe B before the king's death on 16 November 1272.

The document copied here appears to be a heavily abbreviated form of the general confirmation made by King Henry I and found elsewhere dated 7 January 1122 [B004; *Gesta* (Leeds, WYAS: NC/1/1/1); 'Ctl. Tockwith', no. 64]. Farrer's printed version of this document, which he ascribes to King Henry I and which he copied from Dugdale's *Mon. Ang.* vol. 6, pp. 92-93, was probably not from the original document of King Henry I but a conflation constructed by Dugdale of this document with the insertion of the individual gifts enumerated in the confirmation of King Henry II [B007] [*EYC* III, no. 1428]. This conflation has cast doubts on the authenticity of King Henry I's confirmation. Farrer acknowledged that Dugdale does not state his source and correctly suggests that '[s]ome of the gifts so enumerated were undoubtedly of later date than this confirmation' [*EYC* III, p. 130n]. However, the witness list which Dugdale provided was consistent with the general timeframe of King Henry I's confirmation issued on 7 January 1122 as contained in the Cartulary of Tockwith, a sixteenth-century creation ['Ctl. Tockwith', no. 64]. Although Dugdale's witness list does not match the witness list found in the 'Ctl. Tockwith' it is possible that, combined, they represent the original witness list [see B004 for a copy of 'Ctl. Tockwith', no. 64]. The confirmation of King Henry I in 'Ctl. Tockwith' mirrors the document here but included gifts made and includes a witness list consistent with the date given of 7 January 1122, see above .

1098. An incomplete general confirmation by Pope Gregory [IX] to Prior John and the convent of St Oswald of all the gifts recorded by popes (Adrian [IV], Alexander [III], Gregory [VIII] and Clement [III]), which granted them papal protection and the privilege of community in the rule of St Augustine. f150v/p. 368

[21 March 1227 x 27 September 1237]

Rubric: Carta domini Gregorii pape.

Gregorius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Iohanni priori ecclesie sancti Oswaldi de Nostell' eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis. Quotiens a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dinoscitur animo nos decet libenti concedere et petentium desideriis effectum congruum impertiri. Ea propter dilecti in Domino filii vestris iustis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam sancti Oswaldi de Nostel in qua divino estis obsequio mancipati ad exemplar felicis recordationis Adriani, Alexandri, Gregorii et Clementis romanorum pontificum sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. In primis siquidem statuentes ut ordo canonicus qui secundum Deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia noscitur institutus perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascumque possessiones quecumque bona eadem ecclesia inpresentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hoc propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipsum in quo prefata ecclesia sita est super vivarium cum terris, molendinis, dominiis, silvis, pratis, pascuis et ceteris hominibus et redditibus et aliis pertinentiis suis; unam prebendam in ecclesia sancti Petri Ebor' ex concessione Turstini archiepiscopi et capituli sancti Petri Ebor' que constat de ecclesia de Lith et de ecclesia de Warrum et de ecclesia de Brameham cum molend[inis] et capellis et terris et libertatibus et ceteris ad illam prebendam pertinentibus ex dono Henrici regis Anglorum primi et si duodecim denarios cotidie in

elemosinam de firma eorundem regum in civitate Ebor' terras etiam omnes et redditus quod habetis in eadem civitate; ecclesiam de [*f151r*] [*This charter is incomplete and one folio, pp.369-70, is missing.*]

Note: Date based on rule of John as prior of Nostell Priory and Pope Gregory IX. Pope Gregory IX was crowned 21 March 1227 and died 22 August 1241 and his coronation provides the earliest limit. John was probably elected c. 24 July 1208 and he died 27 September 1237 and his death provides the latest limit [Knowles, *Heads* I, pp. 179, 283]. The papal documents cited here did not survive in the Cartulary. This document was part of the *inspeximus* of Archbishop Walter de Gray [no. 1095]. The missing pages must have included the ordinations mentioned in the *inspeximus*.

1099. Grant in the form of a chirograph by Simon de Sigillo that the canons may have and maintain the mill pond called Wulgalre [Bramham] which is on his land and at a height marked by certain stones, and they may take of his land to maintain this height. For this the canons agreed that Simon shall grind 16 quarters of hard grain and as much of barley and oats, without multure. f151r/p. 371

[last half 12th century]

Rubric: Carta Symonis de Sigillo.

Omnibus has literas et cetera, Symon de Sigillo eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse priori et conventui sancti Oswaldi de Nostel ut habeant stagnum suum ad molendinum suum, quod dicitur Wlgalr' molendinum canonicorum, ad terram meam firmatum et elevatum in eodem statu in quo nunc est, sicut patet per lapides infixos supra idem stagnum ad declarandum certam mensuram elevationis dicti stagni; et capere de terra mea proximo adiacente eidem stagno versus aquilonem, sine impedimento mei vel meorum, quotiens habuerint necesse ad reparationem elevationis dicti stagni et conservationem eiusdem: ita tamen quod nec ego nec heredes mei tempore fenationis; ratione elevationis dicti stagni vel aque habundantia, fenum prati mei quod iacet idem stagnum amittamus. Pro hac autem concessione et confirmatione concesserunt mihi et heredibus meis dicti prior et conventus molere ad molendinum suum eiusdem stagni sexdecim quarteria duri bladi annuatim et totidem brasii et avene sive multura. Et ad maiorem huius rei securitatem tam ego quam predicti prior et conventus huic scripto, in modum cyrographi confecto, sigilla nostra hinc inde apposuimus. Hiis testibus, et cetera.

Printed: *EYC II*, no. 1034 dated 1160-1180.

Note: Date based on occurrence of Simon de Sigillo [de Seel]. Simon occurred as early as c.1150 x 1161 and as late as 1170 x 1185 [*EYC I*, nos. 461, 229]. In addition to acting as witness in the Fossard fee, he witnessed grants in the fees of Gant and Mowbray [*EYC I*, no. 553; *EYC* II, nos. 1246-47, 1250-51]. He was witness to a grant made by William Frankelyn of Bramham to Nostell Priory [no. 573]. He had a son named Robert [*EYC* II, no. 1230].

Note to nos. 1100-56. Robert of Langthwaite, who occurred in the 1st half of the 13th century [see note preceding no. 583], had three sons who occur in this section of the Cartulary dedicated to Bramham. His son and heir Hugh was active possibly as early as 28 October 1226 and certainly as late as 16 July 1279 and he held a half a knight's fee in Appelgard and quarter of a knight's fee in Langthwaite and Tils of Peter (II) de Mauley [*Yorks F. 1218-1231*, p. 69; *Yorks Inq.* 1, pp. 196, 200]. Robert granted land in Bramham to his son and heir Hugh who subsequently granted it to Nostell Priory [nos. 1101, 1121]. Hugh was married to Christina who was to have a life tenancy in lands he held in Bramham [no. 1117].

Robert of Langthwaite also granted to his younger son William (II) of Langthwaite, his chief dwelling, all his land in Bramham and the homage and service of Ralph of Kegworth [no. 1186]. William (II) of Langthwaite occurred as early as 20 January 1241 and frequently as a juror at inquisitions until at least as late as 5 April 1285 [*Yorks F. 1246-1272*, pp. 23n, 31n, 32n; *Yorks Inq.* 2, p. 42]. The return of Yorkshire knights' fees in 1302 indicate that William (II) of Langthwate held a quarter knight's fee of Peter de Mauley in Langthwaite and elsewhere while also indicating that in 1290 'his heirs' held the same [*Kirkby Inquest*, pp. 231, 282n]; the quitclaim of dower rights by

Alice widow of William indicates that he was dead by 1294 and it is not possible to explain the discrepancy other than an error in the knight's fees of 1302, [no. 1174]. Curiously William's wife Alice quitclaimed her dower rights to land in Bramham which both her husband William (II) and his brother Hugh had granted to Nostell Priory and it seems possible that William may have survived and inherited estates from his brother Hugh [no. 1174]. William (II) granted to Nicholas his son and heir most of his [William's] land in Oglethorpe [nos. 1185, 1200]. William (II) and Alice also had a daughter who married John le Schether [no. 1185].

Another son Ivo of Langthwaite only occurred once in the Cartulary receiving a dwelling and land in Bramham [no. 1104].

Eudo son of Robert of Langthwaite was a benefactor of Nostell Priory and occurred on 26 July 1269 with his wife Alice [*Yorks F. 1246-1272*, p. 174]. His grants to Nostell Priory included land in Owston and Bramham [nos. 406, 586, 646-49, 664, 1073, 1122-28, 1150]. He occurred with Ralph of Kegworth, see below, and was probably an active adult from the mid to late 13th century.

Ralph of Kegworth occurs frequently in the Bramham section which follows and he can be dated to the last half of the 13th century by his association with others. Ralph occurred with Eudo of Langthwaite son of Robert of Langthwaite and with Hugh de Brinkel [nos. 67, 1144, note preceding no. 1129] who is found from as early as 13 October 1260 to as late as 26 April 1284 [no. 67, *Yorks Inq.* 1, p. 85]. He also occurred with the father in law of Hugh de Brinkel, Hugh (II) of Gernon, who served as a juror on 18 September 1268 and was dead by April 1284 [*Yorks Inq.* 1, pp. 66, 265]. Robert of Langthwaite granted the services and homage of Ralph of Kegworth to his son William (II) of Langthwaite [no. 1186]. Ralph was dead by 1300 when his widow Isabel entered a suit against Nostell Priory for her dower rights [Baildon, *Yorks Monastic Notes*, 1, p. 154].

Richard Ecop, Richard of Lindric and Philip Wyte also held land in Bramham during the lifetime of William and Hugh sons of Robert of Langthwaite and occur frequently within the text of the transactions which follow although nothing else is known concerning them.

1100. Grant with warranty by Robert of Langthwaite son of Ellis of Langthwaite to John of Shadwell of the toft in Bramham which John held of Robert's mother Alice, rendering annually to Robert 12*d*. f151r/p. 371

[first half 13th century]

Rubric: Carta Roberti de Langewait.

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Robertus de Langewait filius Elye de Langewait dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Iohanni de Stadewel illud toftum in Brameham quod ipse Iohannes tenuit de Alicia matre mea; tenend' et habend' sibi et heredibus suis de me et heredibus meis in feodo et hereditate, libere et honorifice et quiete, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis duodecim denarios pro omni servitio et accione et consuetudine, scilicet vj. denarios ad Pent' et vj denarios ad festum sancti Martini. Et ego Robertus de Langewait et heredes mei predictum toftum predicto Iohanni et heredibus suis inperpetuum contra omnes homines warantizabimus. Hiis t[estibus] et cetera.

Note: Date based on Robert of Langthwaite, see note preceding no. 583. Alice daughter of William son of Hugh of Oglethorpe brought with her in marriage land in Oglethorpe, Newton Kyme, Bramham and perhaps near Hazelwood/Tadcaster [no. 1200]. Nothing is known of John of Shadwell.

1101. Grant with warranty by Robert called of Langthwaite of Bramham to Hugh his son and heir of 1 1/2 acres of arable land in Bramham [described in the fields of Headley]. f151r/p. 371

[first half 13th century]

Rubric: Item carta eiusdem.

Universis presens scriptum et cetera Robertus dictus de Langewait de Brameham salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Hugoni filio meo et heredi pro homagio suo et servitio unam acram et dimidiam terre arabilis in villa et territorio de Brameham sicut se habent in longitudine et latitudine in australi in campo eiusdem ville, quarum videlicet unum capud

abuttat super campum de Hedlay et aliud caput super Les Wellethornes; tenend' et habend' dicto Hugoni et heredibus suis vel assignatis vel cui vendere, dare vel legare voluerit libere, quiete, pacifice, integre et solute ab omni servitio seculari, exactione, secta curie et demanda. Et ego Robertus et heredes mei predictas acram et dimidiam terre predicto Hugoni et heredibus suis vel assignatis sicut dictum est contra omnes homines Cristianos et Iudeos seu mulierum dotes warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. Et ut hec mea donatio, concessio et confirmatio rata et stabilis permaneat presens scriptum sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Robert of Langthwaite son of Ellis of Langthwaite, see note preceding **nos. 583, 1100** for dating. Hugh granted this land to Nostell Priory **[no. 1121]**.

1102. Grant with warranty by Robert of Langthwaite of Bramham to Ralph of Kegworth of 1$^{1/2}$ acres of land in Langesmale [described, Bramham] and 4 selions of land above Bowcliffe [Farm Bramham, described], rendering annually a half penny. f151r/p. 371

[first half 13th century]

Rubric: Item eiusdem.

Sciant presentes et cetera quod ego Robertus de Langewait de Brameham dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Rad[ulfo] de Keggewrthe unam acram terre et dimidiam iacentem integre in Langesmales inter terram domini prioris ex utraque parte unde Ricardus de Lindric quondam tenuit de dicto priore ex una parte et Ricardus de Ecop ex altera et unum caput abuttat super viam que se extendit de Brameham versus Ebor'; preterea et quatuor seliones iacentes insimul inter duas metas super Buleclif inter terram abbatis sancte Marie de Ebor' ex una parte et terram prioris predicti quam Adam forest[arius] quondam tenuit ex altera parte; tenend' et habend' de me et heredibus aut assignatis meis predicto Rad[ulfo] et heredibus vel assignatis suis libere, quiete, pacifice et integre cum omnibus pertinentiis, libertatibus et aysiamentis, liberis communibus in omnibus locis et rebus ad dictam acram terre et dimidiam et ad dictas quatuor seliones infra dictam villam de Brameham et extra spectantibus, reddendo inde annuatim scilicet die Pasche unum obolum pro omni servitio seculari, exactione et demanda. Et ego vero dictus Robertus et heredes sive assignati mei dictas particulas particulas [*sic*] terre sicut divisim prenominantur cum omnimodis pertinentiis, libertatibus et aysiamentis suis predicto Rad[ulfo] et heredibus vel assignatis suis contra omnes gentes in omnibus rebus et locis warantizabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera. [*f151v*]

Note: Date based on Robert of Langthwaite, see note preceding **no. 583** for his dating. See note preceding **no. 1100** for Ralph of Kegworth. The homage and service of Ralph of Kegworth was granted to William (II) son of Robert of Langthwaite, but at the time of this transaction he was probably still a tenant directly of Robert of Langthwaite **[no. 1186]**.

1103. Conference with warranty by Robert of Langthwaite to Ralph of Kegworth of a toft which Ralph bought from Robert son of William son of John of Bramham [Bramham, described], saving to Robert the annual rent of 12*d.* f151v/p. 372

[first half 13th century]

Rubric: Carta Roberti de Langewait.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus de Langewait remisi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Rad[ulfo] de Keggewrth' totum illud toftum cum omnibus pertinentiis quod emit de Roberto filio

Willelmi filii Iohannis de Brameham, iacentem inter toftum domini abbatis beate Marie Ebor' et toftum Odonis de Langewait; tenend' et habend' predictum toftum cum omnibus pertinentiis predicto Rad[ulfo] et heredibus suis vel assignatis libere, quiete, integre, bene et in pace cum omnibus libertatibus, aysiamentis dicto tofto pertinentibus infra villam de Brameham et extra scilicet, ita quod ego Robertus de Lang[e]wait nec heredes mei nec aliquis per nos aliquod ius vel clamium in predicto tofto unquam exigere poterimus, nisi tantummodo duodecim denarios per annum, scilicet medietatem ad festum sancti Martini in hyeme et aliam medietatem ad Pentecost'. Ego vero Robertus et heredes mei predictum toftum sicut supra scriptum est predicto Rad[ulfo] et heredibus suis vel eorum assignatis contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et pro predicta firma duodecim denariorum per annum inperpetuum defendemus. In huius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui.

Note: Date based on Robert of Langthwaite, see note preceding **nos. 583, 1100.** For Ralph of Kegworth see note preceding **no. 1100.** Robert son of William son of John issued a quitclaim to Ralph of Kegworth of his rights to this toft with buildings **[no. 1154]**.

1104. Grant with warranty by Robert of Langthwaite to Ivo of Langthwaite his son, of the dwelling house in Bramham which was Alan the chaplain's and half an acre of land near le Floder [Bramham, described], rendering annually to Robert a rose. f151v/p. 372

[first 13th century]

Rubric: Carta cuius supra.

Sciant tam presentes quam et cetera quod ego Robertus de Langewait dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Yvoni de Langewait filio meo totam illam domum cum pertinentiis que quondam fuit Alani capellani in villa de Brameham et unam dimidiam acram terre cum pertinentiis in territorio de eadem, iacentem iuxta Le Floder inter terram domini abbatis beate Marie Ebor' ex una parte et terram domini prioris sancti Oswaldi ex altera; tenend' et habend' predictam domum et predictam dimidiam acram terre cum omnibus pertinentiis predicto Yvoni et heredibus suis vel suis assignatis de me et heredibus meis inperpetuum libere, quiete, integre, bene et in pace cum omnibus libertatibus, aysiamentis ville de Brameham pertinentibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unam rosam ad festum sancti Iohannis Baptiste pro omni servitio, exactione et demanda. Ego vero Robertus et heredes mei predictam domum et predictam terram cum pertinentiis predicto Yvoni et heredibus suis vel eorum assignatis contra omnes homines et in omnibus warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Robert of Langthwaite. For Robert of Langthwaite see note preceding **nos. 583, 1100.** Ivo, son of Robert, does not occur elsewhere in the Cartulary and the land mentioned did not reoccur in the Cartulary although its inclusion suggests the land was subsequently granted to Nostell Priory. The subsequent grant may have been copied onto one of two folios missing from the Bramham section [see Chapter V].

1105. Grant with warranty in pure, perpetual and free alms by William (II) son of Robert of Langthwaite of an acre of arable land in the west[ern] fields of Bramham [described]. f151v/p. 372

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta W. de Langewait.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Willelmus filius Roberti de Langewait salutem in Domino. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse domino priori et conventui de sancto Oswaldo et

eorum successoribus in puram et perpetuam elemosinam et liberam unam acram terre arabilis in campo occidentali de Brameham, iacentem inter terram meam et terram Ricardi de Ecop et abuttat unum capud super Staingate et aliud caput super Colemandale; tenend' et habend' eisdem priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete, pacifice et integre. Et ego vero Willelmus et heredes mei predictam acram terre predictis priori et conventui de sancto Oswaldo et eorum successoribus in omnibus et contra omnes homines warantizabimus, adquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum et cetera.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite, son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 583, 1100** for further information regarding William (II) of Langthwaite.

1106. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by William (II) of Langthwaite son of Robert of Langthwaite of 2 acres and a rood of land in Oglethorpe [Bramham, described]. f151v/p. 372

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta eiusdem.

Sciant omnes tam presentes quam et cetera quod ego Willelmus de Langewait filius Roberti de Langewait dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel duas acras terre et unam rodam in territorio de Occlistorp' in campo australi sicut iacet in una cultura inter terram quam tenet Cecilia de Occlistorp' ex una parte et terram Nicholai de Occlistorp' ex parte altera; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete cum omnibus pertinentiis suis in liberam, puram et perpetuam elemosinam inperpetuum. Ego vero Willelmus et heredes mei vel assignati prefatas duas acras terre et unam rodam antedictis priori et conventui [et] eorum successoribus warantizabimus, adquietabimus et defendemus contra omnes homines inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui et cetera.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite, son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 583, 1100** for William(I) and (II) of Langthwaite. William (II)'s mother was Alice daughter of William son of Hugh of Oglethorpe and her *maritagium* included land in Oglethorpe of which this may have been a part [**no. 1200**]. Nicholas of Oglethorpe occurred as early as 19 September 1275 and at least as late as 30 January 1294 [*Yorks Inq.* 1, pp. 161-62; *Yorks Inq.* 2, p. 157]. Nicholas of Oglethorpe occurred elsewhere in the Cartulary [**nos. 622, 1137-40, 1177, 1178, 1184**].

1107. Conference with warranty in the form of a chirograph by William (II) son of Robert of Langthwaite of Bramham to the prior and convent of all the *cultura* called Ruddeflat [Bramham, described]. For this the prior and canons gave William a sum of money and 3 acres of arable land [described] in Bramham in exchange. ff151v-152r/pp. 372-73

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta eiusdem.

Sciant omnes tam presentes et cetera quod ego Willelmus filius Roberti de Langewait de Brameham dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi pro me et heredibus meis inperpetuum priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam totam culturam illam vocatam Ruddeflat in campo meridionali de Brameham, sicut iacet in longitudine et latitudine inter terram quam Ricardus Messor quondam de dicto priore tenuit ex parte meridionali et terram Alexandri le Petit ex [*f152r*] boriali, cuius unum capud abuttat super viam regiam que ducit versus Abreford' et aliud super

Les Benelandes; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete, integre et pacifice cum omnibus suis pertinentiis et aysiamentis inperpetuum, solutam et quietam ab omni servitio seculari, exactione et demanda. Et ego Willelmus predictus et heredes mei et successores qualescumque dictam culturam integraliter sicut predictum est dictis priori et conventui et eorum successoribus in omnibus et contra omnes homines, dotes mulierum warantizabimus, adquietabimus et inperpetuum defendemus. Pro hac autem donatione, concessione et presentis carte confirmatione dederunt mihi predicti prior et conventus quamdam summam pecunie premanibus et tres acras terre arabilis in escambium de terra quondam Hugonis Gernun in campo meridionali de Brameham iacentes, quarum una acra iacet apud Hennerowes inter terram Yssabelle Gernun et terram Ieue Franclayn et dimidia acra iacet apud Scouelbrod inter terram dicte Ysabelle et terram Ricardi ad fontem et dimidia acra iacet apud Neuuestiddoles inter terram prioris de Marton et terram dicte Ysabelle et dimidia acra iacet apud Longsmale inter terram dicti prioris et terram quondam Hugonis de Brinkel et dimidia acra iacet apud Surlandes inter terram dicti Hugonis et terram Rogeri de Moswode. In cuius rei testimonium tam ego Willelmus predictus quam dicti prior et conventus huic carte cyrographate sigilla nostra alternatim duximus appondenda et cetera.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite, son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 583, 1100** for William (I) and (II) of Langthwaite. Alexander Petit occurred c. 24 July 1208 x 1244 as a donor of Nostell Priory [**no. 660**]. The land which William (I) of Langthwaite received in exchange had belonged to Hugh (II) Gernon who was dead by April 1284 [**no. 67** and note preceding **no. 1129**]]. See note preceding **no. 1100** for Hugh Brinkel.

1108. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by William (II) of Langthwaite son of Robert of Langthwaite of 2 selions of land in Yirspite [Þuspitte] (containing $1^{1/2}$ acres of land) in Bramham. f152r/p. 373

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta eiusdem.

Sciant omnes tam presentes et cetera quod ego Willelmus de Langewait filius Roberti de Langewait dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi priori et conventui sancti Oswaldi de Nostel duas seliones apud Þirspite in campo meridionali continentes unam acram terre et dimidiam in territorio de Brameham; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete cum omnibus pertinentiis et aysiamentis, liberam, puram et perpetuam elemosinam. Ego vero Willelmus et heredes mei antedictam terram cum pertinentiis predictis priori et conventui et eorum successoribus warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui, et cetera.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite, son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 583, 1100** for William (II) of Langthwaite.

1109. Quitclaim by William (II) of Langthwaite of any right or claim of half an acre of land at Surlandes in the south field of Bramham [described]. f152r/p. 373

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Universis Cristi fidelibus et cetera Willelmus de Langewait salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra me concessisse, reddisse et pro me et heredibus meis quietum clamasse religiosis viris priori et conventui de sancto Oswaldo unam dimidiam acram terre in campo australi de Brameham apud Surlandes,

iacentem inter terram quam Willelmus Bateman tenuit de capella beate Marie virginis ex parte boriali et terram Ricardi porcarii ex parte australi; tenend' et habend' prefatis priori et conventui et eorum successoribus cum omnibus suis pertinentiis inperpetuum. Ita quod nec ego Willelmus nec heredes mei nec aliquis nomine nostro in predicta acra terre cum pertinentiis suis aliquod ius vel clamium exigere possimus seu vendicare. In cuius rei testimonium presenti carta sigillum meum apposui.

Note: Date based on William of Langthwaite, son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 583, 1100** for William of Langthwaite.

1110. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by William (II) son of Robert of Langthwaite of Bramham of 4$^{1/2}$ acres of arable land in 3 fields in the territory of Bramham [described] and the meadow near the Stuteville mill, that is called Kyrkebriggenenc. ff152r-v/pp. 373-74

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Roberti de Langewait de Brameham dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel quatuor acras et dimidiam terre arabilis in territorio de Brameham in tribus campis iacentes, quarum due iacent super Buleclif' in campo australi videlicet una acra inter terram Ricardi le Wyte ex parte boriali et terram Philippi le Wyte ex parte meridionali, alia acra iacet ibidem inter terram Ricardi de Lindric ex parte boriali et terram Ricardi de Ecop ex parte australi, dimidia etiam acra iacet apud Lingdic in campo prenominato et una acra iacet in campo boriali cuius dimidia acra iacet super Gallehil in campo eodem et alia dimidia acra apud Sandforde inter terram Rogeri de Wetherby ex parte una et terram meam ibidem ex altera, et alia acra in campo occidentali cuius dimidia acra iacet apud Tewertstich et abuttat super Staingate et reliqua dimidia acra apud Wildehauerflat iuxta terram Alexandri Petit ex parte boriali. Preterea *[f152v]* dedi et concessi eisdem priori et conventui pratum iuxta molendinum de Stutevile quod vocatur Kyrkebriggenenc sine retenemento sicut circumcingitur rivulis que defluunt de stangno de Stutevile memorato; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam solutam et quietam ab omni servitio seculari, consuetudine, exactione et demanda cum omnibus suis pertinentiis, aysiamentis inperpetuum. Et ego Willelmus predictus et heredes mei ac successores predictas quatuor acras et dimidiam terre cum prato prenominato dictis priori et conventui et eorum successoribus sicut predictum est in omnibus et contra omnes homines et mulierum dotes warantizabimus, acquietabimus et defendemus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei impressione roboravi et cetera.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite, son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 583, 1100** for William (II) of Langthwaite. Alexander son of William Petit of Bramham occurred c.1208 x 1244 [**no. 660**]. The exact location within Bramham of the mill of Stuteville is not known however, the Stuteville fee included extensive land in Bramham [*EYC IX*, pp. 10-12, 112].

1111. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by William (II) son of Robert of Langthwaite of Bramham of 2 acres of arable land in Bramham called Old Firth [described] and 3 roods of land called Bulderstanes [Baldersome Hill] in the west field of Bramham [described]. f152v/p. 374

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Willelmi filii Roberti de [Hunte *underlined for deletion*] <Lang'>.
Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus filius Roberti de Langewait de Brameham dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi priori et conventui de sancto Oswaldo duas acras terre arabilis in territorio de Brameham in loco qui vocatur Aldeford, sicut iacent in longitudine et latitudine inter terram quam tenet Philippus le Wyte et terram quam tenet Ricardus de Ecop; et tres rodas in dicto territorio in loco qui dictur Bulderstanes in campo occidentali, sicut iacent in longitudine et latitudine inter terram quam tenet Ricardus de Lindric et terram prioris de Martona; tenend' et habend' dictis priori et conventui libere, quiete, pacifice et integre cum omnibus pertinentiis suis et aysiamentis in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Ego vero dictus Willelmus et heredes mei sive assignati quicumque totam antedictam terram dictis priori et conventui contra omnes homines warantizabimus, defendemus et acquietabimus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis t[estibus].

Note: Date based on William (II) of Langthwaite, son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 583, 1100** for William (II) of Langthwaite. The priory of Marton was established as a double house of Augustinian canons and nuns however by 1161 the nuns had moved to Moxby [KH, p. 166]. Nostell Priory and Marton Priory held land near each other elsewhere in Bramham [see **nos. 569, 651**].

1112. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by William (II) son of Robert of Langthwaite of Bramham of 5 acres of arable land in the west field of Bramham [various locations described]. f152v/p. 374

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.
Sciant omnes et cetera quod ego [Robertus *dotted for deletion*] Willelmus filius Roberti de Langewait de Brameham dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi pro me et heredibus meis inperpetuum priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam quinque acras terre arabilis in campo occidentali de Brameham iacentes solutas et quietas ab omni servitio seculari, exactione et demand[a]: quarum due acre iacent iuxta Staingate in latitudine ex parte meridionali et abuttant capita super terram eorumdem prioris et conventus et una acra iacet inter terram eorundem prioris et conventus et terram quondam Hugo de Langewait, cuius unum capud abuttat super Staingate et aliud super gardinum dictorum prioris et conventus et due acre iacent inter terram quam Ricardus de Ecop de eisdem priore et conventu tenet ex parte occidentali et terram quam Ricardus de Lindric tenet ex parte orientali et abuttant capita super Staingate versus austrum et super Colemandale versus aquilonem; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete, integre et pacifice cum omnibus suis pertinentiis et aysiamentis inperpetuum. Et ego Willelmus predictus et heredes mei ac successores predictas quinque acras terre dictis priori et conventui et eorum successoribus in omnibus et contra omnes homines et mulierum dotes warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite, son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 583, 1100** for William (II) of Langthwaite. Hugh of Langthwaite mentioned as previously holding land near this land was the older brother of William (II) of Langthwaite and identified as son and heir of Robert of Langthwaite [see note preceding **no. 1100**].

1113. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by William (II) son of Robert of Langthwaite of 2 acres of arable land in Bramham, namely that which he had of the gift of William son of Robert de Berlay [described]. ff152v-153r/pp. 374-75

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Sciant et cetera quod ego Willelmus filius Roberti de Langewait dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam duas acras terre arabilis in territorio de Brameham, illas videlicet quas habui de dono Willelmi filii Roberti de Berlay unde una acra iacet integre iuxta Graystan in campo meridionali et alia acra iacet integre iuxta les Rodes in campo boriali; tenend' et habend' predictas duas acras terre cum suis pertinentiis liberas, solutas et quietas ab omni servitio seculari et exactione sine contradictione vel reclamatione mei vel heredum meorum seu successorum inperpetuum. Et ego Willelmus predictus et heredes mei vel successores predictas duas acras terre sicut superius dictum est prenominatis canonicis in omnibus locis et rebus contra omnes homines et mulierum dotes warantizabimus, acquietabimus et defendemus. Et ut *[f153r]* hec mea donatio, concessio et presentis carte mee confirmatio rata semper et inconcussa permaneat hanc cartam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite, son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 583, 1100** for William (II) of Langthwaite. William (II) granted this land to William the vicar of Bramham [**no. 1114**]. Hugh son of William of Berlay held a toft of Roger of Kegworth [**no. 1155**].

1114. Grant with warranty by William (II) son of Robert of Langthwaite to William the vicar of Bramham of 2 acres of arable land in Bramham, namely that which he had of the gift of William son of Robert de Berlay [described], rendering annually to William son of Robert of Langthwaite 2*d.* f153r/p. 375

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Sciant et cetera quod ego Willelmus filius Roberti de Langewait dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi domino Willelmo vicario de Brameham duas acras terre arabiles[a] in territorio de Brameham, illas videlicet duas acras quas habui de dono Willelmi filii Roberti de Berlay unde una acra iacet integre iuxta Graystan in campo meridionali et alia integre iacet iusta Rodes in campo boriali; tenend' et habend' dictas duas acras terre de me et heredibus meis dicto Willelmo vicario et heredibus suis vel assignatis sive cuicumque dare, vendere aut assignare voluerit libere, quiete, pacifice, integre et hereditarie cum omnibus pertinentiis, libertatibus, liberis communibus, aysiamentis in omnibus locis infra villam de Brameham et extra, ad dictas duas acras spectantibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ipse et heredes vel assignati sui duos denarios tantum, scilicet unum denarium ad Pentecost' et unum denarium ad festum sancti Martini in hyeme pro omni servitio seculari, consuetudine, exactione et demanda. Et ego vero dictus Willelmus filius Roberti dictas duas acras terre dicto Willelmo vicario et heredibus aut assignatis suis contra omnes homines et feminas in omnibus locis et rebus warantizabimus et defendemus inperpetuum. Et ut hec mea donatio, concessio et presentis mee carte confirmatio rata semper et inconcussa permaneat hanc cartam sigilli mei impressione roboravi et cetera.

[a] ms *sic* for *arabilis*.

Note: Date based on William of Langthwaite, son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 583, 1100** for William of Langthwaite. William granted this land to Nostell Priory although the sequence is unknown [see **no. 1113**].

1115. Grant with warranty in pure and perpetual alms by William (II) son of Robert of Langthwaite of Bramham of 3 acres of arable land in Bramham [described in 3 locations], the annual rent of 12*d* from the dwelling place [*mansum*] and land held by Thomas son of Henry of Langthwaite. f153r/p. 375

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Item eiusdem.

Sciant omnes et cetera quod ego Willelmus filius Roberti de Langewait de Brameham dedi, concessi et hac presenti carta me confirmavi priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel tres acras terre arabilis in territorio de Brameham, quarum una acra iacet in campo boriali apud Sandforde et una in campo occidentali apud Bulderstanes et una in campo meridionali apud Le Êuspitte. Dedi etiam et concessi eisdem priori et conventui redditum xij. denariorum annuatim percipiendorum de manso et de terra quam tenet Thomas filius Henrici de Langewait; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete in puram et perpetuam elemosinam inperpetuum. Ego vero, Willelmus et heredes mei dictas tres acras terre cum pertinentiis et antedictum annuum redditum xij. denariorum prefatis priori et conventui et eorum successoribus contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui et cetera.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite, son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 583, 1100** for William (II) of Langthwaite. William (II) also granted land in these field to Nostell Priory [**nos. 1108, 1109, 1111**].

1116. Quitclaim with warranty by William (II) son of Robert of Langthwaite of Bramham to the prior and convent of all his arable land with a toft and meadow called les Floddres in the north field of Bramham and the rents of 12*d* from Richard son of Thomas of Bramham. f153r/p. 375

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Item eiusdem.

Sciant et cetera quod ego Willelmus filius Roberti de Langewait de Brameham dedi, concessi et omnino quietumclamavi de me et heredibus meis omnibus dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo et sursum reddidi totam terram meam arabilem in loco qui dictur les Floddres in campo boriali de Brameham una cum toto prato ibidem dicte terre proprinquius ex parte australi adiacente, sicut iacent integraliter inter terram sancte Marie in eodem campo de Brameham ex parte boriali et terram quam vicarius de dictis priore et conventu tenet ex parte australi. Dedi etiam concessi eisdem priori et conventui redditum xij. denariorum de Ricardo filio Thome de Brameham percipiend' simulque homagium et servitium eiusdem Ricardi et suorum que mihi idem Ricardus reddere et facere consuevit de me et meis omnibus inperpetuum; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete, integre et in pace cum omnibus proficuis, libertatibus et aysiamentis inperpetuum. Et ego Willelmus predictus et heredes mei dictam terram totaliter cum prato adiacente et suis pertinentibus dictis priori et conventui et eorum successoribus in omnibus et contra omnes homines et mulierum dotes warantizabimus, acquietabimus et defendemus. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite, son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 583, 1100** for William (II) of Langthwaite.

1117. Grant with warranty by William (II) of Langthwaite to his brother Hugh of a house [*domus*] with garden in Bramham [described] and a bovate of land in Bramham [various locations described], rendering annually to the chapel of St Mary 1*d*. If Christina, wife of Hugh shall survive her husband she shall have a life tenancy of the land. ff153r-v/pp. 375-76

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Item eiusdem.

Sciant omnes et cetera quod ego Willelmus de Langewait dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Hugoni fratri meo unam domum cum gardino in Brameham inter domum Roberti de Keswyc et domum Roberti Prodom et unam bovatam terre in villa et territorio eiusdem, scilicet in campo australi aput Ruddeflat *[f153v]* unam acram versus solem, et unam acram apud Buleclif et butat super viam regiam, et unam acram apud Crosfurlanges, et dimidiam acram apud Surlandes versus solem, in campo occidentali apud Ridding' unam acram terre et dimidiam, apud Wildehaverflat unam acram et unam acram abuttat super Neubigging, in campo orientali aput Aldeford unam acram versus solem, et unam acram aput Flodres propinquior solem, et unam acram sub Gofhyl; tenend' et habend' dicto Hugoni et heredibus suis vel suis assignatis libere, quiete, bene et in pace inperpetuum, reddendo inde annuatim ad capellam beate Marie unum denarium in die Assumptionis beate Marie pro omni servitio seculari, exactione et demanda. Et ego Willelmus et heredes mei dictum domum cum gardino et bovatam terre prenominatam dicto Hugoni et heredibus suis vel suis assignatis warantizabimus, acquietabimus et contra omnes homines et dotes mulierum inperpetuum defendemus. Si ita contingat quod Cristiana uxor predicti Hugonis supervixerit maritum suum tota terra remanebit dicte Cristiane in tota vita sua cum omnibus pertinentiis in bosco et plano et omnibus aliis locis et communis ad totum terram spectantibus et ad maiorem securitatem huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William of Langthwaite, son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 583, 1102** for William and Hugh of Langthwaite.

1118. Grant with warranty by William (II) son of Robert of Langthwaite of 2 acres in the north field of Bramham at Flodres [described]. f153v/p. 376

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Willelmus filius Roberti de Langewait salutem in Domino sempiternam. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel et eorum successoribus duas acras terre iacentes in campo boriali de Brameham apud Flodres inter pratum meum et terram quam Nigellus prepositus tenet de capella beate Marie; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete, pacifice <et> integre. Et ego vero Willelmus et heredes mei predictas duas acras terre predictis priori et conventui et eorum successoribus in omnibus contra omnes homines warantizabimus, adquietabimus et perpetue defendemus. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui et cetera.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite, son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 583, 1102** for William (II) of Langthwaite.

1119. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by William (II) of Langthwaite of Bramham of 2 acres of arable land in Bramham [described]. f153v/p. 376

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Sciant presentes et cetera quod ego Willelmus de Langewait de Brameham dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel duas acras terre arabilis in territorio de Brameham, illas videlicet duas acras sicut iacent in longitudine et latitudine inter duas divisas apud Byrirow; tenend' et habend dictis priori et conventui et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum omnis [*sic for omnibus*] pertinentiis suis et aysiamentis. Ego vero Willelmus et heredes mei dictas duas acras terre cum omnibus pertinentiis suis prefatis priori et conventui contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite, son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding nos. 583, 1100 for William (II) of Langthwaite.

1120. Notification by William (II) son of Robert of Langthwaite of Bramham that the prior and convent have fully satisfied all agreements made between them and every demand that he or others for him made. And neither William nor his assigns shall exact or in any other way claim anything from the prior, cellarer or convent. f153v/p. 376

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Universis presens scriptum et cetera Willelmus filius Roberti de Langewait de Brameham salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod domini mei prior et conventus sancti Oswaldi de Nostel satisfecerunt mihi plenarie usque in presens de omnibus conventionibus et singulis demandis que a me vel per meos et eisdem et suis exigi possit pro quocumque contractu diutius inter nos habito. Ita quod nec ego Willelmus predictus vel assignatis ex parte mea ab eisdem priore, cellerario et conventu nec etiam a suis ratione alicuis contractus prehabito de cetero aliquid, preter eorumdem benevolentiam exigere possimus seu quoquo modo vendicare. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui et cetera.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite, son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding nos. 583, 1100 for William (II) of Langthwaite. The necessity for this document is not clear.

1121. Incomplete document. Grant in free, pure and perpetual alms by Hugh of Langthwaite son and heir of Robert of Langthwaite of 1 1/2 acres of arable land in Bramham [described], namely that which he had from the gift of Robert his father. f153v/p. 376

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Hugonis de Langewait.

Universis ad quos et cetera Hugo de Langewait filius et heres Roberti de Langewait salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo [et] ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus unam acram et dimidiam terre arabilis quas habui de dono Roberti patris mei in villa et territorio de Brameham sicut se habent in longitudine et latitudine in australi campo eiusdem ville, quarum videlicet unum capud abuttat super campum de Hedlay et aliud super Les Wellethornes; tenend' et habend' dictis canonicis et eorum successoribus in liberam puram et perpetuam elemosinam cum omnibus suis pertinentiis infra villam et extra ad dictam terram pertinentiis [*f154r*] [*This*

charter is incomplete as the next folio, pp. 377-78, is missing. Marginal numbering indicates that eight charters are missing, in addition to this charter and **no. 1122**.]

Note: Date based on Hugh son of Robert of Langthwaite. See note preceding **nos. 583, 1100** for information concerning William (II) of Langthwaite. Robert of Langthwaite granted this land to his son Hugh [**no. 1101**].

1122. Incomplete document. Grant with warranty in free pure and perpetual alms by Eudo [possibly son of Robert of Langthwaite] of 1$^{1/2}$ acres of land [location missing]. f154r/p. 379

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: [*missing*].

[*This folio begins mid-charter as the previous folio is missing.*] . . .ventus que vocatur Lingflat ex parte boriali et abuttat super fossatum dicte culture; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum omnibus suis pertinentiis et aysiamentis inperpetuum. Ita quod nec ego Eudo predictus nec heredes mei nec successores aliquid ius vel clamium in predicta acra terre et dimidia cum suis pertinentiis de cetero poterimus vendicare vel exigere sed in omnibus et contra omnes homines et mulierum dotes et quoscumque debitores meos warantizabimus, acquietabimus et defendemus. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei impressione et cetera.

Note: Date based on Eudo son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1100** for dating of Eudo of Langthwaite. There is insufficient information to identify the location of the land however its inclusion at this point suggests the land was in Bramham and the donor was Eudo son of Robert of Langthwaite.

1123. Quitclaim by Eudo son of Robert of Langthwaite of Bramham of all right or claim to 2 acres of arable land in Bramham [various locations described], which he held of the canons. f154r/p. 379

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta eiusdem.

Sciant presentes et cetera quod ego Eudo filius Roberti de Langewait de Brameham dedi, concessi et sursum reddidi et omnino quietumclamavi de me et heredibus meis dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel duas acras terre arabilis in villa et territorio de Brameham quas de eisdem in eadem tenui, quarum una acra iacet in campo australi de Brameham, scilicet apud Bondecastel una roda, iuxta terram Hugonis capellani et apud Blacfen una roda iuxta terra Rad[ulfi] de Keggewrth, et una roda apud Neustidales, et una roda apud Wluethait iuxta terram predicti Hugonis capellani; item in campo boriali una acra cuius dimidia acra iacet apud Gofhill' et apud Longsmale una roda iuxta terram Odardi, et apud Sandford una roda iuxta terram Alicie le Barker, et apud Foxepittes dimidia roda iuxta terram prenominati Hugonis capellani; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum omnibus pertinentiis suis et aysiamentis. Ita quod nec ego nec heredes mei nec assignati ex parte nostra aliquod ius vel clamium in dictis duabus acris terre vendicare vel exigere poterimus inperpetuum. In cuius rei testimonium presens scriptum sigilli mei inpressione roboravi et cetera.

Note: Date based on Eudo son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1100** for dating of Eudo of Langthwaite. Hugh the chaplain was the son of William son of Alexander of Bramham and held a toft in Bramham in the 13th century before 1264 [**no. 658**] and a rood of land which he sold to Ralph of Kegworth [**nos. 1155, 1156, 1158-61**, see note preceding **no. 1100** for Ralph of Kegworth].

1124. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Eudo son of Robert of Langthwaite of Bramham of the acre of arable land in the south field of Bramham [described] namely that acre above Bowcliffe which Eudo held of the gift of his brother William (II) of Langthwaite. f154r/p. 379

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta eiusdem.

Universis Cristi fidelibus et cetera Eudo filius Roberti de Langewait de Brameham salutem in Domino. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse priori et conventui sancti Oswaldi de Nostel illam acram terre arabilis cum pertinentiis quam habui de dono Willelmi de Langewait fratris mei, que quidem iacet in campo australi de Brameham super Buleclif inter terram abbatis sancte Marie Ebor' et terram quam Ricardus de Ecop tenet et abuttat super regiam viam que se extendit versus Abreford; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam quietam et solutam ex omni servitio seculari, exactione et demand[a]. Ego vero Eudo et heredes mei successores et assignati dictam acram terre ut predictum est eisdem priori et conventui et eorum successoribus in omnibus et contra omnes homines et mulierum dotes et quoscumque debitores meos warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on Eudo son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1100** for dating of Eudo of Langthwaite. William (II) of Langthwaite's grant to Eudo does not survive in the Cartulary although it may have been copied on the folios which are missing from this section [see Chapter V].

1125. Quitclaim by Eudo son of Robert of Langthwaite of Bramham of any right or claim to a *cultura* containing 2 acres in the west field [no location], which lies between the land of William (II) of Langthwaite and the land of Hugh of Clifford. f154r/p. 379

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Item eiusdem.

Sciant omnes tam et cetera quod ego Eudo filius Roberti de Langewait de Brameham sursum reddidi et quietumclamavi de me et heredibus meis dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo unam culturam continentem duas acras in campo occidentali, que iacet inter terram Willelmi de Langewait et terram Hugonis de Clifford; tenend' et habend' dictis priori et conventui in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Ita quod nec ego vel heredes mei vel aliquis ex parte nostra ius vel clamium ad predictam culturam habere poterimus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto et cetera.

Note: Date based on Eudo son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1100** for dating of Eudo of Langthwaite and his brother William (II) of Langthwaite. Hugh of Clifford was mentioned in other transactions in Bramham [**nos. 642, 675**].

1126. Quitclaim by Eudo son of Robert of Langthwaite of Bramham of any right or claim to a bovate of land with a dwelling [*mansum*] in Bramham which the canons had as a gift from Robert the tailor. f154r/p. 379

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Item eiusdem.

Sciant omnes tam et cetera quod ego Eudo filius Roberti de Langewait de Brameham sursum reddidi et quietumclamavi pro me et heredibus meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostell' unam bovatam terre cum manso in villa et territorio de Brameham quam habuerunt ex dono Roberti Cissoris in eadem;

tenend' et habend' dictis priori et conventui libere, quiete cum omnibus pertinentiis et aysiamentis in puram et perpetuam elemosinam. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis ex parte nostra ius vel clamium in dicta bovata terre cum pertinentiis habere vel vendicare poterimus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui et cetera. [*f154v*]

Note: Date based on Eudo son of Robert of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1100** for dating of Eudo of Langthwaite.

1127. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Eudo of Langthwaite son of Robert of Langthwaite of all the land he has in Bramham [various locations given] including the land he had from the gift of Ralph Kegworth and the 2 acres and half a rood of land from his father Robert [described], rendering annually for 2 tofts to William of Langthwaite 12*d*. He also quitclaims all right to 2 acres of land with common land belonging to a bovate of land in Bramham which Eudo held of the canons. f154v/p. 380

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta eiusdem.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Eudo de Langewait filius Roberti de Langewait dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi religiosis viris priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel in puram et perpetuam elemosinam totam terram sine retenemento quam habui in Brameham cum omnibus suis pertinentiis, communis et aysiamentis, videlicet tres acras terre et unam rodam quarum dimidia acra iacet super Buleclif et una dimidiam acra super Langsmale in campo australi et tres rode in eodem campo et dimidia acra super Wluethait cum tribus toftis et eorum edificiis que habui ex dono Rad[ulfi] Keggewrthe et duas acras terre et dimidiam rodam quas habui ex dono Roberti patris mei, quarum dimidia acra iacet super Longsmale in campo boriali et dimidia acra super le Floder buttans super campum de Occlistorp et dimidia acra super Sandford et dimidia roda super rivum sub molendinum de Stutevil' et dimidia acra super Kalewelle in campo occidentali; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete, bene et in pace; reddendo annuatim pro duobus toftis prenominatis Willelmo de Langewait et heredibus suis duodecim denarios ad Pentecost' et ad festum sancti Martini in hyeme pro omni servitio seculari, exactione et demand[a]. Preterea concessi, quietumclamavi et sursum reddidi de me et heredibus meis prefatis priori et conventui duas acras terre cum communa ad unam bovatam terre pertinente quas de predictis priore et conventu tenui in eadem villa de Brameham per cartam suam quam eis sursum reddidi. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis ex parte mea aliquod ius vel clamium in tota predicta terra cum omnibus suis pertinentiis preter predictum redditum poterimus habere, exigere seu inperpetuum vendicare. Et ego Eudo et heredes mei totam predictam terram, tofta et edificia cum omnibus suis pertinentiis, communis et aysiamentis infra villam de Brameham et extra predictis priori et conventui et eorum successoribus contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus imperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui.

Note: Dates based on Eudo and William (II) Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V and note preceding **no. 1100**]. Although other grants from Robert of Langthwaite to his son Eudo survived in the Cartulary the transaction for the land described here did not and may have been on the missing folio [see Chapter V]. The grant by Ralph of Kegworth to Eudo of Langthwaite included a rose rent to Ralph and 12*d* to William (II) of Langthwaite [**no. 1150**]. The quitclaim of the two acres of land held of Nostell Priory may have been **no. 1123**. William (II) of Langthwaite brother of Eudo confirmed Eudo's grant and quitclaimed to Nostell Priory the rents owed [**no. 1128**].

1128. Confirmation and quitclaim with warranty by William (II) of Langthwaite son of Robert of Langthwaite of Bramham to all rights and claim to the 4 acres of arable land, a half rood of arable land and 3 tofts in Bramham as described in the grant made by Eudo of Langthwaite his brother and quitclaim of the annual rents of 12*d* and of a rose which William used to receive for the 3 tofts. f154v/p. 380

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Willelmi de Langewait.


Omnibus Cristi fidelibus et cetera Willelmus de Langewait filius Roberti de Langewait de Brameham salutem in Domino. Noveritis me concessisse et confirmasse priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel in liberam, puram et perpetuam elemosinam donum quod fecit eis Eudo de Langewait frater meus, videlicet de quatuor acris et dimidia roda terre arabilis et tribus toftis in villa et territorio de Brameham sicut in carta dicti Eudonis plenius continetur. Preterea remisi et quietumclamavi de me et heredibus meis dictis priori et conventui et eorum successoribus annuum redditum xij. denariorum unius rose quem percipere solebam de tribus toftis antedictis. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis nomine meo ius vel clamium in dictis tribus toftis cum edificiis nec in prefatis quatuor acris terre et dimidia roda habere seu vendicare poterimus inperpetuum. Ego vero Willelmus et heredes mei totam predictam terram cum prefatis toftis et eorum edificiis tamquam puram et perpetuam elemosinam contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui et cetera.


Note: Date based on William (II) of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1100** for active life of William (II) of Langthwaite and his family. The grant by Eudo of Langthwaite [**no. 1127**] included land of Ralph of Kegworth, who was a subtenant of William (II) son of Robert of Langthwaite and the rose rent and 12*d* had been paid to William for the land [**nos. 1151, 1186**].

Note for **nos. 67, 1129-38**. Hugh (I) Gernon, married to Isabel, was a contemporary of William (I) Stuteville and occurred in the mid to late 12th century [**nos. 558, 569, 573**]. Hugh (I) was a witness to grants in the Lacy fee from 1180 x c.1210 [*EYC* III, nos. 1613-4, 1646; *EYC* II, pp. 348-9]. Their son Robert Gernon, married to Hawise, was also a benefactor of Nostell Priory and was active in the late 12th century x 1238 [**no. 570**]. He occurred with his father 1180 x 1200 [*EYC* III, no. 1613]. Robert held land from Peter (I) de Mauley in the Fossard fee in the early 13th century [**no. 592**]. Robert and Hawise had at least two children: Hugh (II) and Agnes [**no. 659**]. Hugh (II) Gernon occurred as a juror from at least as early as 27 May 1244 and as late as 18 September 1268 [*Yorks Inq.* 1, pp. 66, 265]. He was a benefactor of Nostell Priory [**nos. 1162, 1163**]. He was married to Isabel [**no. 1129**]. His heirs were his three daughters: Alice, Avice and Amabel.

Alice married John Sleyth and they were benefactors of Nostell Priory [**nos. 1146, 1147, 1236-38**]. Avice married Hugh of Brinkel and they entered into a final concord with Nostell Priory on 26 April 1284 [**nos. 67, 1129**]; Hugh of Brinkel died between the final concord and 1294 when Avice his wife quitclaimed her dower rights [**no. 1130**].

Amabel married Hugh of Halton and was also a benefactor of Nostell Priory [**nos. 1132-36, 1144, 1164**]. Hugh of Halton was involved with Hugh of Brinkel, his brother-in-law, in a transaction and Hugh of Brinkel was still alive on 26 April 1284 and by 26 August 1291 Hugh of Halton's his wife quitclaimed her dower rights, thus establishing that Hugh died no earlier than 26 April 1284 and no later than 26 August 1291 [**no. 1164**]. Hugh of Halton and Amabel had a son William [**nos. 1133, 1134**]. It is possible that William Gernon who granted land in Bramham and Crofton to Nostell Priory in the 1330s was the son of Amabel and Hugh of Halton but only if he had adopted his mother's family name [**nos. 79, 97, 98, 1204**]. The active adult lives of the daughters, based on the dated activity of Amabel and Avice, was probably centred on the late 13th century.





1129. Quitclaim with warranty by Hugh of Brinkel of Newton [Kyme] and Avice Gernon his wife to the prior and canons all right and claim to their part of the capital dwelling [*mansum*] with all lands, tenements and escheats in Bramham which Hugh and Avice inherited after the death of Hugh (II) Gernon, father of Avice and from the dower of Isabel Gernon, widow of Hugh (II) Gernon, after her death, rendering annually to Hugh and Avice 1*d* of silver. ff154v-155r/pp. 380-81

[c. 26 April 1284 x 1294]

Rubric: Carta H. de Brinckil.

Sciant omnes tam et cetera quod ego Hugo de Brinekil de Neuton et Avicia Gernun uxor mea unanimi consensu et assensu dedimus, concessimus et hac presenti carta nostra pro nobis et heredibus nostris inperpetuum quietum clamavimus priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel et eorum successoribus totam partem nostram capitalis mansi in Brameham quod fuit Hugonis Gernun cum omnibus terris et tenementis necnon et pertinentiis suis singulis atque eschaetis que nos Hugonem et Aviciam iure hereditario per decessum dicti Hugonis Gernun patris predicte Avicie uxoris mee contingebant vel que nos post decessum Yssabelle Gernun relicte dicti Hugonis de dote ipsius in posterum contingere poterunt in predicta villa de Brameham et territorio predicto; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete, integre et pacifice sine ullo retenemento cum omnibus pertinentiis suis et aysiamentis [com *dotted for deletion*] [*f155r*] in boscis, pratis et pasturis infra villam de Brameham et extra pertinentibus. Ita quod nec nos nec heredes nostri nec aliquis nec aliqua ex parte nostra ius vel clamium in predicta parte dicti mansi cum terris et tenementis prenominatis de cetero poterimus vendicare vel exigere, reddendo tamen inde annuatim nobis et heredibus nostris unum denarium argenti ad duos anni terminos, scilicet unum obolum ad Pentecosten et unum obolum ad festum sancti Martini pro omnibus servitiis secularibus, consuetudinibus, sectis curie, exactionibus et demand[is] universis. Et nos vero predicti Hugo et Avicia et heredes nostri ac successores dictam partem dicti mansi cum omnibus terris suis et tenementis sicut predictum est dictis priori et conventui et eorum successoribus in omnibus et contra omnes homines Iudeos et Cristianos warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra apposuimus. Et dicta Avicia uxor mea ad omnia premissa fideliter observanda in presentia fidedignorum tactis sacrosanctis corporale presitit sacramentum. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Hugh Brinkel and Avice his wife and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. On 26 April 1284 Hugh Brinkel and Avice his wife entered into a final concord with Prior Richard Warter granting what was probably Avice's inheritance from her father, Hugh (II) Gernon and possibly her mother Isabel's dower, to Nostell Priory [no. 67]. The date of the death of Isabel wife of Hugh (II) Gernon is not known and it is possible that this land was in addition to the land granted in the final concord which suggests the latest limit of this document [see note preceding].

1130. Confirmation with warranty by Avice widow of Hugh of Brinkel of Newton [Kyme] in her widowhood to the prior and canons of 4 acres of land in Bramham which is hers by right of

inheritance and which the abbot and convent of Kirkstall had once held for the term of years from her and Hugh her husband. For this the canons gave Avice a sum of money. f155r/p. 381

[26 April 1284 x 1294]

Rubric: Carta Avicie de Brinckil.

Universis Cristi fidelibus et cetera Avicia relicta Hugonis de Brinckil de Neuton salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra me in legitima viduitate mea et plenaria potestate dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel pro quadam summa pecunie quam mihi dederunt premanibus quatuor acras terre cum pertinentiis in territorio de Brameham que me contingebant iure hereditario, quas abbas et conventus de Kirkestal aliquando tenuerunt ad terminum annorum de Hugone de Brinckil marito meo et de me; habend' et tenend' dictis priori et conventui de sancto Oswaldo et eorum successoribus libere, quiete, integre, bene et in pace cum omnibus suis pertinentiis inperpetuum. Et ego Avicia et heredes mei predictas quatuor acras terre cum pertinentiis dictis priori et conventui et eorum successoribus contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui et cetera.

Note: Date based on Hugh of Brinkel and Avice daughter and co-heiress of Hugh (II) Gernon. See note preceding **no. 1129** for dating and further information. Avice quitclaimed her right to this land and the land which her and her husband had previously granted to Nostell Priory [**nos. 67, 1131**].

1131. Quitclaim by Avice widow of Hugh of Brinkel of Newton [Kyme] in her right of widowhood of all right and claim by her inheritance to the lands, tenements with rents and messuages in Bramham which the prior and convent once had from the gift of her and her husband Hugh Brinkel, also quitclaims all right and claim in 4 acres of land which the abbot and convent of Kirkstall once held for a term of years from her and her husband. For this quitclaim the canons gave Avice a sum of money. f155r/p. 381

[26 April 1284 x 1294]

Rubric: Carta eiusdem.

Universis Cristi fidelibus et cetera Avicia relicta Hugonis de Brinckil de Neuton salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra me in legitima viduitate mea et plenaria potestate concesse [*sic*], remisisse et quietumclamasse de me et heredibus meis inperpetuum priori et conventui sancti Oswaldi de Nostel et eorum successoribus totum ius et clamium quod habui vel uncquam habere potui in omnibus terris et tenementis cum redditibus et mesuagiis que iidem prior et conventus aliquando habuerunt de dono Hugonis Brinckil mariti mei et de dono meo in territorio de Brameham et etiam totum ius et clamium quod habui vel habere potui in quatuor acris terre cum pertinentiis in territorio de Brameham, quas abbas et conventus de Kirk'stal aliquando tenuerunt ad terminium annorum de Hugone Brinckil marito meo et de me que me contingebant iure hereditario. Ita quod nec ego Avicia nec heredes mei nec aliquis nomine nostro in predictis terris vel tenementis cum redditibus et mesuagi[is] et eorum pertinentiis vel in predictis quatuor acris terre cum suis pertinentiis ius vel clamium uncquam exigere poterimus in posterum seu vendicare. Pro hac vero concessione, remissione et quieta clamatione dederunt mihi predicti prior et conventus quamdam summam pecunie premanibus. Et ego Avicia predicta et heredes mei omnes predictas terras et tenementa cum redditibus et mesuagiis et eorum pertinentiis et etiam predictas quatuor acras terre cum suis pertinentiis antedictis priori et conventui de sancto Oswaldo et eorum successoribus contra omnes homines

warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus.

Note: Date based on Hugh Brinkel and Avice daughter of Hugh (II) Gernon and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V and note preceding **no. 1129**]. The land which Avice and Hugh had previously granted was mentioned in a final concord and quitclaim [**no. 67, 1129**]. The grant to Nostell Priory of 4 acres was granted in Avice's widowhood and may be time-coincident with this document [**no. 1130**]. See note preceding **no. 1129** for further information.

1132. Confirmation with warranty by Hugh of Halton and Amabel his wife to John of Kent of a bovate of land and a dwelling [*mansum*] in Bramham which he had of the gift of Ralph of Kegworth, rendering annually to St Mary of Bramham 12*d* and to the heirs of Hugh (II) Gernon 3 farthings. ff155r-v/pp. 381-82

[late 13th century, before 26 August 1291]

Rubric: Carta Hugonis de Halton'.

Sciant omnes tam et cetera quod ego Hugo de Haltona et Anabella uxor mea concessimus et confirmavimus pro nobis et heredibus nostris Iohanni de Kent et heredibus suis vel suis assignatis unam bovatam terre cum pertinentiis et unum mansum in villa et territorio de Brameham, illam videlicet bovatam terre cum manso quam habuit ex dono Rad[ulfi] de Keggewrth' [*f155v*] in eadem villa de Brameham; tenend' et habend' dicto Iohanni et heredibus suis vel suis assignatis [a *dotted for deletion*] libere, quiete, pacifice cum omnibus pertinentiis et aysiamentis infra villam de Brameham et extra, reddendo inde annuatim servitio beate Marie de Brameham xij. denarios ad Pentecost' et ad festum sancti Martini in hyeme et heredibus Hugonis Gernun tres quadrantes annuatim pro omni servitio seculari, consuetudine, exactione et demanda. Ita quod nec nos nec heredes nostri nec aliquis ex parte nostra in dicta terra cum pertinentiis ius vel clamium exigere vel vendicare preter predictos tres quadrantes poterimus inperpetuum. Nos vero et heredes nostri dictam bovatam terre cum pertinentiis et cum manso dicto Iohanni et heredibus suis vel assignatis contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra duximus apponenda et cetera.

Note: Date based on Amabel daughter of Hugh (II) Gernon and Hugh of Halton. See note preceding **no. 1129** for Hugh of Halton and Amabel daughter of Hugh (II) of Gernon. Ralph of Kegworth occurred frequently in the Bramham transactions and he can be dated to the last half of the 13th century by his association with others and he was dead by 1300 [see note preceding **no. 1100**]. This land was sold by both Amabel and Avice and their husbands [Hugh of Halton and Hugh Brinkel respectively] to Ralph of Kegworth, a transaction which must have occurred before 26 August 1291 the latest limit of Hugh of Halton's life [**nos. 1144, 1164**]. This was the bovate which John of Bamburgh leased to Ralph of Kegworth and which John of Kent and Ralph of Kegworth granted to Nostell Priory [**nos. 1145, 1151, 1155**]. Also see **no. 1135**.

1133. Grant with warranty in pure, free and perpetual alms by Hugh of Halton of Bramham and Amabel Gernon his wife of 2 acres of arable land in the fields of Bramham [various locations described]. William their son and heir confirms the grant. f155v/p. 382

[late 13th century, before 26 August 1291]

Rubric: Carta eiusdem.

Sciant omnes tam et cetera quod ego Hugo de Halton de Brameham et Anabella Gernun uxor mea dedimus, concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus pro nobis et heredibus nostris priori et conventui de sancto Oswaldo et eorum successoribus in puram, liberam et perpetuam elemosinam duas acras terre arabilis in campo de Brameham iacentes solutas et quietas ab omni seculari accione et demanda, quarum una iacet

super Longhaldeford in campo boriali, cuius unum capud abuttat super Canun Milne et aliud super Grenegate versus Oclestorp, et dimidia acra et dimidia perticata iacent in campo occidentali abuttantes super Stonigate versus aquilonem et super gardinum dictorum prioris et conventus et dimidia perticata iacet super Crosfurlanges et una perticata iacet in campo iuxta Hugonem de Brinckil ex parte australi abuttans super le Suthgate et super Benelandes et una perticata iacet in campo australi iuxta Hugonem de Warrum ex parte occidentali, cuius unum capud abuttat super viam de Hedlay et aliud versus austrum super Benelandes; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete, integre et pacifice cum omnibus suis aysiamentis inperpetuum. Et ego Hugo de Halton et Anabella uxor mea et heredes nostri ac successores dictas duas acras terre dictis priori et conventui et eorum successoribus in omnibus et contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra apposuimus una cum sigillo Willelmi filii nostri et heredis qui presentem donationem pro se et suis nobiscum dictis priori et conventui libere concessit et confirmavit. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Hugh of Halton and Amabel daughter of Hugh (II) Gernon, see note preceding **no. 1129.** Hugh of Halton and Amabel granted to Nostell Priory an additional 8 acres of land, with the consent of William their heir **[no. 1134]**. Amabel quitclaimed her right to land granted to Nostell Priory by Hugh of Halton **[nos. 1136, 1164]**.

1134. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Hugh of Halton and Amabel Gernon his wife of 8 acres of arable land in the fields of Bramham [various locations described]. William their son and heir confirms the grant. ff155v-156r/pp. 382-83

[late 13th century, before 26 August 1291]

Rubric: Carta eiusdem.

Sciant omnes tam et cetera quod ego <Hugo> de Halton de Brameham et Anabella Gernun uxor mea dedimus, concessimus et hac presenti carta mea confirmavimus pro nobis et heredibus nostris priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam octo acras terre arabilis in campo de Brameham iacentes et solutas quietas ab omni seculari servitio, accione et demanda, quarum tres acre iacent in campo boriali, unde una acra iacet super Longhaldeford inter terram Yssabelle Gernun et terram Alicie filie sue abuttans super le Canun Milne; et dimidia acra iacet inter terram dicte Yssabelle Gernun et terram Avicie filie et abuttat super toftum Willelmi molendinarii; et dimidia acra iacet super Gouil inter terram Ysabelle predicte et terram Avicie predicte filie sue et abuttat super viam que ducit apud Oclistorp; et dimidia acra iacet apud Wranglandes inter terram Odardi et terram Cristiane de prebenda; et una roda iacet apud Haldeford inter terra Alicie Gernun et terram Rogeri de Moswode et abuttat super Holegate; et una roda iacet apud Foxpittes inter terram dicti Odardi et terram predicte Cristiane et abuttat super culturam de Hedlay; et due acre et una roda iacent in campo australi, quarum una dimidia acra iacet apud Hennerowes inter terram Ysabelle predicte et terram antedicte Alicie filie sue *[f156r]* et abuttat super viam regiam; et dimidia acra iacet apud Scouelbrod inter terram dicte Ysabelle et terram Ricardi ad fontem et abuttat super viam que ducit apud Hedlay; et dimidia acra iacet Longsmale inter terram prioris de Marton et terram predicte Avicie Gernun et buttat super viam que dic' [*sic*] Ebor'; et dimidia acra iacet apud Neuschitdoles inter terram dicti prioris et terram dicte Ysabelle et abuttat super le Witflat; et una roda iacet apud Ulfaylandes inter terram Cristiane de prebenda et terram Hugonis de Warrum et abuttat super viam de Hedlay et super Benelandes; et dimidia roda iacet super Crosfurlanges iuxta terram Avicie predicte ex parte

australi abuttans super le Suthgate et super gardinum prioris et conventus; et due acre et dimidia roda iacent in campo occidentali, quarum dimidia acra et dimidia roda iacent inter terram Avicie predicte et terram Alicie sororis sue abuttans super Stonigate et super gardinum prioris et conventus de sancto Oswaldo; et dimidia acra iacet inter terram Ysabelle Gernun et terram Avicie filie sue et abuttat super pomerium domini prioris de sancto Oswaldo; et dimidia acra iacet inter terram dicte Ysabelle et terram dicte Avicie et abuttat super Staingate; et tres rode iacent apud Byrcheued inter terram Odardi predicti et terram Cristiane de prebenda et abuttat super Calvhyl; et una roda iacet apud Bulderstones inter terram dicte Ysabelle et terram Avicie prenominate; tenend' et habend' dictis priori et conventui de sancto Oswaldo et eorum successoribus libere, quiete, integre et pacifice cum omnibus suis pertinentiis et aysiamentis inperpetuum. Et ego Hugo de Halton et Anabella uxor mea et heredes nostri ac successores dictas octo acras terre dictis priori et conventui et eorum successoribus in omnibus et contra omnes homines Iudeos et Cristianos warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra apposuimus una cum sigillo Willelmi filii nostri et heredis qui presentem donationem pro se et suis nobiscum dictis priori et conventui libere concessit et confirmavit. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Hugh of Halton and Amabel daughter of Hugh (II) Gernon, see note preceding **no. 1129**. Hugh of Halton and Amabel granted to Nostell Priory an additional 2 acres of land, with the consent of William their heir [**no. 1133**]. Amabel quitclaimed her right to land granted to Nostell Priory by Hugh of Halton [**nos. 1136, 1164**]. At the time of this transaction Isabel wife of Hugh (II) Gernon was still living and Avice and Alice both are mentioned holding land which suggests this was before Avice granted all her lands in Bramham she had inherited from her father and mother [**nos. 67, 1130, 1131**].

1135. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Hugh of Halton and Amabel Gernon his wife of a bovate of land with dwelling [*mansum*] in Bramham, namely that which was once John of Bamburgh's. f156r/p. 383

[late 13th century, before 26 August 1291]

Rubric: Item carta eiusdem.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Hugo de Halton et Anabella Gernun uxor sua salutem. Noveritis nos concessisse et hac presenti carta confirmasse pro nobis et heredibus nostris priori et conventui sancti Oswaldi unam bovatam terre cum manso et omnibus suis pertinentiis in villa et territorio de Brameham, illam scilicet bovatam terre cum manso quod erat quondam Iohannis de Bamburc; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete et integre cum omnibus suis pertinentiis et aysiamentis infra villam de Brameham et extra in puram et perpetuam elemosinam. Nos vero Hugo et Anabella et heredes nostri dictam bovatam terre cum manso et omnibus pertinentiis suis prefatis priori et conventui et eorum successoribus contra omnes homines warantizabimus, defendemus et acquietabimus tamquam puram et perpetuam elemosinam inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra duximus apponenda. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Hugh of Halton and Amabel daughter of Hugh (II) of Gernon, see note preceding **no. 1129** for dating and this family. See note **no. 1132** concerning this bovate of land.

1136. Quitclaim by Amabel daughter of Hugh (II) Gernon of Bramham and widow of Hugh of Halton, in her widowhood, of all right or claim to all lands and tenements in Bramham, namely those

which Amabel and Hugh of Halton had granted to the canons. For this the canons gave Amabel a sum of money in her great necessity. ff156r-v/pp. 383-84

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Amabell[ie] filie Hugonis Gernon.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Amabil[ia] filia Hugonis Gernun de Brameham relicta Hugonis de Halton salutem in Domino. Noverit universitas vestra me in libera viduitate mea et legitima potestate concesscisse [*sic*] et omnino quietumclamass<e>[a] de me et heredibus meis omnibus inperpetuum dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo pro quadam summa peccunie mihi in necessitate mea tradita totum ius meum et clamium quod habui vel quoquomodo habere potui seu in posterum habere potero in omnibus terris et tenementis quas vel que dicti domini mei habent ex dono Hugonis de Halton quondam viri mei et meo seu ex dono cuiuscumque alterius me quoquo iure contingentia vel que aliquo casu contingere [*f156v*] possint in villa et territorio de Brameham. Ita quod nec ego Amabil[ia] predicta nec heredes mei nec aliquis per nos seu nomine nostro aliquid iuris vel clamii in predictis terris et tenementis nec in eorundem pertinentiis, libertatibus et aysiamentis de cetero poterimus exigere vel in futurum quoquomodo vendicare sed ab omnimodis actionibus terrarum predictarum et tenementorum tenore scripti presentis exclusi simus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

[a] ms corrected from *quietumclamassa.*

Note: Date based on Amabel daughter of Hugh (II) Gernon and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Amabel quitclaimed her right to land granted by Hugh of Halton during the rule of Prior Richard Warter which indicates that Hugh of Halton was dead by 26 August 1191 [see **no. 1164**]. It is not clear if this document was at the same time as her quitclaim to Prior Richard and thus the latest limit must be extended to the latest entry made by Scribe B. See note preceding **no. 1129** for Gernon family.

Note to **nos. 1137-42.** The Vavasour family, descendants from Doomsday Malger, in 1166 held knights' fees in the honours of Skipton, Pontefract and Percy, but Geoffrey son of William who was mentioned below does not appear in family genealogies [*EYC VII*, pp. 166-73; *EYC XI*, pp. 118-22; *EYC* III, no. 1508; Clay & Greenway, *EYFamilies*, p. 95]. Geoffrey le Vavasour and his wife Agnes held land in Oglethorpe [**nos. 1192, 1196, 1202**]. Their daughter Juliana married twice, once to Robert Prodom [**no. 1141**] and also to William of Watton [**nos. 1142, 1143**].

Nicholas of Oglethorpe, whose tenants were Juliana daughter of Geoffrey le Vavasour and her husbands, occurred as early as 19 September 1275 and at least as late as 30 January 1294 and held a third a knight's fee of Reginald FitzPeter [*Yorks Inq.* 1, pp. 161-62, 183; *Yorks Inq.* 2, pp. 49-50, 157]. The transactions which follow can thus be dated to the last quarter of the 13th century, before 1294 [Scribe B's latest entry]. It is most likely that Juliana married firstly William of Watton as they granted land to John Clerkheued which he sold to Nostell Priory between 1253 x 1264 [**nos. 782, 1143**]. Her second marriage to Robert Prodom followed.

1137. Grant with warranty by Juliana daughter of Geoffrey le Vavasour of Bramham in her widowhood to John Ruptar[ius] of Hazelwood of a toft without croft and a toft with a croft and with all lands of these tofts in the fields of Bramham [described], rendering annually to Nicholas of Oglethorpe 3*d.* f156v/p. 384

[last quarter 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Iuliane filie Galfridi le Vavessur.

Sciant et cetera quod ego Iuliana filia Galfridi le Vavessur de Brameham in mea mera viduitate et legitima potestate dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Iohanni Ruptar' de Hesilwode unum toftum sine crofto in villa de Brameham iacentem propinquior' tofto Roberti molendinarii versus boream et unum toftum cum crofto in eadem villa iacens propinquior' tofto Mariote filie Willelmi filii Alexandri ad caput ville versus occidens cum tota terra dictis toftis in campis de Brameham pertinente absque ullo retenemento; habend' et

tenend' dicta duo tofta cum uno crofto et tota terra pertinente dicto Iohanni et heredibus vel assignatis suis aut cuicumque dare, vendere vel assignare voluerit libere, quiete, integre et pacifice et hereditarie cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus et aysiamentis, liberis communibus, in aquis, molendinis, campis, silvis, pratis, moris et aliis pasturis et in cunctis aliis locis infra villam de Brameham et extra ad dicta duo tofta cum crofto et terra pertinente spectantibus, reddendo inde annuatim Nycholao de Occlestorp et heredibus sive assignatis suis tres denarios tantum, videlicet ad natale Domini unum denarium et ad Pentecost' unum denarium et ad festum sancti Martini in yeme unum denarium pro omni servitio seculari, consuetudine, exactione et demand[a], faciendo forinsecum servitium quam pertinet ad supradictum tenementum in eadem villa pertinent. Et ego vero dicta Iuliana et heredes vel assignati mei predicta duo tofta cum uno crofto et tota terra pertinente cum omnibus supradictis pertinentiis sine aliquo retenemento pro predictis servitiis dicto Iohanni Ruptar' et heredibus vel assignatis suis contra omnes gentes warantizabimus, defendemus inperpetuum et acquietabimus. In cuius rei testimonium presens scriptum et cetera.

Note: Date based on Nicholas of Oglethorpe and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding for further information concerning Nicholas of Oglethorpe. John Ruptarius subsequently granted this land to Robert Prodom of Bramham [no. 1138]. Juliana was, at this point, a widow of her husband William of Watton and she subsequently married and outlived Robert Prodom [no. 1143]. Another landholder mentioned, Mariote daughter of William son of Alexander [of Bramham], probably occurred in the same timeframe with her brothers Hugh the chaplain and Richard in the mid to late 13th century [see note preceding no. 578].

1138. Grant with warranty by John Ruptarius of Hazelwood to Robert Prodom of Bramham of all his tenement in Bramham, namely 2 tofts with crofts and all the lands pertaining to the tofts in the fields of Bramham, which John has as a grant from Juliana daughter of Geoffrey le Vavasour, rendering annually to Nicholas of Oglethorpe 3*d.* f156v/p. 384

[last quarter 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Iohannis Ruptarii.

Omnibus hoc scriptum et cetera Iohannes Ruptarius de Hesilwode salutem. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Roberto Prodom de Brameham totum tenementum meum quod habui de dono Iuliane filie Galfridi le Vavesur in villa et territorio de Brameham, videlicet unum toftum cum crofto iacens proprinquius tofto Roberti molendinarii in eadem villa versus boream et unum toftum cum crofto in eadem villa iacens proprinquius tofto Mariorie filie Willelmi filii Alexandri ad caput ville versus occidens cum tota terra dictis toftis in campis et territorio de Brameham pertinente absque ullo retenemento; habend' et tenend' totum dictum tenementum dicto Roberto et heredibus suis sive assignatis vel cuicumque dare, vendere aut assignare voluerit libere, quiete, integre et hereditarie cum omnibus pertinentiis, libertatibus, aysiamentis, liberis communibus, in omnibus locis, in agris, silvis, pratis, moris, pasturis, mariscis, aquis, molendinis, viis, semitis ad dictum tenementum infra dictam villam de Brameham et extra spectantibus, reddendo inde annuatim Nicholao de Occlistrop' et heredibus sive assignatis suis tres denarios tantum, videlicet ad natale Domini unum denarium et ad Pentecosten unum denarium et ad festum sancti Martini in yeme unum denarium pro omni servitio seculari, consuetudine, exactione et demand[a], faciendo forinsecum servitium quam pertinet ad supradictum tenementum in eadem villa. Et ego vero dictus Iohannes totum prefatum tenementum et heredes mei prenominato Roberto et heredibus sive suis assignatis pro predictis servitiis warantizabimus, defendemus et acquietabimus quamdiu warantum carte mee mihi et heredibus meis warantizare poterit. In cuius rei et cetera.

Note: Date based on Nicholas of Oglethorpe and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1137** for information on Nicholas of Oglethorpe and others. This was the same land which Juliana, widow of William of Watton, granted to John Ruptarius although an additional croft was now associated with the property [**no. 1137**]. Subsequently Juliana and Robert granted the land and croft to Nostell Priory [**no. 1139**].

1139. Grant with warranty in free and perpetual alms by Robert Prodom of Bramham and Juliana his wife of all their land with 2 tofts and buildings in Bramham [described], rendering annually to Nicholas of Oglethorpe 3*d.* ff156v-157r/pp. 384-85

[last quarter 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Roberti Prodom.

Universis presentes literas et cetera Robertus Prodom de Brameham et Iuliana uxor eius salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos dedisse, concessisse[a] et hac presenti carta nostra confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam et perpetuam *[f157r]* elemosinam totam terram nostram cum duobus toftis et edificiis superpositis quam et que habuimus in villa et territorio de Brameham cum omnibus suis pertinentiis, libertatibus et aysiamentis infra villam et extra ad dictam terram pertinentibus sine retenemento, quorum scilicet unum toftum iacet ad occidentale caput predicte ville de Brameham ex parte australi et aliud toftum iacet super altam stratam versus Werreby ex parte boriali inter toftum Willelmi de Langewait et toftum Roberti molendinarii; habend' et tenend' predictam terram cum toftis et aliis suis pertinentiis predictis canonicis et eorum successoribus libere, quiete, pacifice et integre absque omni servitio seculari, secta curie, comitatus vel wapentac' et demand[a], reddendo inde annuatim Nycholao de Occlistorp pro omni servitio tres denarios per annum ad Pentecost', scilicet ad festum sancti Martini in yeme, et eidem Nicholao tres obulos annuatim pro fine wapentach'. Nos vero dicti Iohannes et Iuliana uxor mea et heredes nostri predictam terram cum omnibus suis pertinentiis ut predictum est predictis canonicis et eorum successoribus contra omnes homines Cristianos seu Iudeos pro predicto servitio warantizabimus, acquietabimus inperpetuum et defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra apposuimus.

[a] ms corrected from *concessisse.*

Note: Date based on Nicholas of Oglethorpe and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1137** for further information concerning Nicholas Oglethorpe and others. This was the land which Juliana, as a widow of William of Watton, granted to John Ruptarius who subsequently granted it to Robert Prodom [**nos. 1137, 1138**]. William (II) of Langthwaite, mentioned here as holding a toft, occurred from as early as October 1251 until at least as late as 1303 [see note preceding **no. 1100** for dating].

1140. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Nicholas son of Hugh of Oglethorpe of all his land with 2 tofts and buildings in Bramham, namely those which Robert Prodom of Bramham and Juliana his wife held of Nicholas. Quitclaim by Nicholas of all right or claim to the annual rent of 4*d* and a half-penny which he received for the land and tofts. He and his heirs will pay 3 half-pennies annually to the chief lord of the fee for the wapentake fine. f157r/p. 385

[last quarter 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Nicholai filii H. d' Occlistorp'.

Universis presentes literas et cetera Nycholaus filius Hugonis de Occlistorp' salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam totam terram cum duobus toftis et edificiis superpositis quam et que Robertus Prodom de Brameham et Iuliana uxor eius de

me tenuerunt in villa et territorio de Brameham cum omnibus suis pertinentiis, libertatibus et aysiamentis infra villam et extra ad dictam terram pertinentibus vel pertinere debentibus sine retenemento, prout in carta dictorum Roberti et Iuliane uxoris eius eisdem religiosis facta plenius continetur; et etiam quietum clamasse de me et heredibus meis sive successoribus meis quibuscumque eisdem religiosis annuum redditum quatuor denariorum et oboli quos de dictis terra et toftis cum suis pertinentiis annuatim percipere consuevi: unde ego et heredes mei seu successores quicumque tres oboli per annum capitali domino feodi pro fine wapentach' persolvemus et in omnibus contra omnes dictam terram cum pertinentiis predictis warantizabimus et pro eiusdem religiosis satisfaciemus. Ut autem hec mea donatio, confirmatio et quietaclamatio robur firmitatis optineant inperpetuum presens scriptum sigillo meo corroboravi. Hiis testibus.

Note: Date based on Nicholas of Oglethorpe and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1137** for further information concerning Nicholas of Oglethorpe. The tofts and crofts granted to Nostell Priory by Juliana and Robert had been held by John Ruptarius [**nos. 1137-39**].

1141. Quitclaim in her widowhood by Juliana daughter of Geoffrey le Vavasour and widow of Robert Prodom of Bramham of all right and claim to all lands, tenements, rents and buildings in Bramham, which the canons have by the grant made by her and Robert Prodom. f157r/p. 385

[last quarter 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Iuliane filie Galfridi le Vavessur.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera, Iuliana filia Galfridi le Vavesur relicta Roberti Prodom de Brameham salutem in Domino. Noverit universitas vestra me in pura et legitima viduitate mea dedisse, concessisse et de me et heredibus meis inperpetuum quietumclamasse priori et conventui de sancto Oswaldo totum ius et clamium quod habui vel habere potui quoquomodo in omnibus terris et tenementis, redditibus et edificiis cum suis pertinentiis que quidem me qualitercumque in villa et territorio de Brameham contingere debebant vel poterant et etiam in hiis que dicti prior et conventus habent ex dimissione et datione Roberti Prodom quondam viri mei et mea in eadem. Ita quod nec ego dicta Iuliana nec aliquis nomine meo seu heredum meorum in dictis terris, tenementis, redditibus, edificiis cum suis pertinentiis de cetero aliquod ius vel clamium vendicare seu exigere poterimus inperpetuum. In cuius rei testimonium sigillum meum presenti scripto apposui et cetera.

Note: Date based on Nicholas of Oglethorpe and the latest entry made by Scribe B [se Chapter V]. See note preceding **no. 1137** for further information concerning Nicholas of Oglethorpe. Juliana was a tenant of Nicholas Oglethorpe and the land granted here was probably that transferred in **no. 1139** and confirmed by Nicholas of Oglethorpe [**no. 1140**].

1142. Grant in her widowhood by Juliana of Watton late wife of Robert Prodom of Bramham of a toft, croft and 3 acres of land in Bramham which the prior and convent have of the gift of Juliana and leased, to be received by the canons after her death, moreover she quitclaims all right or claim to all lands in Bramham and Oglethorpe. ff157r-v/pp. 385-86

[last quarter 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Iuliane de Wattona.

Universis Cristi fidelibus et cetera Iuliana de Wathton relicta Roberti Prodom de Brameham salutem. Noverit me in legitima viduitate mea dedisse, concessisse et [hac *dotted for deletion*] sursum reddidisse dominis meis prior et conventui de sancto Oswaldo unum toftum et croftum et tres acras terre cum pertinentiis in Brameham, que iidem prior et conventus prius habuerunt de dono et concessione mea et postmodo de dictis priore et

conventu ad terminum vite mee recepi. Preterea ego Iuliana predicta in libera mea viduitate remisi, relaxavi et omnino de me et heredibus meis quietumclamavi prefatis priori et conventui de sancto Oswaldo et eorum successoribus totum ius et clamium quod uncquam habui vel habere potui *[f157v]* in omnibus terris et tenementis cum suis pertinentiis redditibus, pratis, pasturis, wardis, releviis, et eschaetis in villa de Brameham et Occlistorp mihi aliquo iure competentibus. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis nomine nostro in predictis terris et tenementis cum suis pertinentiis sicut predictum est aliquid iuris vel clamii decetero exigere poterimus inperpetuum vel vendicare. In cuius rei testimonium presentibus sigillum meum apposui et cetera.

Note: Date based on Nicholas of Oglethorpe and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1137**. This document, probably issued near her death, suggests that Juliana was quitclaiming the land granted by her and her first husband William of Watton [**no. 1143**] and the mention of Oglethorpe suggests she may have been quitclaiming the land her parents had held in Oglethorpe [**nos. 1192, 1196, 1202**]. This document may have been time coincident with her grant of other tofts [**no. 1141**].

1143. Confirmation with warranty by William of Watton and Juliana his wife to John Clerkheued of St Oswald of a toft with buildings and 3 roods of land in Bramham [described], rendering annually a rose to William and Juliana. For this John gave William and Juliana a sum of money. f157v/p. 386
[13th century, before 1264]

Rubric: Carta W. de Wartona.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Willelmus de Watton et Iuliana uxor sua salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos dedisse, concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Iohanni Clercheuid de sancto Oswaldo et heredibus suis vel suis assignatis unum toftum cum edificiis superpositis et tres rodas terre in villa et territorio de Brameham, illud scilicet toftum quod iacet inter toftum Roberti molendinarii et toftum Willelmi filii Roberti prepositi, quarum una roda terre iacet super Wranglandes et una roda iacet in campo australi versus Heuedlay et tertia roda iacet in occidentali campo aput Byrkesheuid; habend' et tenend' sibi et heredibus suis vel cui assignare voluerit de nobis et heredibus nostris libere, quiete, integre et pacifice cum omnibus libertatibus et aysiamentis infra villam de Brameham et extra ad tantum tenementum spectantibus, reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris unam rosam ad festum nativitatis sancti Iohannis Baptiste pro omnibus servitiis, consuetudinibus et demand[is]. Pro hac donatione, concessione et presentis carte confirmatione dedit nobis predictus Iohannes quamdam summa pecunie in nostra magna necessitate. Nos vero et heredes nostri predictum toftum cum predictis tribus rodis terre dicto Iohanni et heredibus suis vel assignatis contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra apposuimus et cetera.

Note: Date based on grant by John Clerkheued of this land to Nostell Priory, see **no. 782**. John Clerkheued granted this property to Nostell Priory along with land granted by his uncle John de Vescy [**nos. 720, 784**]. John de Vescy inherited his father's estates by 1253 and he was dead by 2 April 1289 [*Yorks Inq.* 2, pp. 81-83]. The latest limit of 1264 is based on the latest entry made by Scribe A who copied **nos. 720, 782, 784** [see Chapter V]. This was Juliana daughter of Geoffrey le Vavasour's first husband, she later married and outlived Robert Prodom [see note preceding **no. 1137**]. Juliana quitclaimed this land near her death [**no. 1142**].

1144. Sale and quitclaim with warranty by Hugh of Halton and Amabel his wife and Hugh Brinckel and Avice his wife to Ralph of Kegworth of all their right and claim to a bovate of land in Bramham, namely that which John of Bamburgh once held, rendering annually to St Mary of Bramham 12*d* of silver and to the heirs of Hugh Gernon 3 farthings. For this Ralph gave them a sum of money. f157v/p. 386

[late 13th century, before 26 August 1291]

Rubric: Carta Hugonis de Haltona.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Hugo de Haltona et Amabil[ia] uxor sua et heredes eorum vel assignati et ego Hugo Brinckil et Avicia uxor sua et heredes eorum vel assignati salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos dedisse, concessisse et hoc presenti scripto nostro confirmasse et quietumclamasse totum clamium nostrum et totum ius nostrum quod ad presens habemus vel de cetero poterimus habere in illa bovata terre in villa et territorio de Brameham quam Iohannes de Bamburg quondam tenuit in eadem villa, Rad[ulfo] de Keggewrthe et heredibus suis vel assignatis pro quadam summa pecunie quam nobis predictus Rad[ulfus] dedit premanibus. Et ego Hugo de Halton et Amabil[ia] uxor mea et heredes nostri vel assignati et ego Hugo de Brinckil et Avicia uxor mea et heredes nostri vel nostri assignati totam predictam confirmationem et quietam clamationem prenominate bovate terre cum omnibus pertinentiis suis predicto Rad[ulfo] et heredibus suis vel assignatis contra omnes homines et mulieres warantizabimus, acquietabimus et in perpetuum defendemus pro annuali servitio quod debet persolvi servitio beate Marie Virginis de Brameham, videlicet vj. denarios argenti ad Pentecost' et vj. denarios ad festum sancti Martini in hyeme et tres quadrantes heredibus Hugonis Gernun in die Pentecost'. Et ut hec confirmatio et quieta clamatio stabilis permaneat et perseverans, scilicet de predicta bovata terre cum omnibus pertinentiis suis, nos istud scriptum sigillis nostris corroboravimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Hugh Brinkel and Hugh of Halton and their wives and co-heiresses of Hugh (II) Gernon. Hugh of Halton was dead by 26 August 1291 when his widow, Amabel, quitclaimed her dower rights to Nostell Priory [no. 1164]. Hugh of Brinkel died between April 1186 and 1194 [nos. 67, 1130, 1131]. See note preceding nos. 1129, 1100 for the individuals named here. See note no. 1132 for information concerning this bovate of land.

1145. Grant with warranty in pure and perpetual alms by John of Kent son of Richard of Kent of a bovate of land and a dwelling [*mansum*] in Bramham, namely that which was once John of Bamburgh's and which John of Kent held of the gift of Ralph of Kegworth. f157v/p. 386

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta I. de Kent.

Sciant omnes tam et cetera quod ego Iohannes de Kent filius Ricardi de Kent dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel unam bovatam terre et unum mansum in villa et territorio de Brameham, illud videlicet mansum et illam bovatam terre que fuit aliquando Iohannis de Bamburc quam habui ex dono Rad[ulfi] de Keggewrthe; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete et pacifice cum omnibus pertinentiis et aisiamentis infra villam de Brameham et extra in puram et perpetuam elemosinam. Ego vero Iohannes et heredes mei dictam bovatam terre cum manso et omnibus pertinentiis suis prefatis priori et conventui et eorum successoribus contra omnes homines warantizabimus quamdiu carta Rad[ulfi] de Keggewrthe nobis warantizare poterit. In cuius rei testimonium presenti scripto et cetera. [*f158r*]

Note: Date based on Hugh of Halton and Amabel daughter of Hugh (II) Gernon and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V and note preceding nos. 1100, 1129]. Hugh of Halton and Amabel daughter of Hugh (II) Gernon had confirmed this land to John of Kent before August 1291 [no. 1132]. The grant of this land from Ralph of Kegworth to John of Kent does not appear in the Cartulary.

1146. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by John Sleyth of Huntwick and Alice his wife of an acre of arable land in the field of Bramham [3 locations described]. f158r/p. 387

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Iohannis Sleth.

Sciant omnes tam et cetera quod ego Iohannes Scleyth de Huntewyck' et Alicia uxor mea dedimus, concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus pro nobis et heredibus nostris priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam unam acram terre arabilis in campo de Brameham, cuius dimidia acra et dimidia perticata iacent in campo occidentali abbuttantis super Stonigate versus aquilonem et super gardinum dictorum prioris et conventus, et dimidia perticata iacet super Crosfurlanges iuxta Hugonem de Brinckil ex parte boriali abbuttat super le Suthgate et super Benelandes, et una perticata iacet subtus Gouil inter terram dicti Hugonis Brinckil et terram abbatis de Ebor' abuttans super culturam quondam Hugonis de Brinckil; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete, pacifice et integre cum omnibus suis, aysiamentis inperpetuum. Et ego Iohannes Scleyth et Alicia uxor mea et heredes nostri ac successores dictam acram terre dictis priori et conventui et eorum successoribus in omnibus et contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on Alice daughter of Hugh (II) Gernon and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding no. 1129 for further information concerning the Gernon family and dating. Hugh of Brinkel mentioned as holding land nearby was the husband of Alice's sister Avice.

1147. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by John Sleyth of Huntwick and Alice his wife of 3 acres of arable land in the field of Bramham [various locations described]. f158r/p. 387

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta eiusdem.

Sciant omnes tam et cetera quod ego Iohannes Sleyth de Huntewyc et Alicia uxor mea dedimus, concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus pro nobis et heredibus nostris priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam tres acras terre arabilis in campo de Brameham iacentes, quarum una acra iacet in campo australi unde dimidia acra iacet aput Hennerowes inter terram Amabil[ie] Gernun et terram Geve Franclayn et abuttat super viam regiam versus Abreford et dimidia acra iacet aput Surlandes inter terram Rogeri de Mosewode et terram Hugonis Furnur et abuttat super viam predictam; et una acra iacet in campo boriali cuius dimidia acra iacet super Gouil inter terram quondam Hugonis de Brinckil et viam que ducit ad molendinum de Brameham et abuttat super viam que ducit ad Occlestorp et dimidia acra iacet aput Helleker et abuttat super Haldeford in campo predicto; et una acra iacet in campo occidentali inter terram quondam Hugonis Brinkil et terram Ricardi le Blund et abuttat super pomerium prioris de sancto Oswaldo, videlicet dimidia acra, et dimidia acra iacet aput Colemandale in dicto campo inter terram Odardi et terram Cristiane de prebenda et abuttat super terram abbatis de Ebor'; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete, integre et pacifice cum omnibus suis pertinentiis et aysiamentis inperpetuum. Et ego Iohannes Scleyth et Alicia Gernun uxor mea et heredes nostri ac successores dictas tres acras terre dictis priori et conventui et eorum successoribus in omnibus et contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigilla nostra apposuimus et cetera.

Note: Date based on Alice daughter of Hugh (II) Gernon and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding no. 1129 for the descendants of Hugh (II) Gernon. Hugh of Brinkel mentioned as holding nearby land was the husband of Alice's sister Avice and he died sometime between April 1284 and 1294. In 1294 x 1295 Richard le Blund, mentioned as a land holder, held a toft and 2 bovates of the prebend of Bramham ['Extents Prebends York', p. 4].

1148. Lease with warranty by John of Keswick and Agnes his wife to Ralph of Kegworth of a toft in Bramham [described], two acres of arable land in the field of Bramham [various locations described], and the homage and service of Adam the forester, rendering annually to John and Agnes 3*d* of silver. ff158r-v/pp. 387-88

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta I. de Keswik'.

Sciant presentes et cetera quod ego Iohannes de Keswyc et Agnes uxor mea dedimus, concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus Rad[ulfo] de Keggewrth unum toftum cum pertinentiis sicut nos predictum toftum tenuimus sicut iacet inter terram Ricardi quondam servi cappel[l]ani et inter terram prioris sancti Oswaldi quam Robertus Bulloc tenet et duas acras terre arabilis in campo de Brameham, videlicet dimidiam acram in australi campo aput Scouelbrod inter terram Rad[ulfi] de Monte et terram Ricardi ad Fontem et dimidia acra in aquilonali campo que abuttat super K'rerowes inter terram Rad[ulfi] de Monte et terram prioris sancti Oswaldi et dimidiam acram in occidentali campo que abuttat super Stanigate inter terram Rad[ulfi] de Monte et terram prioris sancti Oswaldi et unam rodam aput Byrbusk' que vocatur le Forer et unam rodam in eodem campo inter terram Petri de Malay et terram beate Marie et homagium et servitium quod Adam Forestarius nobis solebat inpendere; tenend' et habend' de nobis et heredibus nostris predicto Rad[ulfo] et heredibus suis vel suis assignatis libere, quiete, integre, bene et in pace cum omnibus pertinentiis suis, reddendo inde annuatim *[f158v]* nobis et heredibus nostris tres denarios argenti pro omni servitio, exactione et demand[a], scilicet tres obolos ad festum sancti Martini in yeme et tres obolos ad Pentecost'. Et ego Robertus [*sic*] et Agnes uxor mea et heredes nostri predictum toftum cum pertinentiis et duabus acris terre predicto Rad[ulfo] et heredibus suis vel assignatis pro predicto servitio contra omnes homines et mulieres warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. Hiis testibus.

Note: Date based on Ralph of Kegworth and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding no. 1100 for dating of Ralph of Kegworth. The toft was granted by John of Keswick and Agnes to Nostell Priory [no. 1165] and they quitclaimed one of the acres of land to Nostell Priory [no. 1166]. Ralph of Kegworth granted to Nostell Priory two acres of this land with Adam the forester and his 1*d* rent [no. 1149].

1149. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Ralph of Kegworth of a toft in Bramham [described], 2 acres of arable land in Bramham in 3 fields [described], the homage and service of Adam the forester, and the annual rent of 1*d*. f158v/p. 388

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta R. de Keggewrth.

Sciant presentes et futuri quod ego Rad[ulfus] de Keggewrth' dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi priori et conventui de sancto Oswaldo unum toftum cum pertinentiis in villa de Brameham sicut est inter toftum Ricardi quondam servi capellani et toftum quod Robertus Bulloc quondam tenuit cum duabus acris terre arabilis in territorio predicto in tribus campis iacentibus, quarum dimidia acra iacet aput Scouelbrod in campo australi inter terram Rad[ulfi] de Monte et terram Ricardi ad Fontem et dimidia acra in campo boriali que abuttat super Kirk'rowes inter terram predicti Rad[ulfi] et terram dictorum prioris et conventus, dimidia

autem acra iacet in campo occidentali et abuttat super Stanigate iuxta culturam prioris et conventus et terram predicti Rad[ulfi] de Monte et una perticata iacet aput Birk'busque in campo predicto et alia perticata in eodem campo inter terram beate Marie et terram domini Petri de Malo Lacu cum homagio et servitio Ade Forestarii et annuo redditu unius denarii in festo Pentecost' de eodem percipiendo; tenend' et habend dictis priori et conventui et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam solutam et quietam ab omni servitio seculari, consuetudine et demand[a] cum omnibus suis pertinentiis et aysiamentis. Et ego Rad[ulfus] predictus et heredes mei ac successores predictum toftum cum dictis duabus acris terre et servitio dicti Ade sicut prescriptum est dictis priori et conventui et eorum successoribus in omnibus et contra omnes homines et mulieres warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei et cetera.

Note: Date based on Ralph of Kegworth and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. This was the land which Ralph leased from John of Keswick [no. 1148]. The toft and an acre of the land was granted to Nostell Priory by John of Keswick and Ralph of Kegworth [nos. 1165-6]. See note preceding no. 1100 for further information concerning Ralph of Kegworth.

1150. Lease with warranty by Ralph of Kegworth to Eudo of Langthwaite of 3 tofts with 3 acres of land and a rood in the vill of Bramham [described], rendering annually to Ralph a rose rent and to William (II) of Langthwaite 12*d*. f158v/p. 388

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta eiusdem.

Sciant omnes tam et cetera quod ego Rad[ulfus] de Keggewrth' dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Eudoni de Langewait tria tofta cum tribus acris terre et una roda in villa et territorio de Brameham, illa videlicet tofta cum gardinis sicut iacent inter Neuellum et terram abbatis Ebor' in villa de Brameham et illas duas acras terre quas habui de dono Roberti de Langewait et illam acram terre cum roda quas habui ex dono Hugonis Gernun in eadem villa de Brameham; tenend' et habend dicto Eudoni et heredibus suis vel assignatis, de me et heredibus meis libere, quiete, pacifice cum omnibus suis pertinentiis et aysiamentis in villa de Brameham et extra, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unam rosam in die sancti Iohannis Baptiste et Willelmo de Langewait xij. denarios ad duos anni terminos, scilicet ad festum sancti Martini in yeme et ad Pentecost' pro omni servitio seculari. Et ego Rad[ulfus] et heredes mei antedicta tria tofta cum tribus antedictis acris terre et una roda dicto Eudoni et heredibus suis contra omnes homines warantizabimus in perpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on Ralph of Kegworth and Eudo of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding no. 1100 for Ralph of Kegworth and the Langthwaite family. William (II) of Langthwaite was the brother of Eudo. Ralph of Kegworth received land from Robert of Langthwaite in Bramham for which the annual rent was 12*d* [no. 1103]. Hugh (II) Gernon had granted land to Ralph of Kegworth which may have included this land [no. 1163]. See note preceding no. 1129 for information concerning Hugh (II) Gernon.

1151. Lease with warranty by John of Bamburgh to Ralph of Kegworth of his toft and all his arable land in Bramham [described], rendering annually to St Mary of Bramham 12*d* of silver and to John 3 farthings. ff158v-159r/pp. 388-89

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Iohannis de Bamburc.

Sciant presentes et cetera quod ego Iohannes de Bamburg' dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Rad[ulfo] de Keggewrth' toftum meum et totam terram meam arabilem quam ad presens habeo in villa et

territorio de Brameham vel de cetero habere potero, scilicet illam terram que iacet inter terram Ricardi de Lyndric et terram Roberti prepositi et sicut iacet iuxta terram Hugonis Gernun; tenend' et habend' de me et heredibus meis vel meis assignatis libere, quiete, integre, bene et pacifice cum omnibus pertinentiis ad predictam terram pertinentibus, reddendo inde annuatim servitio beate Marie virginis de Brameham xij. denarios argenti, scilicet vj. denarios ad Pentecost' et vj. denarios ad festum sancti Martini in yeme et mihi et heredibus meis vel meis assignatis tres quadrantes in die Pentecost' pro omni servitio exactione et demand[a]. Ego vero Iohannes de Bamburg' et heredes mei vel mei assignati toftum predictum cum terra predicta prenominato Rad[ulfo] de Keggewrth' et heredibus suis vel suis assignatis vel cuicumque illam terram dare, vendere vel assignare voluerit [*f159*] exceptis falsis Cristianis et malignis Iudeis pro predicto servitio contra omnes homines et mulieres warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Ralph of Kegworth and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 1100, 1129** for further information regarding the individuals. See note **no. 1132** for further transactions concerning this bovate of land.

1152. Quitclaim by Ralph of Kegworth of all right or claim to a toft in Bramham which he had purchased from Robert of Keswick and Agnes Franclayn his wife, namely that which was from the prebend of the canons, and the annual rent of 1*d* which Adam the forester used to pay for an acre of land belonging to that toft. f159r/p. 389

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Rad[ulfi] de Keggewrthe.

Universis Cristi fidelibus et cetera Rad[ulfus] de Keggewrth' salutem in Domino. Noverit universitas vestra me sursum reddidisse et quietumclamasse de me et heredibus meis dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo unum toftum quod emeravi de Roberto de Keswic et Agneti Franclayn uxori eius de prebenda eorundem in villa de Brameham cum annuo redditu unius denarii quem mihi annuatim reddere solebat Adam Forestarius pro una acra terre ad dictum toftum pertinente cum homagio eiusdem in villa predicta; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam inperpetuum sicut eorum prebenda liberior debet esse et quietior. In cuius rei testimonium presens scriptum et cetera.

Note: Date based on Ralph of Kegworth and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1100** for Ralph of Kegworth. Ralph purchased/leased the toft from Robert of Keswick and Agnes [**no. 1148**] and subsequently they and Ralph granted it to Nostell Priory [**nos. 1149, 1165, 1166**]. This quitclaim was probably time coincident with the grants to Nostell Priory.

1153. Grant of manumission by William of Stopham, lord of Towton, to the canons of his serf [*nativus*] Paulinus son of John son of Robert of Towton with his issue and chattels. f159r/p. 389

[mid x late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta domini W. de Stopham.

Pateat universis quod ego Willelmus de Stopham dominus de Toueton dedi, concessi et omnino quietumclamavi de me et heredibus meis inperpetuum Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam Paulinum filium Iohannis filii Roberti de Toueton nativum meum cum tota sequela sua et omnibus catallis suis sine retenemento, ita pure et libere quod

nec ego Willelmus predictus nec heredes mei nec aliquis ex parte nostra ius vel clamium in dicto Paulino nec in eius sequela sive in eorum catallis de cetero possimus aliqua ratione vendicare vel exigere. Et ego Willelmus predictus et heredes mei donationem predictam et concessionem Deo et ecclesie predicte et canonicis prenominatis in omnibus et contra homines warantizabimus et defendemus. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on occurrence of William of Stopham and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. William of Stopham occurred in 1294 as warranty for his brother Robert of Stopham regarding extensive lands in Guiseley [*Yorks F. 1272-1300*, p. 106]. He may also be the William son of John of Towton who in 1285 entered into a covenant with William le Vavasour concerning extensive lands in Hazlewood and Cokeford [*Yorks F. 1272-1300*, p. 75]. On 13 October 1290 he held by knights' service in demesne of William de Vescy in Westwick, Newton and Killinghall [*Yorks Inq.* 2, pp. 108-9]. In 1293-94 he claimed free warren in Weston, Westwick, Bishop Thornton and Baildon [*Yorks Quo Warranto*, p. 194].

1154. Quitclaim with warranty by Robert son of William son of John of Bramham to Ralph of Kegworth of all rights to a toft with buildings in Bramham [described], rendering annually to Robert of Langthwaite 12*d* of silver. f159r/p. 389

[first half 13th century]

Rubric: Carta Roberti filii I. de Brameham.

Sciant omnes tam et cetera quod ego Robertus filius Willelmi filii Iohannis de Brameham dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi de me et heredibus meis et quietumclamavi imperpetuum Rad[ulfo] de Keggewrth et heredibus suis vel assignatis unum toftum edificatum cum omnibus pertinentiis suis in villa de Brameham, scilicet totum illud toftum quod iacet inter toftum Eudonis de Langewait ex parte orientis et toftum domini abbatis beate Marie Ebor' ex parte occidentis; tenend' et habend' predictum toftum cum omnibus pertinentiis predicto Rad[ulfo] et heredibus suis vel assignatis libere, quiete, integre, bene et in pace cum omnibus libertatibus, aysiamentis, liberis consuetudinibus predicto tofto spectantibus infra villam de Brameham et extra, reddendo inde per annum Roberto de Langewait et heredibus suis xij. denariios argenti, videlicet vj. denarios ad festum sancti Martini in yeme et vj. denarios ad Pentecost' pro omni servitio, exactione et demand[a]. Ego vero Robertus et heredes mei predictum toftum cum omnibus pertinentiis predicto Rad[ulfo] et heredibus suis vel assignatis contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium huic scripto sigillum et cetera.

Note: Date based on Robert of Langthwaite. See note preceding no. 1100 for further information concerning Ralph of Kegworth and Robert of Langthwaite. Robert of Langthwaite confirmed this sale in the first half of the 13th century [no. 1103]. This transaction probably occurred early in the active adult life of Ralph of Kegworth.

1155. Grant by Ralph of Kegworth to the canons of all the land he has in Bramham as follows: of a toft and croft of the gift of John of Bamburgh, rendering annually 12*d* to the chapel of St Mary of Bramham and 3 farthings to Hugh (II) Gernon, of 1$^{1/2}$ acres of land of the gift of Hugh (II) Gernon, rendering annually to the heirs of Hugh Gernon three farthings, of 2 acres of land of Robert Langthwaite, of a rood of land from Hugh the chaplain, son of William, of a toft of Eudo of Langthwaite in Bramham, rendering annually to William (II) of Langthwaite 12*d*, and of a toft of Hugh son of William of Berlay, rendering annually 1*d*. ff159r-v/pp. 389-90

[mid/late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Rad[ulfi] de Keggewrthe.

Sciant omnes tam et cetera quod ego Rad[ulfus] de Keggewrth dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel et eorum successoribus totam terram cum

pertinentiis quam habui in villa et territorio de Brameham una cum cartis inde confectis videlicet: totam terram cum tofto et crofto et omnibus pertinentiis quam habui de dono Iohannis de Bamburc in villa et territorio de Bramham prout in carta dicti Iohannis plenius continetur; et unam acram terre et dimidia quas habui de dono Hugonis Gernun per cartam suam in territorio predicto; et duas acras terre quas de dono et per cartam Roberti de Langewait in territorio prefato; et unam rodam terre quam habui de dono Hugonis capellani filii Willelmi in territorio prenominato per cartam suam; et unum toftum quod habui de dono et per cartam Eudonis de Langewait in Brameham sicut iacet in longitudine et latitudine inter Le Kirkelane et mansum abbatis beate Marie Ebor'; et unum toftum quod habui ex dono et per cartam Hugonis filii Willelmi de Berlay sicut iacet in longitudine et latitudine inter toftum eiusdem Hugonis et toftum Geve Franclayn in Brameham; tenend' et habend' antedictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete, pacifice cum omnibus pertinentiis et aysiamentis infra villam de Brameham et extra in liberam et perpetuam [*f159v*] elemosinam, reddendo inde annuatim pro terra que fuit Iohannis de Bamburc xij. denarios capelle beate Marie de Brameham et tres quadrantes heredibus Hugonis Gernun, reddendo etiam eisdem heredibus pro acra et dimidia superius nominata unum obolum annuatim, reddendo etiam Willelmo de Langewait et heredibus suis xij. denarios annuatim pro tofto quod fuit Eudonis de Langewait <memorato> superius, reddendo etiam Hugoni de Berlay et heredibus suis unum denarium annuatim pro tofto eiusdem Hugonis superius nominato pro omni servitio seculari ad dictas terras et tenementa pertinente. Ego vero Rad[ulfus] et heredes mei sive assignati omnes predictas terras et tenementa cum suis pertinentiis contra omnes homines et dotes mulierum warantizabimus, defendemus et acquietabimus pro servitio predicto. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on Ralph of Kegworth and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 1100, 1129, 1137** for further information concerning Ralph of Kegworth and others. This transaction probably occurred late in his active life. The transactions described are found in the Cartulary as follows: toft and croft from John of Bamburgh at **no. 1151**, land from Hugh (II) Gernon at **no. 1163**, land from Hugh the chaplain at **no. 1156**, a toft granted to Eudo of Langthwaite at **no. 1150**, land from Robert of Langthwaite at **no. 1103**, the toft of Hugh son of William of Berlay did not survive in the Cartulary however William son of Robert of Berlay did hold land of the Langthwaite family [**nos. 1113, 1114**].

Note to **nos. 1156-61**. The descendants of William son of Alexander of Bramham occurred frequently in the Bramham sections of this Cartulary [see note preceding **no. 578**]. Brothers William and Walter occurred in the late 12th x mid-13th centuries. William's son and heir was Hugh, the chaplain, who occurred with Ralph of Kegworth [**nos. 1155, 1156**] which suggests an active adult life of the mid to late 13th century for Hugh, the chaplain. Richard son of William son of Alexander of Bramham received land from his brother Hugh and may have granted some of this land to Nostell Priory [**nos. 1157, 1161**]. William son of Alexander also had a daughter Mariote who occurrs holding land in the description of a grant by Juliana daughter of Geoffrey le Vavasour of Bramham [**no. 1137**].

1156. Lease with warranty by Hugh the chaplain, son of William son of Alexander of Bramham, to Ralph of Kegworth of a rood of land in Bramham [described], rendering annually to Hugh a fig. f159v/p. 390

. [late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Hugonis capellani de Brame.

Sciant omnes tam et cetera quod ego Hugo capellanus filius Willelmi filii Alexandri de Brameham dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Rad[ulfo] de Keggewrth' et heredibus suis vel suis assignatis unam rodam terre in territorio de Brameham in campo australi apud Blacfen inter terram domini prioris quam

Willelmus de Munckehaye tenet ex una parte versus austrum et terram Eudonis de Langewait versus meridiem et extendit se a via regia usque Blacfensic; tenend' et habend' de me et heredibus meis illi et heredibus suis vel assignatis libere, quiete, pacifice et integre cum omnibus libertatibus, aysiamentis ad [a *dotted for deletion*] tantam terram spectantibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unam ficum in die natali Domini pro omni servitio seculari, exactione et demanda. Et ego et heredes mei dictam rodam terre predicto Rad[ulfo] et heredibus suis contra omnes homines et feminas warantizabimus, acquietabimus et defendemus. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on Ralph of Kegworth and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding for dating and Hugh the chaplain and see note preceding **no. 1100** for Ralph of Kegworth. This was the land which Ralph of Kegworth granted with other property to Nostell Priory [**no. 1155**].

1157. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Richard son of William of Thwait of 5$^{1/2}$ acres of arable land and a rood in Bramham [various locations described]. f159v/p. 390

[12th x 13th centuries, possibly last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Ricardi filii Willelmi del Wait'

Sciant presentes et cetera quod ego Ricardus filius Willelmi de Thwait' dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel quinque acras terre arabilis et dimidiam et unam rodam in territorio de Brameham, quarum una acra iacet aput Le Rodes et una acra iacet aput Wildhauerflat et una roda iacet ibidem et una dimidia roda aput Byrchusque et una acra et dimidia iacet aput Surlandes et una dimidia acra apud Wodewelle et una roda iacet aput Gouil et una acra iacet apud Netherwanglandes et una dimidia roda iacet aput Foxpitte; tenend' et habend' dictis priori et conventui de sancto Oswaldo et eorum successoribus libere, quiete in puram et perpetuam elemosinam cum omnibus pertinentiis et aysiamentis. Et ego Ricardus et heredes mei totam predictam terram cum suis pertinentiis prefatis priori et conventui et eorum successoribus contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

[a] remainder of name unaccessible due to tight binding of ms.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Based on fieldnames this may have been Richard brother of Hugh the chaplain, son and heir of William son of Alexander of Bramham as the land granted here are in the same fields which Hugh granted to his brother Richard [**no. 1161**]. Based on that connection this grant could be dated to the last half of the 13th century during the active life of Hugh. See note preceding **no. 1156**.

1158. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Hugh the chaplain, son and heir of William son of Alexander of Bramham, of 1$^{1/2}$ acres of land in Bramham [various locations described]. f159v/p. 390

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta H. capellani de Brameham.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Hugo cappellanus filius et heres Willelmi filii Alexandri de Brameham dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi priori et conventui sancti Oswaldi de Nostel unam acram et dimidiam terre in territorio de Brameham, unde dimidia acra iacet aput Thornyflat et dimidia acra aput Lindric et dimidia acra aput Crosfurlanges; habend' et tenend' dictis priori et conventui in puram et perpetuam elemosinam et eorum successoribus imperpetuum. Et ego vero Hugo et heredes mei et assignati

mei totam antedictam terram cum omnibus pertinentiis suis et aysiamentis dictis priori et conventui et eorum successoribus warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on Hugh son of William son of Alexander of Bramham and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1156** for further information concerning dating.

1159. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Hugh the chaplain, son and heir of William son of Alexander of Bramham, of 2$^{1/2}$ acres of arable land in Bramham [various locations described]. ff159v-160r/pp. 390-91

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta eiusdem.

Sciant omnes tam et cetera quod ego Hugo cappellanus filius et heres Willelmi filii Alexandri de Brameham dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus duas acras et dimidiam terre arabilis in territorio de Brameham, quarum una acra iacet aput Wluethait iuxta terram Hugonis de Berlay ex parte boriali et dimidia acra aput Munk'hayespen inter terram Willelmi filii Astini et terram quam tenet Rogerus de Mosewode et una roda aput Wlthawit inter terram [*f160r*] Viel bercarii et terram Willelmi Makefare et una roda aput Neusicdale inter terram predicti Viel et terram Willelmi de Muncharye et una roda aput Bondecastel' super Buleclif inter terram predicti Viel et terram Cristiane de prebenda et una roda aput Blacfenlithae; tenend' et habend' dictis canonicis et eorum successoribus libere, quiete, in puram et perpetuam elemosinam inperpetuum. Ego vero Hugo et heredes mei et assignati antedictas duas acras et dimidiam cum omnibus pertinentiis et aysiamentis predictis canonicis et eorum successoribus contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei et cetera.

Note: Date based on Hugh son of William son of Alexander of Bramham and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1156** for further information concerning dating. Hugh of Berlay, mentioned holding land, held a toft of Roger of Kegworth during this same timeframe [**no. 1155**].

1160. Quitclaim by Hugh of Bramham, chaplain, of all right and claim to the annual rent of 3 farthings for a bovate of land [in Bramham], which his ancestor held and rendered for the wapentake fine. f160r/p. 391

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Item eiusdem.

Pateat universis quod ego Hugo de Brameham capellanus remisi et quietum clamavi de me et heredibus meis priori et conventui de sancto Oswaldo annuum redditum trium quadrantum pro una bovata terre quam de dono antecessorum meorum habuerunt nomine finis wapentag' reddere solebant. Ita videlicet quod nec ego Hugo nec aliquis heredum meorum in predictis tribus quadrantibus aliquod ius vel clamium vendicare vel exigere poterimus inperpetuum sed me et heredes meos ad predicte terre defensionem et dictorum trium quadrantum solutionem pro predictis priore et conventu teneri volo et obligo me per presentes. In cuius rei testimonium huic scripto et cetera.

Note: Date based on Hugh son of William son of Alexander of Bramham and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1156** for dating. The placement of this document in the Bramham section supports the land to have been in Bramham. The fine owed may have been for the land which Hugh himself granted [**nos. 1158, 1159**] and/or the land he granted his brother Richard [**no. 1161**].

1161. Grant with warranty by Hugh son of William son of Alexander of Bramham, chaplain, to his brother Richard of a bovate of land in Bramham [3 fields described], rendering annually to the chapel of St Mary of Bramham 12*d.* f160r/p. 391

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Item eiusdem.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos et cetera Hugo filius Willelmi filii Alexandri de Brameham capellanus salutem in Domino. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Ricardo fratri meo et heredibus suis vel suis assignatis unam bovatam terre in villa et territorio de Brameham, videlicet: in campo boriali aput Wranglandes et Wodewelle et Langsmale et Foxpittes tres acras terre et in campo australi aput Surlandes et Bondecastel et Crosfurlanges et Wluethwait et Langsmale quatuor acras terre et in campo occidentali aput Rode et Wildehauerflat et Byrcbusk' duas acras et dimidiam; tenend' et habend' dicto Ricardo et heredibus suis vel assignatis suis libere, quiete, integre et pacifice. Et ego Hugo et heredes mei predictam bovatam terre cum pertinentiis et cum communi pastura in bosco et in plano et in omnibus aliis locis ad tantam terram spectantibus infra villam de Brameham et extra inperpetuum, reddendo inde annuatim ad servitium in capella beate Marie de Brameham xij. denarios ad duos anni terminos, videlicet medietatem ad Assumptionem et alteram medietatem ad Nativitatem beate Marie. Et ego et heredes mei omnia predicta predicto Ricardo et heredibus suis contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei et cetera.

Note: Date based on Hugh and Richard sons of William son of Alexander of Bramham and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1156** for further information regarding these individuals. This land may have been the same granted to Nostell Priory by Richard son of William of Thwaite [**no. 1157**].

1162. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Hugh (II) called Gernon of Bramham of 1$^{1/2}$ acres of arable land in Bramham [described]. f160r/p. 391

[first half 13th century]

Rubric: Carta H. Gernun.

Universis ad quos et cetera Hugo dictus Gernun de Brameham salutem in Domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee, antecessorum et successorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus unam acram et dimidiam terre arabilis in villa et territorio de Brameham, sicut se habent in longitudine et latitudine aput le Graystan versus occidentalem partem alte vie cum omnibus suis pertinentiis, libertatibus et aysiamentis infra villam et extra ad dictam terram pertinentibus, quarum videlicet unum caput abuttat super terram quondam Willelmi filii Alexandri et aliud caput super culturam predictorum canonicorum; tenend' et habend' canonicis predictis et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam libere, quiete et solute ab omni servitio seculari, secta curie, exactione et demanda sicut aliqua elemosina liberior et quietior esse potest. Et ego Hugo et heredes mei predictas acram et dimidiam terre cum suis pertinentiis predictis canonicis sicut dictum est contra omnes homines Cristianos et Iudeos, seu mulierum dotes warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. Et ut hec mea donatio et concessio et confirmatio rata et inconcussa permaneat presens scriptum sigilli mei inpressione roboravi et cetera.

Note: Date based on Hugh (II) Gernon. See note preceding **no. 1129** for this family and dating. The mention of William son of Alexander [of Bramham], who occurred in the first half of the 13th century [1226 x 1251, see note

preceding no. 578 and no. 591] suggests this was Hugh (II) Gernon rather than his father Hugh (I) [who occurred in the late 12th century]. Hugh (II) Gernon occurred as late as 1268 and was dead by April 1286 [no. 67],

1163. Grant with warranty by Hugh (II) Gernon of Bramham to Ralph of Kegworth of 1 1/2 acres of land in Bramham [2 locations described], rendering annually to Hugh a rose. ff160r-v/pp. 391-92

[mid-13th century]

Rubric: Item carta eiusdem.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Hugo Gernun de Brameham salutem in Domino. Noverit universis vestra me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Rad[ulfo] de Keggewrth' et heredibus suis unam acram terre et dimidiam in territorio de Brameham, scilicet in campo australi [*f160v*] tres rodas aput Langsmale inter terras domini prioris de sancto Oswaldo quas Rogerus Minue[a] tenet ex una parte, et Odard Barn tenet ex altera parte et extendunt se a via que ducit Ebor' usque ad viam de Hedlay et tres rodas aput Wlwait inter terras quas Petrus filius prepositi quondam tenuit de domino priore ex una parte et Rogerus Minue tenet ex altera et extendunt se a cultura domini prioris usque ad forar' Rad[ulfi] del Hil; tenend' et habend' dicto Rad[ulfo] et heredibus suis vel suis assignatis de me et heredibus meis libere, quiete, pacifice, integre et hereditarie cum omnibus libertatibus, aysiamentis ad tantam terram spectantibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unam rosam in die sancti Iohannis Baptiste pro omni servitio seculari, exactione et demand[a]. Et ego Hugo et heredes mei predictam acram terre et dimidiam predicto Rad[ulfo] et heredibus suis vel suis assignatis contra omnes homines et feminas warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium et cetera.

[a] The actual spelling of this name is uncertain as it could be any combination stemming from an 'M' followed by five minims and ending with an 'e'.

Note: Date based on Hugh (II) Gernon and Ralph Kegworth. Hugh (II) Gernon occurred in the first half 13th century, possibly as late as 1268 [see notes preceding no. 1129]. Ralph of Kegworth was active in the mid to late 13th century and was dead by 1300 [see note preceding no. 1100]. This suggests this transaction was near the end of Hugh's life and the beginning of Ralph Kegworth's active adult life.

1164. Quitclaim by Amabel daughter of Hugh (II) Gernon of Bramham to Prior Richard and the convent of St Oswald of all right and claim to the land in Bramham which Hugh of Halton, her late husband, had given to the prior and convent. f160v/p. 392

[26 April 1286 x 26 August 1291]

Rubric: Carta Amabilis filie Hugonis Gernun.

Noverint universi et cetera quod ego Anabilia filia Hugonis Gernun de Brameham concessi, remisi et pro me et heredibus meis omnino quietum clamavi Ricardo priori de sancto Oswaldo et eiusdem loci conventui totum ius et clamium quod habui vel habere potui in tota illa terra cum pertinentiis quam Hugo de Halton quondam vir meus eisdem priori et conventui dedit in villa et territorio de Brameham et carta sua confirmavit; habend' et tenend' dictis priori et conventui et successoribus suis, libere, quiete et integre inperpetuum. Ita videlicet quod nec ego Anabilia vel heredes mei nec etiam aliquis nomine nostro aliquid iuris vel clamii in predicta terra cum pertinentiis vel etiam in aliqua alia terra in eadem villa que fuit predicti Hugonis quondam patris mei exigere vel vendicare poterimus inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on Hugh of Halton's association with Hugh Brinkel and the rule of Prior Richard of Warter. Hugh of Halton and Hugh Brinkel sold land to Ralph of Kegworth and Hugh of Brinkel was living at least as late as 26 April 1286 but dead by 1194 [nos. 67, 1144]. The predecessor of Richard of Warter as prior of Nostell

Priory died 16 August 1277 and Richard died 26 August 1291, providing the latest limit [Smith, *Heads* II, p. 439]. See note preceding **no. 1129** for the family and descendants of Hugh (I) Gernon.

1165. Grant with warranty in pure and perpetual alms by Robert of Keswick and Agnes his wife of a toft in Bramham [described]. f160v/p. 392

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Roberti de Keswic.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Robertus de Keswic et Agnes uxor eius salutem in Domino. Noveritis nos dedisse, concessisse dominis nostris priori et conventui de sancto Oswaldo unum toftum in villa de Brameham, illud videlicet totum sicut iacet in longitudine et latitudine inter terram Cecilie Bulloc et terram Ricardi le Carter; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete in puram et perpetuam elemosinam inperpetuum. Nos vero Robertus et Agnes dictum toftum antedictis priori et conventui et eorum successoribus warantizabimus inperpetuum contra omnes homines. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on association with Ralph of Kegworth and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1100** for dating and further information concerning Ralph of Kegworth. This was the toft which Robert and Agnes sold to Ralph of Kegworth and which Ralph granted to Nostell Priory **[nos. 1148, 1149]**.

1166. Quitclaim by Robert of Keswick in Bramham and Agnes his wife, daughter of William Franclann of Bramham, to the prior and convent of all right and claim to an acre of arable land in Bramham [various locations described]. f160v/p. 392

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta eiusdem.

Omnibus Cristi et cetera Robertus de Keswic in Brameham et Agnes uxor eiusdem Roberti et filia Willelmi Franclann de Brameham salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos dedisse et quietumclamasse de nobis et heredibus nostris dilectis dominis nostris priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel unam acram terre arabilis cum omnibus pertinentiis suis in villa et territorio de Brameham, cuius dimidia acra iacet ad Stanigate et abuttat super rivulum iuxta terram dictorum prioris et conventus et una roda iacet et dimidia ad viam que ducit Ebor' et abuttat super Neuschiftdales et dimidia roda ad Sandford; habend' et tenend' dictis priori et conventui et eorum successoribus inperpetuum. Ita quod nec nos nec heredes vel assignati nostri nec aliqui per nos seu nomine nostro in dicta acra terre aliquid iuris ut clamanium [*sic*] de cetero exigere vel vendicare poterimus inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on association with Ralph of Kegworth and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1100** for dating and further information concerning Ralph of Kegworth. This was one of the two acres of land which Robert and Agnes sold to Ralph of Kegworth and which he granted to Nostell Priory **[nos. 1148, 1149]**.

Note for **nos. 1167-70, 1208-10**. Hugh son of Gilbert of Wharram was also styled Hugh Attekyrk [*ad ecclesiam*] and he was the heir of his father **[nos. 1208-10]**. The charters below indicate Hugh held from Nostell Priory two bovates of land in Bramham and, in a series of transactions probably over some length of time, he quitclaimed to Nostell Priory both of the bovates in Bramham in exchange for 3 bovates of land in Wharram-le-Street also acquiring the service and rent of Alan Attekyrk **[nos. 1167-70, 1208]**. He quitclaimed all his land both in Bramham and Wharram-le-Street to Nostell Priory on 30 January 1294 and by 21 June 1294 he acknowledged he had received 100*s* for the quitclaim **[nos. 1208-10]**. All of the transactions thus occurred before his final quitclaim on 30 January 1294. The transaction by which Hugh acquired his right to the land in Bramham does not occur in the Cartulary.

The two bovates in Bramham were returned to Nostell Priory in four separate transactions [nos. 1167-70]. The land described in probably the initial quitclaim consisted half a bovate of his two bovates of land in Bramham [nos 1168]. The second quitclaim of $3^{1/2}$ acres of 'his bovate' in Bramham followed [no. 1169]. Land described in the second quitclaim was repeated in the third quitclaim which was described as 4 acres from 'his bovate' and now in addition quitclaimed a toft and another half acre in the Bramham fields [no. 1167]. If the second and third transactions constituted a single bovate of 4 acres and a toft and are then combined with his initial quitclaim of a half bovate [no. 1168] the three quitclaims would bring the total land in Bramham quitclaimed to a toft and $1^{1/2}$ bovates of the 2 bovates he held of Nostell Priory. His final quitclaim of the 2 bovates in Bramham thus included a final half bovate and a messuage and repeated the toft from his third quitclaim; this document indicated an exchange had transpired for land in Wharram-le-Street [no. 1170]. He issued a single quitclaim for his land in Wharram-le-Street [no. 1208]. Finally on 30 January 1294 he quitclaimed all land in both Bramham and Wharram-le-Street in a single document [no. 1209].

The other land holders described in his quitclaims include Hugh Gernon, Alice Gernon [daughter of Hugh (II) Gernon], Hugh the chaplain and William Oglethorpe all of whom occurred in the last half of the 13th century [see notes preceding nos. 583, 1129, 1156].

1167. Quitclaim by Hugh son of Gilbert of Wharram of all right and claim of his part of the toft with a house and 4 acres of arable land from the bovate he held from the canons in Bramham [various locations described]. ff160v-161r/pp. 392-93

[late 13th century x 30 January 1294]

Rubric: Carta Hugonis filii Gilberti.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Hugo filius Gilberti de Warrum sursum reddidi et omnino de me et heredibus meis quietumclamavi dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel quamdam partem tofti mei in parte australi versus Hugonem Gernun, prout continetur infra divisas ibidem positas cum quadam domo in eadem constructa et quatuor acras terre arabilis de quadam bovata terre quam de eisdem tenui in territorio de Brameham, quarum una acra iacet in campo occidentali iuxta terram Ricardi de Ecop ex parte orientali et abuttat super Stanigate versus austrum et dimidia acra iacet in eodem campo iuxta le Schipenflat ex parte orientali et abuttat super Stanigate versus aquilionem et una roda iacet aput Colemandale in campo predicto iuxta terram Alicie Gernun ex parte meridionali et una acra in campo boriali, cuius dimidia acra iacet in les Rodes inter terram abbatis de Ebor' [*f161r*] et abuttat super terram Willelmi de Occlistorp' et una roda iacet aput Wranglandes in dicto campo iuxta terram Hugonis capellani ex parte meridionali et una roda aput Holegate iuxta terram Odardi ex parte meridionali; et una acra et una roda in campo meridionali, unde tres rode iacent aput Helle et abuttant super viam que ducit Ebor' et una roda aput Neuschippedoles abuttans super tres rodas et una roda iacet in dicto campo iuxta terram predicti Odardi ex parte meridionali et abuttat super Blacfensic et super viam que ducit versus Abreford; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus inperpetuum. Ita quod nec ego Hugo predictus nec heredes mei nec aliquis ex parte nostra ius vel clamium in predicta parte tofti predicti nec in quatuor acris terre predicte cum suis pertinentiis de cetero exigere poterimus vel vendicare. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: See note preceding for dating and donor and other land holders mentioned. This transaction probably followed no. 1169 and was the only mention of Hugh son of Gilbert's toft near Hugh (II) Gernon and the half acre in the west field at le Schipenflat [Bramham].

1168. Quitclaim by Hugh son of Gilbert of Wharram to the prior and canons of all right and claim to half a bovate of land from the 2 bovates he held in Bramham [various locations described]. f161r/p. 393

[late 13th century x 30 January 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Sciant omnes tam et cetera quod ego Hugo filius Gilberti de Warrum remisi, sursum reddidi et quietumclamavi pro me et heredibus meis dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel unam dimidiam bovatam terre cum pertinentiis de duabus bovatis quas de ipsis priore et conventu[a] que fuerint Rogero Minue[b] tenui in villa et territorio de Brameham, unde tres acre iacent ultra Yuspitte aput Homes et tres rode aput Ockilistorpdic et una roda aput Wranglandes et una acra acra [*sic*] Calewehyl; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus cum omnibus libertatibus et aysiamentis in liberam, puram et perpetuam elemosinam. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui et cetera.

[a] ms corrected from *conventui.* [b] The actual spelling of this name is uncertain as it could be any combination stemming from an 'M' followed by five minims and ending with an 'e'.

Note: See note preceding no. 1167 for dating and donor. This was probably the first of Hugh son of Gilbert's four quitclaims.

1169. Quitclaim by Hugh son of Gilbert of Wharram to the prior and convent of all right or claim to 3$^{1/2}$ acres of arable land in Bramham [various locations described], from the bovate of land which he held of the canons. f161r/p. 393

[late 13th century x 30 January 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Sciant omnes et cetera quod ego <H>[a] filius Gilberti de Warrum sursum reddidi et omnino quietumclamavi de me et heredibus meis inperpetuum dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostell' tres acras et dimidiam [ac *dotted for deletion*] terre arabilis de quadam bovata terre quam de eisdem tenui in territorio de Brameham, quarum una acra iacet in campo occidentali iuxta terram Ricardi de Ecop ex parte orientali et abuttat super Stonigate et una roda iacet Colemandale in campo predicto iuxta terram Alicie Gernun ex parte meridionali; et una acra in campo boriali, cuius dimidia acra iacet in Le Rodes inter terram abbatis de Ebor' et abuttat super terram Willelmi de Oclistorp' et una roda iacet aput Wranglandes in dicto campo iuxta terram Hugonis capellani ex parte meridionali et una roda aput Holegate iuxta terram Odardi ex parte meridionali; et una acra et una roda in campo meridionali, unde tres rode iacent aput Helle et abuttant super viam que ducit Ebor' et una roda aput Neuchiftdales abuttans super dictas tres rodas et una roda iacet in dicto campo iuxta terram Odardi predicti ex parte meridionali et abuttat super Blacfensic et super viam que ducit versus Abreford'; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus inperpetuum. Ita quod nec ego Hugo predictus nec heredes mei nec aliquis ex parte nostra ius vel clamium in dictis tribus acris et dimidia cum suis pertinentiis de cetero exigere poterimus vel vendicare. In cuius rei testimonium et cetera.

[a] ms insertion in red ink.

Note: See note preceding no. 1167 for dating and donors and other land holders. All of the land described here was also quitclaimed to Nostell Priory with other endowment in no. 1167 which suggests this grant followed no. 1167.

1170. Quitclaim by Hugh son of Gilbert of Wharram of all right and claim to a messuage and toft with buildings and 2 bovates of land in Bramham in exchange for land he held in Wharram [le Street]. f161r/p. 393

[late 13th century x 30 January 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Hugo filius Gilberti de Warrum salutem in Domino sempiternam. Novit [*sic*] universitas vestra me sursum reddidisse pro me et heredibus meis inperpetuum et quietumclamasse dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo totum ius et clamium quod habui vel habere potui in uno mesuagio et tofto cum edificiis et duabus bovatis terre in villa et territorio de Brameham, que quidem ab eis in exscambio pro terra de Warrum aliquando suscepi et tenui. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis nomine meo vel heredum meorum aliquod ius vel clamium in dictis mesuagiis, tofto et edificiis et duabus bovatis terre cum pertinentiis vendicare sex [*sic for seu*] exigere poterimus. In cuius rei testimonium et cetera. [*f161v*]

Note: See note preceding **no. 1167** for dating and endowment. This quitclaim probably constituted the remainder of the 2 bovates which Hugh son of Gilbert held of the canons in Bramham [**no. 1167**]. The land in Wharram-le-Street was described in the quitclaim of Hugh son of Gilbert [**no. 1208**].

1171. Grant with warranty by Walter Limer of Grimston of an acre of land in the field of Bramham, namely that he had of the gift of William (II) of Langthwaite, rendering annually to St Mary of Bramham 12*d.* f161v/p. 394

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Walteri Lymer de Grimiston.

Omnibus ad quos et cetera Walterus Limer de Grimmeston salutem in Domino. Sciatis me dedisse et hac carta mea confirmasse priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel unam acram terre in campo de Brameham iuxta Hennerou quam habui de dono Willelmi de Langewait; tenend' et habend' dictis priori et conventui libere, quiete, integre inperpetuum, reddendo inde annuatim xij. denarios ad sustentationem servitii beate Marie apud Brameham ad duos anni terminos, medietatem scilicet ad Pascha et aliam medietatem ad festum sancti Mychaelis pro omnibus servitiis et demandis. Et ego Walterus et heredes mei predictam acram cum pertinentiis suis prefatis priori et conventui pro predicto servitio warantizabimus, acquietabimus et defendemus. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite, see note preceding **no. 1100** for dating. Nothing is known of Walter Limer of Grimston.

1172. Grant with warranty by William son of John of Bramham to Robert his son of a toft with garden in Bramham, except that part of the toft which William gave to his daughter Alice and except that part of the toft in which William retains a life tenancy (after which Robert shall have William's part of the toft), rendering annually to Robert of Langthwaite 12*d.* f161v/p. 394

[mid x late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta W. filii Iohannis de Brameham.

Omnibus hoc scriptum et cetera Willelmus filius Iohannis de Brameham salutem. Noverit me dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Roberto filio meo et heredi unum toftum in villa de Brameham cum gardino et aliis pertinentiis, excepta parte dicti tofti quam dedi Alicie filie mee versus orientem; et sciendum est quod pars tofti quam nunc habeo mihi in tota vita mea sine gravamine alicuius remaneat et post decessum meum prefato Roberto possit redire; tenend' et habend' dicto Roberto et heredibus suis vel assignatis de me et heredibus meis libere, quiete, integre et hereditario in eadem villa, scilicet toftum quod iacet iuxta toftum abbatis de Ebor' versus orientem, reddendo inde annuatim Roberto de Langewait et heredibus suis xij. denarios argenti, medietatem ad Pentecost' et medietatem ad festum sancti Martini in yeme. Et ego Willelmus

et heredes mei dicto Roberto et heredibus suis contra omnes homines et feminas warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Robert of Langthwaite, Roger Kegworth and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding no. 1100 for dating and further information concerning Robert of Langthwaite and Roger of Kegworth. Ralph of Kegworth purchased the toft from Robert son of William of Bramham, and the sale was confirmed by Robert of Langthwaite [nos. 1103, 1154].

1173. Grant by Avice widow of William Page in her widowhood of all right or claim to 2 acres of land in Bramham [described] which she held of the canons. f161v/p. 394

[12th x 13th centuries, before 1294]

Rubric: Carta Avicie relicte Willelmi Page.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Avicia relicta Willelmi Page eternam in Domino salutem. Noverit universitas me in legitima viduitate mea concessi et sursum reddidisse dominis meis priori et conventui sancti Oswaldi de Nostel duas acras terre quas de eisdem tenui in territorio de Brameham in campo occidentali, quarum una acra iacet ex parte meridionali vie que vocatur Stanigate et altera acra iacet ex parte boriali eiusdem vie; habend' et tenend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete, bene et in pace cum omnibus suis pertinentiis sine illo iuris retenemento. Ita quod nec ego Avicia nec heredes mei nec aliquis nomine nostro in predictis duabus acris terre cum pertinentiis sicut predictum est aliquid iuris vel clamii de cetero exigere poterimus inperpetuum vel vendicare. In cuius rei et cetera.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Nothing is known of Avice or her husband.

1174. Quitclaim by Alice widow of William (II) of Langthwaite of her dower right and claim to all lands, tenements, meadows, pastures and rents in Bramham, which William her husband and his brother Hugh had granted to the canons. f161v/p. 394

[5 April 1285 x 1294]

Rubric: Carta Alicie relicte W. de Lang[a].

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Alicia relicta Willelmi de Langewait eternam in Domino salutem. Noveritis universitas me in libera potestate et legitima viduitate mea remisisse et omnino de me et heredibus meis quietumclamasse religiosis viris priori et conventui de sancto Oswaldo et eorum successoribus totum ius et clamium quod habui vel aliquo modo habere potui tam ratione dotis quam ex hereditate seu etiam ex quacumque alia causa mihi competente in omnibus terris et tenementis, pratis, pasturis et redditibus cum suis pertinentiis in villa et territorio de Brameham que iidem religiosi habent de dono et concessione dicti Willelmi viri mei et Hugonis fratris dicti Willelmi. Ita quod nec ego dicta Alicia nec heredes mei nec aliquis nomine nostro in predictis terris et tenementis, pratis, pasturis et redditibus cum suis pertinentiis sicut dictum est aliquid iuris vel clamii exigere poterimus vel vendicare inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui et cetera.

[a] remainder of name inaccessible due to tight binding of ms.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see chapter V]. William (II) of Langthwaite occurred at least as late as 5 April 1285 and perhaps died before 1 June 1290 [*Yorks Inq.* 2, p. 42; *Kirkby Inquest*, p. 282n]. Hugh of Langthwaite was the heir of his father Robert of Langthwaite and this quitclaim by Alice of the grants of not only her husband William (II) but also her brother-in-law Hugh suggests she had some claim to land of Hugh of Langthwaite had held. Alice and William had a son and heir Nicholas who

received all the land his father held in Oglethorpe [**nos. 1185, 1201**]. See notes preceding **nos. 583, 1100**, the latter for difficulties in records of William (II) of Langthwaite. Alice also quitclaimed additional land in her widowhood [**no. 1176**].

1175. Grant with warranty by Matilda widow of Hugh of Waddington of the annual rent of 14*d* which William of Oglethorpe rendered to her for all her lands and tenements he held in Bramham and of the annual rent of 2*d* which Mawe 'at the fountain' rendered for land and tenements in Bramham. For this the canons gave Matilda 8*s* of silver. f161v-162r/pp. 394-95

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Matild[is] relicte H. de Wadington.

Universis Cristi fidelibus et cetera Matild[is] relicta Hugonis de Wadington salutem. Noverit me dedisse, concessisse et presenti scripto confirmasse religiosis viris priori et conventui de sancto Oswaldo et eorum successoribus annuum redditum xiiij. denariorum percipiend' de Willelmo de Occtlistorp' [*f162r*] pro terris et tenementis que idem Willelmus tenet de me in villa de Brameham cum homagio, wardis et relevio, eschaetis dictis Willelmi et heredum suorum et annuum redditum duorum denariorum percipiendum de Mawe ad fontem et heredum suorum pro terra et tenementis que eadem Mawe de me tenet in dicta villa; tenend' et habend' et etiam percipiend' de dictis Willelmo et Mawe et heredibus suis predictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete, bene et pacifice in perpetuam elemosinam. Et ego Matild[is] et heredes mei predictum annuum redditum tam quatuordecim denariorum quam duorum denariorum prefatis religiosis contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. Pro hac autem donatione dederunt mihi prefati religiosi pre manibus viij. solidos argenti. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on William of Oglethorpe. On 22 April 1200 King John confirmed the transfer from William (II) Fossard to William of Stuteville of the services of William of Oglethorpe and all his tenements in Bramham [*EYC IX*, no. 36]. The grant of William's service probably took place earlier c.1175 [*EYC* II, pp. 338-39]. This document suggests William of Oglethorpe was her subtenant but nothing else is known of Matilda nor of Hugh of Waddington.

1176. Grant with warranty by Alice widow of William (II) of Langthwaite in her widowhood to the prior and canons of 3 roods of land in the north field of Bramham [described]. f162r/p. 395

[5 April 1285 x 1294]

Rubric: Carta Alicie relicte W. de Langethuait.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Alicia relicta Willelmi de Langewait salutem eternam in Domino. Noverit universitas vestra me in ligia potestate mea et legitima viduitate mea dedisse, concessisse et presenti scripto confirmasse et sursum reddidisse dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo tres rodas terre iacentes in campo boriali de Brameham inter terram Cecilie uxoris Paulini ex parte orientali et terram Willelmi Bateman ex parte occidentali; tenend' et habend' predictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete, integre, bene et pacifice cum omnibus suis pertinentiis. Et ego Alicia predicta et heredes mei predictas tres rodas terre cum suis pertinentiis sicut predictum est predictis priori et conventui contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei et cetera.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note **no. 1174** for explanation of the limits of the death of William of Langthwaite. See notes preceding **nos. 583, 1100** for the Langthwaite family in Bramham.

Note for nos. 1177-83. John of Towton, clerk, held a messuage of Nostell Priory in the early 13th century [no. 703]. He had at least two sons: Ralph and William. Ralph was the rector of Sproatley by 1266 and was also known as Ralph of Ryther [nos. 622, 1179]. He issued two documents to record a sale to Nostell Priory of land in Oglethorpe and they were probably time coincident and the grant/quitclaim can be dated by witnesses and the confirmation by King Edward to 1260 x 10 November 1280 [nos. 622, 1177, 71]. The Cartulary includes most of the documents recording Ralph son of John of Towton's initial acquisition of the land, saving that land which he had purchased from Alan Barton [nos. 1178-80, 83]. The quitclaim and sale documents to Nostell Priory were issued by Ralph son of John; however three documents indicate that both Ralph and his brother William were acquiring the land although only Ralph paid the sum owed for the acquisition [nos. 1178, 1182, 1183]. William son of John of Towton occurred in 1279 with his father John of Towton and holding land of William le Vavasour in 1285 [*Yorks F. 1272-1300*, pp. 21, 75].

1177. Sale by Ralph son of John of Towton to the prior and canons of land in Oglethorpe [Bramham] to wit: a toft and croft with 2 bovates of land he had from Hugh son of Henry of Oglethorpe, rendering to Hugh 3*s* of silver, a bovate of land and a toft which he had from Nicholas son of Hugh rendering to Nicholas 4*d* of silver, 4 acres of arable land which he had from William (II) son of Robert of Langthwaite for a rose, half an acre of land in the field of Oglethorpe which he had from Christiana daughter of John le Palmer, a toft in Oglethorpe which he had of Robert of Langthwaite rendering to Robert 1*d*, and 3 acres of land which he had of Adam of Barton. For this the canons gave Ralph a sum of money. ff162r-v/pp. 395-96

[1260 x 10 November 1280]

Rubric: Carta Iohannis [*sic*] de Toueton.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis hoc presens scriptum et cetera Rad[ulfus] filius Iohannis de Toueton salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra me dedisse et hac presenti carta mea confirmasse de me et heredibus meis seu assignatis Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus pro quadam summa peccunie quam mihi dederunt pre manibus unum toftum et croftum in villa et territorio de Occlistorp' cum duabus bovatis terre et universis suis pertinentiis et aysiamentis que quondam habui de Hugone filio Henrici de Occlistorp. Idem dedi eisdem unam bovatam terre cum pertinentiis suis ac aysiamentis et unum toftum in villa et territorio predicto que habui de Nycholao filio Hugonis predicti et quatuor acras terre arabilis cum suis pertinentiis quas habui de Willelmo filio Roberti de Langewait in territorio prescripto et dimidiam acram terre in campo de Occlistorp quam habui de Cristiana filia Iohannis le Palmer de eadem et unum toftum in villa de Occlistorp proprinquius le Merstall' quod quidem habui de Roberto de Langewait. Preterea dedi et concessi predictis canonicis et eorum successoribus tres acras terre cum suis pertinentiis in territorio prenominato quas habui de domino Ada de Barton; tenend' et habend' dictis canonicis et eorum successoribus libere et quiete, bene et in pace, integre, ac honorifice inperpetuum, reddendo inde per annum pro tofto et crofto et duabus bovatis terre Hugoni filio Henrici de Occlistorp et eius heredibus tres solidos sterlingorum ad duos anni terminos, scilicet medietatem ad festum sancti Martini in yeme, reliquam medietatem ad Pentecost'; pro tertia vero bovata et tofto quatuor denarios argenti Nycholao filio ac heredi predicti Hugonis terminis subscriptis pro quatuor etiam acris Willelmo filio Roberti de Langewait et eius heredibus unam rosam infra octabas nativitatis sancti Iohannis Baptiste pro tertio tofto, etiam unum denarium ad natale Domini Roberto de Langewait et eius et heredibus pro omnibus servitiis, consuetudinibus, exactionibus, sectis curie, et universis secularibus demandis. Et ego vero predictus Rad[ulfus] et heredes mei seu assignati predictas terras cum toftis prefatis et edificiis superpositis universis predictis canonicis et eorum successoribus pro predicto servitio contra omnes homines, Cristianos <et> Iudeos warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. Et ut hec mea donatio et concessio et

presentis carte mee confirmatio et mei et heredum meorum seu assignatorum warantizatio firma [*162v*] et stabilis in posterum permaneat hanc cartam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on a grant to Nostell Priory, see no. 622. See note preceding for dating and Ralph son of John of Towton. The individual documents of sale follow except for the land of Adam of Barton which did not survive in the Cartulary [nos. 1178-80, 1183]. Ralph, as Ralph of Ryther, quitclaimed this land and rent [no. 622].

1178. Sale with warranty by Nicholas son of Hugh of Oglethorpe to Ralph son of John of Towton and his brother William of Towton of a bovate of land and a toft in Oglethorpe, which Ymania of Bramham once held of Nicholas, rendering annually 4*d* of silver. For this Ralph gave to Nicholas a sum of money. f162v/p. 396

[late 13th century x 10 November 1280]

Rubric: Carta Nicholai filii H. de Occlist[a].

Sciant presentes et cetera quod ego Nicholaus filius Hugonis de Occlestorp dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Rad[ulfo] filio Iohannis de Toueton unam bovatam terre cum pertinentiis et unum toftum in villa de Occlistorp que quidem Ymania de Brameham quondam de me tenuit in eadem villa pro homagio et servitio suo et pro quadam summa peccunie quam mihi dedit pre manibus; tenend' et habend' de me et heredibus meis predicto Rad[ulfo] et Willelmo de Toueton fratri suo et eorum heredibus vel eorum assignatis quibuscumque exceptis viris religiosis et Iudeis libere et quiete, bene et in pace, integre et hereditarie, reddendo inde per annum mihi et heredibus meis quatuor denarios argenti ad duos terminos anni, scilicet ad festum sancti Martini in yeme duos denarios et ad Pentecost' duos denarios pro omnibus servitiis, consuetudinibus, exactionibus, sectis curiarum et omnibus secularibus demandis. Et ego predictus Nicholaus et heredes mei predictam bovatam terre cum pertinentiis predictis Rad[ulfo] et Willelmo et heredibus eorum vel eorum assignatis propter predictum servitium contra omnes homines Cristianos et Iudeos warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. Et ut hec mea donatio, concessio et presentis carte mee confirmatio et mei et heredum meorum warantizatio firma et stabilis in posterum permaneat, hanc presentem cartam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis t[estibus].

[a] remainder of name inaccessible due to tight binding of ms.

Note: Date based on Nicholas son of Hugh of Oglethorpe and sale of land to Nostell Priory. Nicholas of Oglethorpe occurred as early as 19 September 1275 and as late as 30 January 1294 [*Yorks Inq.* 1, pp. 161-2; *Yorks Inq.* 2, p. 157]. This land was sold to Nostell Priory, see note preceding no. 1177. Eudo of Bramham had granted a toft and croft and three roods of land in the field of Oglethorpe to his sister Ymania in the 13th century before 1264 [no. 595].

1179. Grant with warranty by Cristina daughter of John le Palmer of Oglethorpe to Ralph son of John of Towton, rector of the church of Sproatley, of half an acre of land in the fields of Oglethorpe [described], namely that which her father John bought from Peter son of Thomas of Oglethorpe. f162v/p. 396

[mid 13th century x 10 November 1280, probably after 1266]

Rubric: Carta Cristiane relicte Iohannis [*sic*].

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Cristiana filia Iohannis le Palmer de Occlistorp dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Rad[ulfo] filio Iohannis de Toueton rectori ecclesie de Sprotelay unam dimidiam acram terre in campo de Occlistorp, illam scilicet que abuttat super le Suthsic et iacet inter terram Nycholai de Occlistorp et terram predicti Rad[ulfi] quam Iohannes pater meus emit de Petro filio Thome de Occlistorp; tenend' et habend' predicto Rad[ulfo] et heredibus vel suis assignatis libere, pacifice et quiete in

omnibus sicut eam tenui inperpetuum. Et ego Cristiana et heredes mei predictam dimidiam acram terre prenominato Rad[ulfo] et heredibus suis vel assignatis contra omnes homines inperpetuum warantizabimus. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on sale/grant to Nostell Priory, see note preceding no. 1177. In 1266 John le Palmer of Oglethorpe granted to Ralph son of John of Towton, rector of Sproatley, all the land with meadow and buildings which John had from the dower of his wife Avice [no. 1181] which suggests that Cristina must have inherited the land mentioned here from either her father or her mother and suggests this document was no earlier than the mid-13th century and perhaps after John le Palmer's transaction. The rubric indicates 'widow of John' but the text and other associated documents describe Cristina as the daughter of John le Palmer and this may have been a scribal error.

1180. Grant with warranty by William (II) son of Robert of Langthwaite to Ralph son of John of Towton of 4 acres of arable land in Oglethorpe [various locations described], rendering annually to William a rose. f162v/p. 396

[mid-13th century x 10 November 1280]

Rubric: Carta Willelmi de Langewait.

Sciant presentes et cetera quod ego Willelmus filius Roberti de Langewait dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Rad[ulfo] filio Iohannis de Toueton quatuor acras terre arabilis cum pertinentiis in Occlistorp quarum due acre iacent in Elfrick' Bacging et abuttant super Futhsic et una acra super Scortbuttes in Westfeld et una acra iacet in campo aquilonali iuxta crucem ex utraque parte alte vie que ducit versus Ebor'; tenend' et habend' de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel suis assignatis libere, quiete, bene et in pace iure hereditario, reddendo inde per annum mihi et heredibus meis ipse et heredes sui vel assignati unam rosam infra octabas Nativitatis sancti Iohannis Baptiste pro omni servitio, consuetudine, sectis et omnibus secularis demandis. Et ego Willelmus predictus et heredes mei predictas quatuor acras terre cum pertinentiis predicto Rad[ulfo] et heredibus suis vel assignatis warantizabimus, acquietabimus et defendemus contra omnes gentes inperpetuum per predictum servitium. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite and grant to Nostell Priory, see note preceding no. 1177 concerning the date of the sale of land to Nostell Priory. William (II) of Langthwaite occurred as early as 20 January 1241 and as late as April 1285 and perhaps as late as 1290 when he held a quarter of a knight's fee of Peter de Mauley [*Kirkby Inquest*, p. 282n; *Yorks Inq.* 2, p. 42; *Yorks F. 1246-1272*, pp. 23n, 31n, 32n]. Also see notes preceding nos. 583, 1100 for William of Langthwaite.

1181. Grant by John le Palmer of Oglethorpe to Ralph son of John of Towton, rector of the church of Sproatley, of all the land with meadow and buildings in Oglethorpe, which John has from the dowry of his wife Avice, to hold for John's lifetime with full seisin of the crop of corn and hay growing on the land in 1266. ff162v-163r/pp. 396-97

[c.1266]

Rubric: Carta Iohannis le Palmer.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Iohannes le Palmer de Occlistorp salutem in Domino. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Rad[ulfo] filio Iohannis de Toueton rectori ecclesie de Sprotlay pro quadam summa peccunie quam mihi dedit pre manibus totam terram cum prato et edificiis et omnibus aliis pertinentiis quam habui de dote Avicie uxoris mee in territorio de Occlistorp; tenend' et habend' predicto Rad[ulfo] et heredibus vel assignatis suis in tota vita mea libere, pacifice cum omnibus libertatibus et aysiamentis ad predictam terram pertinentibus infra villam et extra. Preterea dedi et concessi predicto Rad[ulfo] unam vesturam bladi et feni in dicta terra crescentem anno gratie mo cco lxvi ad plenam

saysinam habendam. Et ut hec mea donatio et concessio [*f163r*] toto tempore vite mee rata et stabilis permaneat sigillum meum huic scripto apposui et cetera.

Note: Date based on internal reference to the 'crop of 1266'. This land can not be specifically identified in the grant/sale to Nostell Priory by Ralph son of John of Towton unless it was part of the land which Cristina daughter of John le Palmer sold to Ralph [no. 1179]. See note preceding no. 1177 for transactions by Ralph son of John of Towton.

1182. Sale with warranty by Robert of Langthwaite to Ralph son of John of Towton and his brother William of a toft in Oglethorpe [described], rendering annually to Robert 1*d.* For this Ralph paid Robert a sum of money. f163r/p. 397

[first half 13th century]

Rubric: Carta Roberti de Langewait.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus de Langewait dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Rad[ulfo] filio Iohannis de Toueton unum toftum in villa de Occlistorp proprinquius le Marstall' pro quadam summa peccunie quam mihi dedit pre manibus; tenend' et habend' de me et heredibus meis predicto Rad[ulfo] de Toueton et Willelmo fratri suo et eorum heredibus vel eorum assignatis quibuscumque libere, et quiete, bene et in pace, integre et hereditarie, reddendo inde per annum mihi et heredibus meis unum denarium ad natale Domini pro omni servitio, consuetudine, exactione secta curie et omni seculari demanda. Et ego vero predictus Robertus et heredes mei totum predictum toftum cum omnibus suis pertinentiis predictis Rad[ulfo] et Willelmo et eorum heredibus vel assignatis contra omnes homines Cristianos et Iudeos warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum propter predictum servitium. Et ut hec mea donatio, concessio et presentis carte mee confirmatio et mei et heredum meorum warantizatio firma et stabilis in posterum permaneat hanc presentem cartam sigilli mei impressione roboravi et cetera.

Note: Date based on Robert of Langthwaite. Robert of Langthwaite occurred as early as 1190 [*EYC* III, no. 533]and as late as 1244 [no. 634]. See note preceding no. 1177 for the sale of this land to Nostell Priory. See note preceding nos. 583, 1100 concerning Robert of Langthwaite.

1183. Sale with warranty by Hugh son of Henry of Oglethorpe to Ralph son of John of Towton and his brother William of Towton of a toft and croft and 2 bovates of land in of Oglethorpe, namely that which was Thomas son of Hugh's, rendering annually to Hugh 3*s* of silver. For this Ralph gave Hugh a sum of money. f163r/p. 397

[mid-13th century x 10 November 1280]

Rubric: Carta H. filii Henrici de Occlistorp.

Sciant presentes et futuri quod ego Hugo filius Henrici de Occlistorp dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Rad[ulfo] filio Iohannis de Toueton unum toftum et croftum [et cro *repeated and dotted for deletion*] in villa de Occlistorp que quidem quondam fuerit Thome filii Hugonis et duas bovatas terre cum omnibus suis pertinentiis quas predictus Thomas tenuit in territorio de Occlistorp pro homagio et servitio suo et pro quadam summa peccunie quam mihi dedit pre manibus; tenend' et habend' de me et heredibus meis predicto Rad[ulfo] et Willelmo de Toueton fratre suo et eorum heredibus vel eorum assignatis quibuscumque exceptis viris religiosis et Iudeis libere et quiete, bene et in pace, integre et hereditarie, reddendo inde per annum mihi et heredibus meis tres solidos sterlingorum ad duos anni terminos, scilicet ad festum sancti Martini decem et octo denarios et ad Pent' decem et octo denarios pro omnibus servitiis, consuetudinibus, exactionibus, secta curie et omnibus secularibus demandis. Et ego predictus Hugo et heredes mei totam predictam terram et

tenementum predictis Rad[ulfo] et Willelmo et heredibus eorum vel eorum assignatis contra omnes homines Cristianos et Iudeos warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum propter predictum servitium. Et ut hec mea donatio, concessio et presentis carte mee confirmatio et mei et heredum meorum warantizatio firma et stabilis in posterum permaneat, hanc presentem cartam meam sigilli mei inpressione roboravi et cetera.

Note: Date based on occurrence of Hugh son of Henry of Oglethorpe and grant/sale of this land to Nostell Priory. Hugh son of Henry of Oglethorpe occurred as early as 11 June 1234 [no. 871] and as late as 13 October 1260 [*Yorks Inq.* 1, p. 85]. See note preceding no. 1177 concerning sale of land to Nostell Priory.

1184. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by German Hay, lord of Aughton, to the prior and canons of an annual rent of 24*s* which he used to receive from Nicholas of Oglethorpe for lands and tenements in Oglethorpe which Nicholas held of him. f163r/p. 397

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta domini Germani Hay.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Germanus Hay dominus de Actun salutem in Domino. Sciatis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus annuum redditum viginti quatuor solidorum quem percipere solebam de Nycholao de Occlistorp pro terris et tenementis que idem Nycholaus de me tenuit in villa de Occlistorp predicta cum homagio et servitio predicti Nycholai et heredum suorum et cum omnibus servitiis, proficuis et eschaetis mihi vel heredibus meis de predictis terris et tenementis aliquo iure spectantibus et totum ius et clamium quod habui vel habere in posterum potero in omnibus terris et tenementis que in villa de Occlistorp de feodo meo aliquando fuerit cum homagio et servitio iuribus et dominiis, wardis et releviis et eschaetis et omnibus servitiis forincecis et intrincecis que ad me vel heredes meos aliquo iure vel modo excidere poterunt; tenend' et habend' predictis canonicis et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam sicut aliqua elemosina liberius et purius dari poterit vel concedi inperpetuum. Et ego Germanus Hay predictus et heredes mei annuum redditum predictum et omnia servitia tam forinseca quam intrinseca superius memorata predictis canonicis et eorum successoribus warantizabimus, acquietabimus et tamquam puram et perpetuam elemosinam contra omnes homines inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium huic scripti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera. [*f163v*]

Note: Date based on German Hay of Aughton, Nicholas of Oglethorpe and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. German Hay of Aughton held 1[1/2] knight's fees in Aughton in 1279 and in 1284-85 he was a tenant of Peter (II) de Mauley [Clay & Greenway, *EYFamilies*, p. 42; *Yorks Inq.* 1, p. 196]. He occurred as late as 18 August 1295 when he granted 100*s* land and rents in South Kirkby to Nostell Priory from land he held of Henry (II) de Lacy, earl of Lincoln [*Yorks Inq.* 3, pp. 18-9]. Nicholas of Oglethorpe occurred as early as 19 September 1275 and as late as 30 January 1294 [*Yorks Inq.* 1, pp. 161-2; *Yorks Inq.* 2, p. 157].

1185. Sale with warranty by Nicholas son and heir of William (II) of Langthwaite to the prior and convent of a toft and 1[1/2] acres of land [described in various locations] in Bramham, namely the toft where his father had lived, and of the annual rent of 12*d* which he received from a toft and bovate of land which John le Schether had (as a gift from his father William) in marriage with Nicholas' sister. For this the canons gave Nicholas sum of money. f163v/p. 398

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Nicholai de Langewait.

Universis Cristi fidelibus et cetera Nicholaus filius et heres Willelmi de Langewait salutem. Noveritis me dedisse, concessisse et sursum reddidisse religiosis viris dominis meis priori et conventui sancti Oswaldi de Nostell' et eorum successoribus pro quadam summa peccunie quam mihi premanibus dederunt unum toftum et unam acram et dimidiam terre cum pertinentiis in villa de Brameham, illud scilicet toftum in quo predictus Willelmus pater meus habitavit in eadem villa, et illam acram et dimidiam terre, quarum dimidia acra iacet in campo occidentali aput Byrk'hevid et dimidia acra in campo meridionali aput Hennewro et dimidia acra in eodem campo aput les Benelandes. Dedi etiam concessi et hac presenti carta mea confirmavi eisdem priori et conventui annuum redditum xij. denariorum exeuntem de uno tofto et una bovata terre que Iohannes le Schether habet de dono Willelmi patris mei in libero maritagio cum sorore mea una cum homagio et fidelitate dicti Iohannis et heredum suorum et cum omnibus terris, tenementis, pratis, communibus pasturis, redditibus, wardis, releviis et eschaetis, appruamentis et pertinentiis tam de dictis tofto et terra quam de omnibus aliis terris, tenementis et redditibus mihi aliquo iure in dicta villa competentibus; habend' et tenend' predictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete, integre, bene et pacifice, cum suis pertinentiis sine ullo retenemento. Et ego Nicholaus et heres mei predictum toftum et predictam acram et dimidiam terre cum predictis redditibus sicut predictum est contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus et imperpetuum defendemus. In cuius.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. William (II) of Langthwaite died after 5 April 1285 [*Yorks Inq.* 2, p. 42] and before 1294 when his widow Alice quitclaimed her dower rights [no. 1174], see note preceding no. 1100 for the Langthwaite family. William (II) granted his son Nicholas all his land in Oglethorpe [no. 1201]. Nothing is known of the sister of Nicholas of Langthwaite and her husband John le Schether.

1186. Grant by Robert of Langthwaite of Bramham to William [(II) of Langthwaite] his son of his chief dwelling [*capitale mansum*] and all his land in Bramham with the homage and service of Ralph of Kegworth and Thomas son of Henry, rendering annually all the due services and customs which Robert surrenders to William. f163v/p. 398

[first half 13th century]

Rubric: Carta Roberti de Lange.

Sciant et cetera quod ego Robertus de Langewait de Brameham concessi, dedi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo filio meo totum capitale mansum meum in Brameham et totam terram meam quam habeo vel accio [*sic*][a] modo mihi accidere poterit cum omnibus pertinentiis sine ullo retenemento in villa et territorio eiusdem una cum homagio et servitio Rad[ulfi] de Kegwrthe et heredum suorum et servitio Thome filii Henrici et heredum suorum; tenend' et habend' sibi et heredibus suis vel cuicumque assignare voluerit libere, quiete, integre, pacifice et honorifice cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus et aysiamentis sine ullo retenemento infra villam de Brameham et extra, reddendo et faciendo inde annuatim capitalibus dominis feudi, debitum servitium et consuetum prout continetur in feofamentis meis que mihi habui et eidem Willelmo sursum reddidi. Ut autem hec mea concessio et donatio et confirmatio robur perpetue firmitatis optineat hoc presens scriptum sigilli mei impressione roboravi et cetera.

[a] possibly an error for *alio*

Note: Date based on Robert of Langthwaite. Robert occurred in the first half of the 13th century [see note preceding no. 583]. His son William (II) was active in the mid to late 13th century , see note preceding no. 1100. Ralph of Kegworth was a benefactor of Nostell Priory and was active with William (II) of Langthwaite and others

during the late 13th century [see note preceding no. 1100]. William (II) of Langthwaite granted the rent and land of Thomas son of Henry to Nostell Priory [no. 1115]. This charter was copied by a Scribe whose hand resembled Scribe B [see Chapter V].

1187. Grant with warranty by R[obert of] of Langthwaite to William (II) his son of 2 bovates of land with a toft and croft in Oglethorpe, namely that which Robert's brother Richard Bretun once held, rendering annually to Robert 3*s* 6*d*. f163v.3

[first half 13th century]

Rubric: Item carta eiusdem.

Sciant et cetera quod ego R. de Langewait dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo filio meo pro homagio et servitio suo duas bovatas terre cum tofto et crofto et suis pertinentiis in villa et territorio de Occlistorp', videlicet illas duas bovatas terre cum tofto et crofto et suis pertinentiis quas Ricardus Bretun frater meus quondam tenet in eadem villa; tenend' et habend' eidem Willelmo et heredibus suis vel assignatis libere, integre et cetera cum omnibus libertatibus communis et asiamentis et liberis consuetudinibus ad eandem terram pertinentibus infra predictam villam et extra, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis tres solidos et vj. denarios, scilicet xx. et unum denarios ad Pentecost' et xx. et unum denarium ad festum sancti Martini in yeme et faciendo forinsecum servitium quam pertinet ad tantam terram in eadem villa. Et ego Robertus et heredes mei predicto Willelmo et heredibus suis vel suis assignatis predictas duas bovatas terre cum tofto et crofto et suis pertinentiis ut superius dictum est contra omnes homines inperpetuum warantizabimus. In cuius et cetera.

Note: Date based on Robert of Langthwaite. Richard Bretun and Robert of Langthwaite were sons of Ellis of Langthwaite, see note preceding no. 583. See note preceding no. 1100 for William (II) of Langthwaite. Richard of Langthwaite, also known as le Bretun, occurred from as early as c.1148 x 1159 to as late as 1175 x 1183 [*EYC* II, nos. 1060, 1116]. This charter was copied by a scribe whose hand resembled Scribe B [see Chapter V].

Note for nos. 1188-90, 1197-99. Lawrence the priest of Bramham had at least two sons: Peter, the clerk, of Bramham and Crispin son of Lawrence of Bramham. Peter the clerk occurred as early as c.1125 x c.1150 receiving land from Agnes Fossard who called him 'her kinsman' [nos. 546, 547]. In 1147 x 1153 Agnes granted to Nostell Priory a half carucate of the land in Bramham which Peter the clerk held of her [nos. 548, 549, also see note preceding no. 545 for Fossard family]. Peter the clerk also held a life-tenancy in land granted by William Paynel son of Agnes Fossard and confirmed by William (I) Fossard brother of Agnes [no. 1195]; William Paynel inherited his father's estates not later than 1153 and was dead by 1202 [Dalton, 'Paynel', *DNB*, art. 53593]. Peter held land of Nigel (II) Fossard, his 'kinsman', who occurred in 1178 x 1182 [*EYC* II, p. 327, no. 1087].

Peter granted his lay fee to William (I) Langthwaite who subsequently granted it to his brother Ellis of Langthwaite, a grant confirmed by William de Stuteville [nos. 1190, 1198]: Ellis of Langthwaite was active in the last half 12th century [note preceding no. 583]. William de Stuteville inherited his estates by 1171 and was dead by 1203 [Thomas, 'William Stuteville', *DNB* art. 26754]. William (I) of Langthwaite occurred c.1175 x 1195 [*EYC* II, nos. 1116, 1121] and note preceding no. 583. Peter occurred as late as 1160 x 1175 [*EYC* III, no. 1583].

Crispin son of Lawrence the priest was married to Cecily and occurred as late as c.1155 x 1180 [*EYC* II, no. 1029]. Crispin held a life tenancy in land granted by William Paynel, which was to revert to Ellis of Langthwaite, the gift was confirmed by William (I) Fossard [nos. 1197, 1199]. Ellis of Langthwaite's right to the land had been granted by his brother William (I) of Langthwaite and the grant confirmed by William of Stuteville [nos. 1190, 1198]. See above for active lives of William (I) Fossard, William Paynel and Ellis and William (I) of Langthwaite.
These transactions suggest an active adult life of the mid x late 12th century for Peter the clerk and Crispin, sons of Lawrence the priest. The nature of the familial relationship of the Fossards and the Langthwaites to the sons of Lawrence the priest is unknown. The inclusion of these documents without direct reference to Nostell Priory suggests the intent to show the transactions of acquisition by Ellis of Langthwaite of land which he subsequently granted to his sons and which was then granted to Nostell Priory by the next two generations of Langthwaites, see note preceding no. 1100.

1188. Grant by Nigel (II) Fossard to Peter the clerk of Bramham, his kinsman, of 27 acres of land in Bramham, partly in Nigel's demesne and partly in Fordales which Peter held of Nigel's father rendering 24[*d*], 10 acres of land from Fordales in Bramham which Robert son of Ralph held of Nigel's father rendering 12*d*, a *cultura* of 5 acres of land called Fioder near Oglethorpe, a meadow below Clifford, land in Bramham [unspecified amount, described], a bramble-bed towards Monk Hay [Barwick in Elmet], and an acre of land (between the assart of Huctred and the *cultura* of Wodehuses) [possibly Barwick in Elmet]), rendering annually to Nigel 3*s*. f163v/p. 398

[late 12th century]

Rubric: Carte Nigelli Fossard'.

Sciant et cetera, quod ego Nigellus Fossard dedi et concessi Petro clerico de Brameham, cognato meo, et suis heredibus in feudo et hereditate, tenendas de me et meis heredibus in liberum servitium et liberum tenementum, xxvij. acras terre in Brameham, partim de meo dominio, partim de fordales quas tenuit de patre meo pro xxiiij. acris[a] et ex alia parte dedi ei[b] x. acras terre in eadem villa de fordales quas tenuit Robertus filius Rad[ulfi] de patre meo pro xij. nummis, et unum culturam v. acrarum versus Occlistorp que dicitur Fioder, et unum pratum subtus Clifford' versus Stanford' quantumcumque illud est, et unam terram que est inter Aldid croft et[c] dalas de Ling, et unum rubum versus Munckehayespen, et unam acram inter sartum Huctred et culturam de Wodehuses; et hoc totum in liberum tenementum, quietum ab omni servitio quod ad terram pertinet, nisi hoc solum, quod singulis annis reddet mihi tres solidos, hoc modo redimendo a me suum liberum servitium, ad Pentecost' xviij. denarios ad festum sancti Martini xviij. denarios. Hiis testibus, et cetera.

[a] *EYC* suggests *nummis* which is more likely [b] ms *ex* [c] ms *et et*

Printed: EYC II, no. 1026 dated c. 1175-1190.

Note: Date based on Nigel (II) Fossard and Peter, the clerk of Bramham. See note preceding concerning Peter the clerk of Bramham and Nigel (II) Fossard, and note preceding **no. 545** for the Fossard family. This land was granted to William (I) Langthwaite and subsequently to Ellis Langthwaite [**nos. 1189-90, 1198**]. This charter was copied by a Scribe whose hand resembled Scribe B [see Chapter V].

1189. Grant by Peter, the clerk, of Bramham to William (I) of Langthwaite, his next heir, of his lay fee in Bramham. f163v/p. 398

[7 December 1147 x 1203]

Rubric: Carta Petri clerici de Brameham.

Sciant et cetera, quod ego Petrus clericus de Brameham reddidi Willelmo de Langewait, ut proximo heredi meo, totum laicum feudum meum de Brameham, salvo servitio domini illius feudi et salva tenura canonicorum sancti Oswaldi quam tenent de terris elemosine. Hiis testibus.

Printed: EYC II, no. 1027 dated c. 1175-1195.

Note: Date based on confirmation by William Stuteville and the grant of other land to Nostell Priory. The land held in alms by Nostell Priory mentioned here was probably that which Agnes Fossard granted to Peter and she subsequently granted to Nostell Priory during the rule of Archbishop Henry Murdac, setting the earliest date of this document to 7 December 1147 [**nos. 546-49**]. William (I) of Langthwaite subsequently granted the rights to this land to his brother Ellis which was confirmed by William de Stuteville who died in 1203 and provides the latest limit [see **nos. 1190, 1198** for dating]. Peter's land held in lay fee was probably included that which had been granted by Nigel (II) Fossard and William Paynel [**nos. 1188, 1195**]. See note preceding **no. 583** for further information concerning William (I) of Langthwaite. See note preceding **no. 1188** for Peter, the clerk, of Bramham. This charter was copied by a Scribe whose hand resembled Scribe B [see Chapter V].

1190. Confirmation by William de Stuteville of the grant made by William [(I) of Langthwaite] to Ellis of Langthwaite [his brother] of half a carucate of land and 8 acres of land in Bramham, namely

that which was Crispin of Bramham's, and of the grant made by William (I) of Langthwaite to Ellis of the land of Peter the clerk of Bramham. f163v/p. 398

[1183 x 1203]

Rubric: Carta Willelmi de Stutevill'.

Sciant et cetera quod ego Willelmus de Stutevill' concessi et hac presenti carta mea confirmavi Hel[ie] de Langewait et heredibus suis donationem quam Willelmus frater meus[a] ei fecit de dimidia carucata terre et viij. acris in villa de Brameham, scilicet que fuerunt Crispini de Brameham, tenendam de predicto Willelmo et heredibus suis prout carta eiusdem Willelmi quam Hel[ias] habet testatur et purportat. Confirmo etiam predicto Hel[ie] et heredibus suis donationem quam Willelmus de Langewait ei fecit de terra Petri clerici de Brameham, unde cartam eiusdem Willelmi habet idem Hel[ias], et cetera.

[a] probably in error for *suus*

Printed: *EYC II*, no. 1030 dated c. 1180-1203.

Note: Date based on William de Stuteville. William de Stuteville occurred as early as 1173 and died 1203 [Thomas, 'William Stuteville', *DNB*, art. 26754]; he inherited his father's estates in 1183 [Thomas, 'Robert (III) Stuteville', *DNB*, art. 26753]. William de Stuteville's confirmation of this grant suggests some of the land of Peter, the clerk, of Bramham and his brother Crispin of Bramham was in the Stuteville fee. William (I) of Langthwaite granted this land to his brother Ellis of Langthwaite which indicates that the phrase *Willelmus frater meus* was in error for *Willelmus frater suus* [no. 1198]. See note preceding no. 1188 for further information. This charter was copied by a Scribe whose hand resembled Scribe B [see Chapter V].

1191. Grant by Robert Gernon to Eudo, the clerk, son of Guy of a parcel of his land in Bramham [described], rendering annually to Robert 1*d.* f163v/p. 398

[early 13th century]

Rubric: Carta Roberti Gernun.

Sciant et cetera quod ego Robertus Gernun dedi, concessi et presenti carta mea confirmavi Eudoni clerico filio Wydonis pro homagio et servitio suo unam partem terre mee in Brameham que extendit super ortum suum habentem xx. pedes in longitudine a predicto orto versus aquilonem et in latitudine a via versus occidentem usque ad terram prioris de sancto Oswaldo versus orientem; tenend' de me et heredibus meis in feudo et hereditate libere et quiete, reddendo annuatim mihi et heredibus meis unum denarium ad Pascha pro omni servitio et ego predictus Robertus Gernun et heredes mei warantizabimus hanc predictam terram dicto Eudoni filio Wydonis et heredibus suis contra omnes homines inperpetuum. Et ut hec donatio rata permaneat sigilli mei appositione hanc cartam roboravi et cetera.

Note: Date based on Robert Gernon and Eudo son of Guy. Robert Gernon son of Hugh (I) Gernon of Bramham occurred as early as 1180 x 1200 [*EYC* III, no. 1613] and as late as January 1238 [nos. 570, 592, 659]; see note preceding no. 1129 for the Gernon family. Eudo son of Guy, clerk, held land in Oglethorpe; and his brother Guy son of Guy was active in 1244 x 1246 which suggests Eudo would have a similar adult life [nos. 594, 595]. Eudo's son Thomas inherited this land and granted it to Alice daughter of Robert le Fraunceis [no. 1196]. This charter was copied by a Scribe whose hand resembled Scribe B [see Chapter V].

1192. Sale with warranty by Geoffrey le Vavasour, with the assent of his wife Agnes and his heirs, to Thomas son of Guy of Bramham of half an acre of land in Oglethorpe [two roods described in two locations], rendering annually to Geoffrey 2*d.* For this Thomas gave Geoffrey 4*s.* f163v/p. 398

[mid-13th century]

Rubric: Carta Galfridi le Vavessur.

Sciant et cetera quod ego Galfridus le Vavasur dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Thome filio Wydonis de Brameham ex consensu et assensu Agnetis mulieris mee et heredum meorum unam dimidiam acram terre in territorio de Occlistorp, scilicet unam rodam iuxta terram Rad[ulfi] Tepe in Westboem et unam

rodam in campo versus australem iuxta terram Roberti de Langewait pro homagio et servitio suo et pro quatuor solidis quos mihi dedit pre manibus illi et heredibus suis vel assignatis; tenend' et habend' de me et heredibus meis in feodo et hereditate, libere et quiete, in bosco et plano et in omnibus aysiamentis ad dictum villam pertinentibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ij. denarios, scilicet unum ad Pentecost' et unum ad festum sancti Martini pro omni servitio, exactione et demanda. Ego vero predictus Galfridus le Vavasuur et heredes mei warantizabimus predictam acram terre predicto Thome et heredibus suis vel assignatis contra omnes homines inperpetuum. Hiis testibus et cetera. [*f164r*]

Note: Date based on Thomas son of Guy of Bramham. The brothers of Thomas son of Guy, Eudo and Guy were active in the mid 13th century which would suggest the same for Thomas [nos. 594-5, 1191]. See note preceding no. 1137 for difficulty with identifying Geoffrey le Vavasour; his daughter Juliana occurred in late 13th century which suggests a slightly earlier time for Geoffrey and Agnes [nos. 1137-42]. Robert of Langthwaite, mentioned holding land nearby, was active in the first half of the 13th century, see note preceding no. 1100.
This land and rent do not reoccur in the Cartulary: either the transaction was on a folio now missing [see Chapter V] or this document may have copy errors. If the latter case then this land might be the same which Thomas son of Eudo son of Guy granted to Alice daughter of Robert le Fraunceis which rendered to Geoffrey 2*s* [no. 1196]. The rent of 2*s* was quitclaimed by Geoffrey to Thomas son of Eudo son of Guy [no. 1202]. This reading would suggest the Scribe omitted 'son of Eudo' and erred by transcribing 2*d* rather than 2*s*. The date would not be affected by this reading. This charter was copied by a Scribe whose hand resembled Scribe B [see Chapter V].

1193. Confirmation with warranty by William son of Alexander of Bramham of the grant in pure and perpetual alms made by his brother Hugh, for the maintenance of the chapel of St Mary of Bramham, of a rood of land called Wranglandes in the north field of Bramham. f164r/p. 399

[first half 13th century]

Rubric: Carta Willelmi filii Alexandri de Brameham.
Omnibus Cristi et cetera Willelmus filius Alexandri de Brameham salutem. Noverit universitas vestra me ratum et gratum habere donum quod Hugo frater meus ad sustentationem servitii beate Marie virginis in capella eiusdem de Brameham, videlicet unam rodam terre cum pertinentiis in boriali campo de Brameham in loco que dictur Wranglandes. Ego autem predictus Willelmus et heredes mei predictam terram in puram et perpetuam elemosinam collatam et Deo et predicte capelle contra omnes homines warantizabimus et ubique defendemus. Et ad maiorem securitatem presentem cartam sigilli mei inpressione roboravi et cetera.

Note: Date based on William son of Alexander of Bramham. William son of Alexander held land of St Andrew's York c. May 1226 x 4 May 1241 [no. 591]. Hugh, chaplain, son and heir of Alexander of Bramham held a toft in Bramham in the 13th century, before 1294 [no. 658] and a rood of land he which he sold to Ralph of Kegworth [nos. 1155, 1156, 1158, 1159, 1161]. See note preceding no. 578 for Alexander of Bramham and descendants.

1194. Grant with warranty by William small [*parvus*] to Robert of Langthwaite of his toft in Bramham, namely that which he holds of the [Bramham] prebend, except part of the toft he retains [described]; in exchange for all the toft of Robert of Langthwaite [described] with of 3 acres of land in Bramham. f164r/p. 399

[first half 13th century]

Rubric: Carta Willelmi Parvi.
Sciant et cetera quo ego Willelmus Parvus dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Roberto de Langewait et heredibus suis toftum meum in Brameham quod teneo de prebenda, excepta quadam parte dicti tofti quam reteneo mihi et heredibus meis versus orientem, scilicet in latitudine quatuor percatas versus viam que vocatur Ouergate, in longitudine vj. perticatas et xij. pedes, in latitudine versus aquilonem tres perticatas, in escambium pro toto tofto dicti Roberti de Langewait quod iacet inter toftum abbatis sancte Marie Ebor' et

toftum Willelmi filii Iohannis et pro tribus acris terre in territorio de Brameham; illi et heredibus suis tenend' et habend' de me et heredibus meis libere et quiete pro omni servitio seculari, exactione et demanda, pro predicto exscambio. Ego vero dictus Willelmus Parvus et heredes mei warantizabimus predicto Roberto et heredibus suis predictum toftum sicut prenominatum est [*contra*] omnes homines inperpetuum. Hiis t[estibus] et cetera.

Note: Date based on Robert of Langthwaite. Robert of Langthwaite was active in the first half of the 13th century, see note preceding **no. 1100**. Nothing is known of William Small.

1195. Confirmation by William (II) Fossard of the grant made by William Paynel to Peter the clerk of Bramham of a life tenancy of the land in the fee of William Paynel [probably in Bramham], after Peter's death the land will remain to Ellis of Langthwaite. f164r/p. 399

[1183 x 1194]

Rubric: Carta Willelmi Fossard.

Sciant et cetera, quod ego Willelmus Fossard concessi et hac mea presenti carta confirmavi Petro clerico de Brameham donationem omnium partium terre quam Willelmus Painel dedit ei tenendam de se et heredibus suis in vita sua sicut carta sua testatur, et tali conditione quod omnes perticule illius terre post decessum predicti Petri remaneant Helye de Langewait et heredibus suis, tenendas de predicto Willelmo Paynel et heredibus suis in feodo et hereditate sicut carta sua testatur. Hiis testibus, et cetera.

Printed: *EYC II* no. 1024 dated c. 1175-1190.

Note: Date based on grant by William (I) of Langthwaite and William (II) Fossard. William (I) of Langthwaite granted this land to his brother Ellis no earlier than 1183 [**no. 1190**]. William (II) Fossard was a minor at his father's death in 1168/9 but was in possession of his father's lands by 1171 and died 1194 [Walker, 'Fossard Family', *DNB*, art. 54505]. Ellis of Langthwaite occurred in the last half 12th century, see note preceding **no. 583**. William Paynel, son of Agnes Fossard and Alexander Paynel of Hooton Pagnell, inherited his father's estates by 1153 and was dead by Michaelmas 1202 [*EYC VI*, p. 43; Dalton, 'Paynel', *DNB*, art. 53593]. Although the document does not describe the land as situated in Bramham its placement in the Bramham section and the fact that Peter the clerk held land in Bramham indicates it was the same described in **nos. 1188, 1189**. The same dating will apply to William (II) Fossard's confirmation of the grant by William Paynel to Peter's brother Crispin of Bramham [**no. 1197**].

1196. Grant by Thomas son of Eudo son of Guy of Bramham to Alice daughter of Robert le Faunceis of all the land in Bramham which Thomas held of the prior and canons, rendering annually to the canons 2*s* of silver, of the land in Bramham which Thomas held of Hugh Gernon, rendering annually to Hugh 1*d*, and the land in Oglethorpe which Thomas once held from Geoffrey le Vavesour and his wife Agnes. f164r/p. 399

[mid-13th century]

Rubric: Carta T. filii Eudonis.

Universis Cristi et cetera Thomas filius Eudonis filii Wydonis de Brameham salutem eternam in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Alicie filie Roberti le Faunceys et heredibus suis vel assignatis totam terram quam tenui de priore et conventu de sancto Oswaldo in villa et territorio de Brameham et terram quam tenui de Hugone Gernun in eadem villa et terram quam aliquando tenui de Galfrido le Vavesur et Agnete uxore sua in territorio de Occlistorp, prout in cartis super hiis confectis plenius continetur; tenend' et habend' dicte Alicie et heredibus suis vel assignatis in feodo et hereditate libere, quiete et pacifice cum omnibus libertatibus et aysiamentis infra villam de Brameham et extra ad tantum tenementum pertinentibus, reddendo inde annuatim dominis feodi firmam quam ego reddere consuevi, scilicet dictis prioris et conventui duos solidos per annum argenti et Hugoni Gernun et heredibus

suis unum denarium in die Pasche pro omni servitio seculari, exactione et demanda. Et ut hec mea donatio, concessio et confirmatio rata maneat et inconcussa presens scriptum sigilli mei munimine roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Thomas son of Eudo son of Guy and Hugh (II) Gernon. The land held of Hugh (II) son of Robert Gernon was that which Eudo son of Guy received of Robert Gernon [no. 1191]; Hugh (II) Gernon occurred in the mid 13th century and was dead before April 1284 [see note preceding no. 1129]. The land held of Geoffrey le Vavasour may be that which Thomas son of Guy held [no. 1192], the land held of the canons cannot be identified. Alice daughter of Robert does not reoccur in the Cartulary.

1197. Confirmation by William (II) Fossard of the grant made by William Paynel to Crispin of Bramham of a life tenancy of land in the fee of William Paynel [probably Bramham] and after Crispin's death the land will remain to Ellis of Langthwaite. f164r/p. 399

[1183 x 1194]

Rubric: Carta W. Fossardi.

Sciant et cetera, quod ego Willelmus Fossard concessi et hac presenti carta mea confirmavi Crispino de Brameham totam terram quam Willelmus Painel dedit illi, sicut carta sua testatur; et tali conditione quod illa terra post decessum predicti Crispini remaneat Helie de Langewait et heredibus suis, tenendam de predicto Willelmo Painel et heredibus suis sicut carta sua testatur. Hiis testibus, et cetera.

Printed: *EYC*, 2, no. 1025 dated 1175-1190.

Note: Date based on William (II) Fossard and the grant of this land to Ellis by William (I) of Langthwaite. See note **no. 1195** for dating rationale. Although the document does not describe the land as situated in Bramham its placement in the Bramham section of the Cartulary and the fact that Crispin of Bramham held land in Bramham indicates it was the same described in **nos. 1198-99**].

1198. Grant by William (I) of Langthwaite to Ellis his brother of half a carucate and 8 acres of land in Bramham, namely from the farm which Crispin son of Lawrence the priest of Bramham held for a 20th part of one knight's fee, the land that was Peter the clerk son of Lawrence the priest of Bramham, namely 48$^{1/2}$ acres of land with 2 meadows in Bramham and Clifford [described] and all William's right to the land of Peter the clerk, rendering annually to William 3*s*. For this Ellis gave to William 20*s*. f164r/p. 399

[1183 x 1203]

Rubric: Carta Willelmi de Langewait.

Sciant et cetera quod ego Willelmus de Langewait dedi <et> concessi Helye fratri meo unam dimidiam carucatam terre et octo acras in Brameham, scilicet firmam que fuit Crispini filii Laurencii sacerdotis de Brameham faciendo servitium mihi et heredibus meis quantum pertinet ad vicesimam partem feodi unius militis. Preterea dedi et concessi eidem Hel[ye] terram que fuit Petri clerici filii Laur[encii] sacerdotis de Brameham, scilicet xl^{a} et viij. acras et dimidia et duo prata que fuerunt eiusdem Petri, unum quod iacet inter viam que ducit ad Sanford et aquam que currit subtus Clifford et alterum pratum quod iacet iuxta Kyrk'bric inter duos fontes et aquam que venit de Brameham et totum ius meum de terra predicti Petri clerici, reddendo annuatim mihi et heredibus meis iure hereditario tres solidos pro omni servitio xviij. denarios ad Pentecost' et xviij. denarios ad festum sancti Martini. Omnes autem istas prenominatas terras cum omnibus pertinentiis que ad easdem pertinent dedi et concessi et hac mea presenti carta confirmavi prenominato Hel[ye] et heredibus suis; tenendas de me et heredibus meis pro homagio et servitio suo. Et pro donatione istarum terrarum et concessione dedit mihi prefatus Hel[yas] xx. solidos sterlingorum. Et ut hec donatio rata permaneat sigilli mei impressione eam roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on confirmation by William de Stuteville, see no. 1190 for dating rationale. See note preceding no. 1188 for Peter the clerk of Bramham and his brother Crispin of Bramham. See note preceding no. 583 for William (I) and Ellis of Langthwaite.

1199. Grant by Crispin of Bramham son of Lawrence the priest to his kinsman Ellis of Langthwaite of all his land of Bramham which he held from William Paynel. For this Ellis gave to Crispin 5*m* of silver and a robe worth 1*m* of silver. f164r/p. 399

[1183 x 1202]

Rubric: Carta Crispini de Brameham.

Sciant et cetera, quod ego Crispinus de Brameham, filius Laur[entii] presbiteri, dedi et concessi et hac mea presenti carta confirmavi Hel[ie] de Langewait cognato meo et heredibus suis totam terram meam de Brameham, ut meum adquisitum, quam tenui de Willelmo Painel sicut carta eius testatur; et pro hac donatione et concessione predictus Hel[ias] dedit mihi quinque marcas argenti et unam robam de una marca argenti. Donationem illam vero sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Printed: *EYC II*, no. 1028 dated c. 1155-1185.

Note: Date based on Crispin of Bramham and the grant of this land by William (I) of Langthwaite to Ellis of Langthwaite. William (I) of Langthwaite granted this land to his brother Ellis in 1183 x 1203 providing the earliest limit [nos. 1190, 1198]. William Paynel died 1202 which provides the latest limit, see note no. 1195. See note preceding no. 1188 for further information concerning Crispin of Bramham.

1200. Grant with warranty by William son of Hugh of Oglethorpe to Ellis of Langthwaite with his daughter Alice in marriage of 2 bovates of land in Oglethorpe from his demesne [described], 8 acres of land in Nelesrode [possibly Hazlewood, Tadcaster], 2 acres from the toft of Hamer near Toulston [Newton Kyme], and a meadow in Bramham [described], rendering annually to William 12*d.* ff164r-v/pp. 399-400

[last half 12th century]

Rubric: Carta W. filii H. de Occlistorp.

Sciant et cetera que ego Willelmus filius Hugonis de Occlistorp dedi et concessi et hac mea carta confirmavi Hel[ie] de Langewait cum Alicia filia mea in maritagio duas bovatas in Occlistorp de dominico meo, scilicet de feudo de Brameham pares ceteris bovatis in eadem villa longius soli adiacentibus et viij. *[f164v]* acras terre in eadem villa in Nelesrode, et preter hoc duas acras de tofto que iacent iuxta toftum Hameri versus Touleston, et unum pratum in Brameham quod est sub Kyrk'brigg'. Has predictas terras et tenementa dedi predicto Elie et heredibus, quos habebit de predicta Alicia, in feodo et hereditate libere et quiete cum omnibus pertinentiis suis in bosco, in plano, in aquis, in pratis et pasturis, in molendinis et in omnibus aysiamentis libere feodo pertinentibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis pro omni servitio quod ad me pertinet, preter auxilium vicecomitis xij. denariorum ad Pentecost'. Et ego et heredes mei warantizabimus predicto Hel[ie] et heredibus suis, quos habebit de predicta Alicia, contra omnes homines predictas terras. Hiis testibus.

Note: Date based on William son of Hugh of Oglethorpe and Ellis of Langthwaite. Ellis of Langthwaite occurred the last half of the 12th century, see note preceding nos. 583, 1100. This grant established Ellis in Oglethorpe and the transactions of the descendants of Ellis and Alice constituted a major segment of the Bramham section of the Cartulary.

1201. Grant with warranty by William (II) of Langthwaite to Nicholas his son of all his land in Oglethorpe except 3 acres of land which Ralph of Weston holds of William, rendering annually to Nicholas of Oglethorpe 4*s* 4*d* and for forinsec service 8*d.* f164v/p. 400

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Willelmi de Langewait.

Sciant et cetera quod ego Willelmus de Langewait dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Nicholao filio meo et heredibus suis totam terram meam in territorio de Occlistorp' cum mesuagio in eadem villa, exceptis iij. acris terre quas Rad[ulfus] de Weston de me tenet; tenend' et habend' sibi et heredibus suis de Nycholao de Occlistorp' et de heredibus suis libere et quiete, bene et in pace, reddendo inde annuatim Nicholao de Occlistorp et heredibus suis quatuor solidos et quatuor denarios, scilicet ad festum sancti Martini xx. denarios et ad Pentecosten duos solidos et octo denarios, faciendo forinsecum servitium quantum pertinet ad tantam terram in eadem villa. Et ego Willelmus et heredes mei dictam terram dicto Nicholao filio meo warantizabimus et defendemus inperpetuum. Et ad maiorem securitatem huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William (II) of Langthwaite, Nicholas of Oglethorpe and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. William (II) of Langthwaite occurred from as early as 20 January 1241 and at least as late as 5 April 1285; he was dead before 1294 when his wife quitclaimed her dower rights [*Yorks F. 1232-1246*, p. 106; *Yorks Inq.* 2, p. 42], see notes preceding **nos. 583, 1100, 1174.** Nicholas son and heir of William (II) of Langthwaite sold land in Bramham to Nostell Priory [**no. 1185**]. Nicholas of Oglethorpe occurred as early as 19 September 1275 and at least as late as 30 January 1294 [*Yorks Inq.* 1, pp. 161-62; *Yorks Inq.* 2, p. 157].

1202. Sale and quitclaim with warranty by Geoffrey son of William le Vavasour, with consent of his wife Agnes and his heirs, to Thomas son of Eudo the chaplain of Bramham of the rent of 2*s* which Eudo the chaplain once rendered to Geoffrey for half an acre of land in Oglethorpe. For this Thomas gave to Geoffrey 2*s* 6*d.* f164v/p. 400

[mid-13th century]

Rubric: Carta Galfridi le V[*lost in binding*]vesu[*lost in binding*].

Sciant et cetera quod ego Galfridus filius Willelmi le Vavesur vendidi, concessi et quietumclamavi ex assensu et consensu Agnetis uxoris mee et heredum meorum Thome filio Eudonis capellani de Brameham redditum quem dictus Eudo capellanus, pater predicti Thome, mihi solebat reddere pro dimidia acra terre in territorio de Occlistorp, scilicet duos denarios annuos pro duobus solidis et vj. denariis quos predictus Thomas mihi dedit pre manibus; illi et heredibus suis et assignatis habend' et percipiend' de predicto Eudone capellano et heredibus suis inperpetuum. Ita scilicet quod sepedictus Eudo capellanus nulli uncquam respondebit nisi predicto Thome. Ego vero predictus Galfridus et predicta Agnes et heredes mei warantizabimus predictam venditionem, concessionem et quietam clamationem, scilicet redditus xij. denariorum predicto Thome et heredibus suis vel assignatis pro predictis duos solidis et vj. denariis quas mihi dedit pre manibus contra omnes homines inperpetuum. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Thomas son of Eudo. Thomas was active in the mid-13th century [see **no. 1196**]. The rent was for land which Geoffrey sold to Thomas [possibly son of Eudo] son of Guy [**no. 1192**]. The land was subsequently granted to Alice daughter of Robert le Fraunceis [**no. 1196**]. See note preceding **no. 1137** concerning difficulty in identifying Geoffrey le Vavasour.

1203. Grant with warranty by Ellis lord of Oglethorpe to his nephew Richard Bretun [of Langthwaite] of 2 bovates of land in the territory of Bramham, namely that which lady Langus held in dower from the fee of Nicholas (I) de Stuteville, and the messuage which William de Marisco held, rendering annually to Ellis 40*d.* f164v/p. 400

[4 June 1203 x 30 March 1218]

Rubric: Carta Elye domini de Occlistorp.

Sciant et cetera quod ego Helias dominus de Occlistorp' dedi et concessi et hac presenti carta mea sigillo meo inpressa confirmavi Ricardo Bretun meo nepoti duas bovatas terre in territorio de Occlistorp', illas duas bovatas terre scilicet quas domina Langus tenuit in dote sua de feodo Nicholai de Stutevilla cum omnibus pertinentiis et aisiamentis et libertatibus infra villam et extra ad predictam terram spectantibus et cum mansuagio quod Willelmus de Marisco tenuit illi Ricardo pro homagio et servitio suo et heredibus suis; tenend' et habend' libere et solute et quiete de me et heredibus meis in feodo et hereditate inperpetuum, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis xl^{s}. denarios, scilicet xx. denarios ad Pentecost' et xx. denarios ad [festum] sancti Martini in yeme pro omni servitio, exactione et demanda, ad me vel ad heredes meos pertinente et faciendo forinsecum servitium, quantum pertinet ad duas bovatas terre eiusdem tenementi. Et sciendum est quod ego Helias et heredes mei warantizabimus, acquietabimus et defendemus predicto Ricardo et heredibus suis hanc predictam terram cum pertinentiis suis inperpetuum contra omnes homines. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Richard le Bretun and Nicholas (I) de Stuteville. Richard le Bretun was the son of Ellis of Langthwaite and Alice daughter of William son of Hugh of Oglethorpe; he occurred as early as c1148 x 1183 as Richard of Langthwaite and at least as late as c. 1180 x 1199 [*EYC IX*, no. 30; *EYC* II, nos. 1060, 1116], see note preceding no. 583. This would suggest that Ellis lord of Oglethorpe was the son of William son of Hugh of Oglethorpe. Richard's active life thus suggests this was Nicholas (I) de Stuteville who succeeded to his father's estates on 4 June 1203 and died 30 March 1218 which provides the limits for this document [*EYC IX*, pp. 9-13]. Lady Langus and William Marsh cannot be firmly identified: although she might be Sybil de Valognes, widow of Nicholas (I)'s eldest son Robert (V) de Stuteville (he was dead before 27 November 1213), Sybil lived at least as late as 26 April 1222 and had claimed dower rights from Nicholas (I) [*EYC IX*, pp. 16-17].

1204. Grant with warranty in free and perpetual alms by William Gernon of Bramham from his inheritance of all his lands and tenements in Bramham, quit of all services to the chief lord of the fee. f164v/p. 400

St Oswald, 1 June [1326]

Heading: Carta Willelmi Guernon de terra sua in Bramham[a].

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus Guernon de Bramham dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostle et canonicis ibidem Deo servientibus omnes terras et tenementa mea que unquam habui in villa et territorio de Bramham, sicut iacent per particulas in dicta villa et territorio eiusdem ville et que mihi iure hereditario acciderunt ibidem; tenendum et habendum dictis canonicis et eorum successoribus libere et quiete in liberam et perpetuam elemosinam de capitalibus dominis feodi per servitia inde debita et consueta cum omnibus libertatibus, commoditatibus, aisiamentis et omnimodis pertinentiis predictis terris et tenementis qualitercumque spectantibus inperpetuum. Et ego predictus Willelmus et heredes mei omnes predictas terras et tenementa cum predictis pertinentiis suis predictis canonicis et eorum successoribus contra omnes gentes warantizabimus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti carte mee sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera. Dat' apud sanctum Oswaldum primo die Iunii anno domini et cetera decimo nono. [*f165r. There are two folios missing, pp. 401-404.*]

[a] ms in black ink contemporary to charter text.

Note: Date is based on internal dating although the year was incompletely transcribed by the scribe or may have continued on the next, missing, folio. It is possible that the date '*et cetera decimo nono*' refers to the 19th year of King Edward II or 1326. It is less likely that the year was '1319' as the Priory did not receive a license to acquire property under the Statute of Mortmain until 4 March 1312 [no. 77]. The Priory's right to accept this grant was found within the limits of the licence 1 March 1331 [no. 79], regardless this property was taken into the king's

hands by the escheator of the north in October 1332 and returned to the Priory December 1332 [no. 97, 98]. See note preceding no. 1129 for a full explanation of the Gernon family. This document was copied by other than Scribe A or B [see Chapter V].

1205. Proceedings before the Official of the Court of York regarding Stephen de Mauley, rector of the church of Lythe and the pension of 36*m* due to the prior of St Oswald from the said church. f165r/p. 405

York, 19 December 1290

Rubric: Placita de Lyth'.

Memorandum quod die martis proxima ante festum nativitatis domini anno ab incarnatione eiusdem m° cc° nonagesimo coram nobis officiali curie Ebor' in maiori ecclesia loci eiusdem pro tribunali sedentibus et consistorium ut est moris tenentibus in eadem personaliter comparuit dominus Stephanus de Malo Lacu rector ecclesie de Lyth priore sancti Oswaldi de Nostel personaliter tunc presente et nomine suo et sui conventus pensionem xxxvi. marcarum ab eodem domino Stephano de Malo Lacu tamquam a rectore ecclesie de Lyth predicte iuxta formam, vim et effectum cuiusdam sententie condempnatori auctoritate Ebor' curie dudum late pro predictis religiosis contra predecessorem ipsius domini Stephani immediatum in predicta ecclesia et ipsam ecclesiam petente ad quam pensionem, videlicet xxxvj. marcarum, idem dominus Stephanus sponte, pure, simplicites et absolute fatebatur legitime se teneri nomine ecclesie sue predicte eidem priori et suo conventui nomine annue pensionis solvendis ipsis priori et conventui ad duos anni terminos, videlicet ad festum Pasche et sancti Oswaldi proximo sequens ratione sententie condempnatori antedicte ipsam sententiam totaliter agnoscendo et approbando et solutionem predicte pensionis pro toto tempore suo quo predictam ecclesiam de Lith tenebat in se suscipiendo. Unde nos officialis curie Ebor' confessionem predicti domini Stephani rectoris ecclesie de Lyth predicte nomine suo et eiusdem ecclesie de Lyth sponte factam ut superius est expressum sequentes, per precepti sententiam condempnamus eumdem dominum Stephanum rectorem ecclesie de Lyth predicte nomine eiusdem ecclesie in predictis xxxvj. marcis, nomine annue pensionis, eisdem priori et conventui nomine monasterii sui solvendis ad terminos infra scriptos, videlicet medietatem ad Pascha et aliam medietatem ad festum sancti Oswaldi proximo sequens. Quam quidem condempnationem sicut factam idem dominus Stephanus nomine suo et ecclesie sue predicte agnoscendo triginta vj. marcas in quodam sacculo de canobo eidem priori nomine suo et sui conventus pro uno anno precedente datam condempnationis presentis in pleno consistorio Ebor' coram nobis sedentibus pro tribunali persolvit. Et nos officialis predicte eumdem dominum Stephanum a sententiis suspensionis et excommunicationis quibus auctoritate curie Ebor' fuerat involutus pro eo quod dictam pensionem predictis religiosis terminis statutis et contentis in condempnatione superius nominata prout decunt non solvebat. Prestito prius ab eodem domino Stephano iuramento de parendo mandatis ecclesie in forma iuris absolvimus ipsum et restituimus ecclesiasticis sacramentis reservantes nobis et successoribus nostris universis qui pro tempore fuerint plenariam potestatem exequendi predictas sententias contra eumdem dominum Stephanum rectorem ecclesie de Lyth predicte et contra quoscumque successores eiusdem in ecclesia memorata testimonio presentium quibus sigillum officialitatis Ebor' curie est appensum. Dat' et act' anno die et loco predictis.

Note: Peter (II) de Mauley was the descendant of Robert Fossard who originally granted the church of Lythe to Nostell Priory [nos. 534, 545]. Stephen de Mauley was the younger son of Peter (II) de Mauley and thus brother

of Peter (III) de Mauley; Stephen was also the rector of the Mauley living of Bainton, into which he was instituted in 1281 [*Comp. Peerage* 8, p. 560]. His term as archdeacon of Cleveland began in May 1281 and he was dead 12 August 1317 [Greenway, *Le Neve 1066-1300: York*, p. 40]. The pension of Lythe had long been a point of contention with Nostell Priory and the descendants of Robert Fossard [see **nos. 604, 605, 611-17**]. In 1291, perhaps associated with this document and the next, Peter (III) de Mauley solicited a writ to stop Archbishop of York John Romeyn and Master Robert Pickering and Prior Richard Warter from pursuing a plea in Courts Christian and against the prohibition of the [civil] justices, against Peter (III) regarding half the advowson of Lythe [Baildon, *Yorks Monastic Notes*, p. 154].

1206. Notification by Henry the dean and chapter of St Peter York [Minster] that the prior and canons have shown them the original instrument for the prebend of Bramham which proves that the pension of 36*m* is owed to the canons from the rector of the church of Lythe [York dioceses], that Stephen de Mauley, archdeacon of Cleveland, was instituted into the church of Lythe and promised to pay the pension to the canons. When Stephen afterwards stopped the payment the consistory court had issued a definitive sentence and that, whilst Stephen has the right to hold the church of Lythe, he is also to pay the pension to the prior and convent. ff165r-v/pp. 405-406

York Minster Chapter, 23 May 1292

Rubric: Item de Lyth.

Per hoc presens scriptum pateat universis quod cum religiosus vir prior sancti Oswaldi super Nostell' nomine suo et sui conventus coram nobis Henrico decano et capitulo ecclesie beati Petri Ebor' proposuisset pensionem xxxvj. marcarum sibi esse debitam a rectoribus ecclesie de Lyth Ebor' diocesis qui pro tempore fuerint de predicta ecclesia et ad ipsos pertinentem ratione prebende sue de Brameham quam iidem prior et conventus in nostra Ebor' ecclesia optinent memorata sententiamque diffinitivam pro ipsis per officialem curie Ebor' auctoritate ordinaria cognoscentem super pensione predicta a rectoribus predicte ecclesie de ipsa ecclesia annuatim percipienda per equales portiones ad duos anni terminos, videlicet ad festum Pasche et ad festum sancti Oswaldi proximi sequens iudicialiter fuisse prolatam asseruisset que quod licet dominus Stephanus de Malo Lacu archidiaconus Cleveland' in nostra Ebor' ecclesia predicta qui post prolationem eiusdem sententie in ecclesia de Lyth prefata rector fuerat institutus predictam sententiam diffinitivam nomine ecclesie sue de Lyth totaliter agnovisset, approbasset et eidem paruisset ipsis priori et conventui pensionem predictam solvendo solutionemque annue pensionis predicte pro toto tempore suo [*f165v*] quo dictam ecclesiam tenebit in se suscipiendo. Idem tamen dominus Stephanus postmodum contra predictam sententiam veniens cessavit in aliquibus terminis predictis eisdem priori et conventui eamdem solvere pensionem. Tandem post tractatus varios inter eosdem priorem et conventum ex parte una et predictum dominum Stephanum ex altera super premissis habitos coram nobis placuit eidem domino Stephano pro bono pacis et honore ecclesie Ebor' predicte ut si predictus prior posset per instrumenta legitima seu per alias sufficientes probationes ostendere coram nobis pensionem predictam eis esse debitam et ad ipsos debere pertinente ratione sue prebende de Brameham predicte et hoc sibi diceremus quod pensionem predictam prefatis priori et conventui quousque tenuerit predictam ecclesiam de Lyth libenter solveret in futurum; unde exhibitis per priorem predictum coram nobis sententia predicta et aliis instrumentis originalibus de prebenda et pensione predictis loquentibus et per nos diligenter et exquisite examinatis per que evidenter constat predictam pensionem ad ipsos debere pertinere ratione prebende predicte et ipsam de ecclesia de Lyth predicta prefatis priori et conventui de iure esse debitam. Dicimus predictum dominum Stephanum quousque predictam ecclesiam tenuerit de iure teneri ad solvend[um] predictam annuam pensionem per equales portiones ad festum Pasche et ad festum sancti Oswaldi proximum sequens priori et conventui memoratis. In

cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' in capitulo nostro x° kalendas Iunii anno gratie millesimo cc° nonogesimo secundo.

Note: See note no. 1205 for further information concerning Stephen de Mauley and the church of Lythe. See Chapter IV.

1207. Quitclaim by J. the master and brethren of the hospital of St Leonard, York, of all right or claim to the rent of $2^{1/2}m$ for the house and building in the city of York in Aldwark which the prior and convent of Nostell had leased from the hospital and which they had subsequently returned and quitclaimed to the hospital. f165v/p. 406

York, [1286 x 1293]

Rubric: Carta hospitali sancti Leonardi Ebor'.

Universis ad quos et cetera I. magister et fratres hospitalis sancti Leonardi Ebor' salutem in Domino. Noveritis quod cum prior et conventus de sancto Oswaldo de Nostell' quamdam domum et quedam edificia in civitate Ebor' in vico qui dicitur Aldwerk' ad feodi firmam de nobis recepissent, reddendo inde annuatim nobis duas marcas et dimidia ac idem prior de consensu et voluntate sui conventus eamdem domum cum edificiis et suis pertinentiis spontanea voluntate sursum nobis reddidisset et pro se et suis successoribus quietum clamasset inperpetuum. Ita quod nec ipse nec successores sui nec aliquis ex suorum nomine aliquid iuris vel clamii in predicta domo cum suis pertinentiis in posterum exigere possent vel vendicare. Nos de communi assensu et voluntate capituli nostri dictos priorem et conventum a prestatione dictarum duarum m<a>rcarum et dimidie annuarum omnino quietos clamamus et solutos inperpetuum. Ita quod nec nos nec aliquis ex parte nostra aliquod ius vel clamium in predictis duabus marcis et dimidia annuis de cetero exigere possimus vel vendicare quoquomodo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum commune presentibus apposuimus. Teste capitulo Ebor' et nostro.

Note: Date based on James de Hispania, master of the hospital of St Leonard, York. The predecessor of James de Hispania occurred last in 1286 and James resigned in 1293 [Page, *VCH Yorks* 3, p. 346]. This property was leased by Nostell Priory in 1245 x 1252 [no. 699].

1208. Quitclaim by Hugh son and heir of Gilbert of Wharram of 3 bovates of land with a principal toft in Wharram [le Street] with the service of Alan Attekyrk [*ad ecclesiam*], namely that which his father had held, and of the annual rent of 4*s* which Hugh received from Alan for a toft and bovate of land in Wharrum [le Street]. f165v/p. 406

[late 13th century x 30 January 1294]

Rubric: Carta Hugonis filii Gilberti de Warrum.

Sciant omnes tam et cetera quod ego Hugo filius et heres Gilberti de Warrum sursum reddidi et quietumclamavi de me et heredibus meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostell' dominis scilicet meis tres bovatas terre cum tofto principali quas Gilbertus pater meus quondam tenuit de eisdem in villa et territorio de Estwarrum cum homagio et servitio Alani ad ecclesiam et heredum suorum et annuum redditum quatuor solidorum percipiendorum de dicto Alano et heredibus suis pro tofto et una bovata terre quam idem Alanus tenet in eadem villa de Estwarrum; tenend' et habend' dictis priori et conventui libere, quiete, integre cum omnibus suis pertinentiis et aysiamentis infra villam de Estwarrum et extra in puram et perpetuam elemosinam inperpetuum. Ita quod nec ego Hugo nec heredes mei nec aliquis ex parte mea seu nomine meo ius vel clamium in antedictis tribus bovatis terre cum pertinentiis et in dicto annuo redditu de cetero habere

vel vendicare poterimus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera. [*f166r*]

Note: See note preceding no. 1167 for dating and donor. This land in Wharram le Street was part of an exchanged by which Hugh quitclaimed to Nostell Priory 2 bovates of land in Bramham [see nos. 1167-70]. Hugh quitclaimed this land and the Bramham land to Nostell Priory on 30 January 1294 [nos. 1209, 1210]. Alan Attekyrk held this toft and bovate with his rent of 4*s* as late as c. 1295 ['Extents Prebends York', p. 4].

1209. Quitclaim by Hugh Attekyrk [*ad ecclesiam*] of Wharram of all right or claim to all messuages, lands, meadows, rents and free tenements in [East] Wharrum [le Street] and Bramham, which the prior and convent hold. f166r/p. 407

30 January 1294

Rubric: Carta Hugonis ad ecclesiam de Warrum.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Hugo ad ecclesiam de Estwarrum salutem in Domino. Noverit universitas vestra me remisisse, relaxasse et omnino de me et heredibus meis inperpetuum quietumclamasse priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel totum ius et clamium quod habui vel alio quocumque modo habere potui in omnibus mesuagiis, terris, pratis, redditibus et servitiis libere tenentium cum suis pertinentiis que idem prior et conventus habuerunt in villa et territorio de Estwarrum et Brameham sine aliquo iuris retenemento die huius scripti confectionis scilicet die sabbati proxima ante festum purificationem beate Marie virginis anno regni regis Edwardi filii regis Henrici vicesimo secundo. Ita scilicet quod nec ego Hugo nec heredes mei nec aliquis nomine nostro aliquid iuris vel clamii in aliquibus mesuagiis, toftis, terris, pratis, redditibus et servitiis seu aliis quibuscumque in saysina predictorum prioris et conventus existentibus die confectionis huius scripti predicto exigere vel vendicare poterimus inperpetuum. In cuius rei testimonium huic scripto et cetera.

Note: See note preceding no. 1167 for information concerning this donor and other transactions. The lands in Wharram le Street [no. 1208] and the land in Bramham [nos. 1167-70] were quitclaimed by Hugh before this document. Hugh was given 100*s* for this quitclaim [no. 1210].

1210. Notification by Hugh son of Gilbert Attekyrk of Wharrum that he received 100*s* from the prior and convent of Nostell for the above quitclaim. f166r/p. 407

York, 21 June 1294

Rubric: Carta Hugonis filii Gilberti Attekirk'.

Margin: [*Later marginal reference to location of no. 1167*]

Pateat universis quod ego Hugo filius Gilberti Attekyrk' de Estwarrum fateor me recepisse per presentes de religiosis viris priore et conventu de sancto Oswaldo super Nostel centum solidos argenti in quibus dicti prior et conventus mihi tenebantur pro quadam quieta clamatione quam nuper eisdem feci de toto iure meo et clamio quod habui vel quoquomodo habere potui in mesuagiis, omnibus toftis, terris, pratis, redditibus et servitiis libere tenentium in villa et territorio de Estwarrum et Brameham sine aliquo iuris retenemento prout in supradicta quietaclamatione mea plenius continetur. Ita quod de predicta summa peccunie nec ego nec aliquis mei nomine quicquam de cetero admittatur exigere vel vendicare. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum est appensum. Dat' Ebor' die lune proxima ante festum Nativitatem sancti Iohannis Baptiste anno regni regis Edwardi vicesimo secundo.

Note: See note preceding no. 1167 for this donor and other transactions. The quitclaim mentioned was completed on 30 January 1294 [no. 1209].

1211. Notification by Thomas Corbridge, then chancellor of York, that the renegotiation of the agreement [original recited, dated 12 November 1209] between the Cistercian Abbey of Meaux and Nostell Priory is complete [mandate of Pope Nicholas III recited, dated 28 January 1279] such that the monks of Meaux will now pay 50*s* annually to Nostell Priory for the greater tithes of the lands the monks hold of the prebend of Bramham in the parish of Wharram [le Street]. ff166r-167v/pp. 407-410

4 May 1281

Rubric: Compositio inter nos et monachos de Melsa.

In nomine Domini amen. Anno nativitatis eiusdem m° cc° octogesimo primo, indictione nona, die dominica proxima ante festum sancti Iohannis ante portam Latinam in presentia mei infrascripti notarii et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum coram venerabili viro magistro Thoma de Corbrig' ecclesie Ebor' cancellario .domino.. eiusdem ecclesie subdecano ipsius cancellarii collega tunc agente in remotis fine tamen negotio infra ius notato prius inposito constituti in maiori ecclesia Ebor' frater Willelmus de Quixelay concanonicus monasterii sancti Oswaldi de Nostell' ordinis sancti Augustini et frater Thomas de Bilton commonacus monasterii de Melsa ordinis Cyst' eorumdem monasteriorum procuratores dictorum cancellarii et subdecani diffinitionem seu laudum super quadam controversia inter dicta monasteria mota expectantes ibidem [specialiter *dotted in black ink for deletion and lined through in red ink*] presentialiter se exhibuerunt. Cuius quidem facte diffinitionis seu laudi tenore littere papalis de verbo ad verbum tenore etiam quo ad quedam subalia cuiusdam compositionis antique et tenore cuiusdam instrumenti pupplici de verbo ad verbum instrumentis in eadem series seu textus talis est. "In Dei nomine amen. Cum inter religiosos viros priorem et conventum sancti Oswaldi de Nostell', Ebor' diocesis, ordinis sancti Augustini, actores ex parte una et abbatem et conventum de Melsa, Cyst' ordinis, eiusdem diocesis, super retindenda seu irritanda quadam compositione olim super quibusdam decimis maioribus de quibusdam terris quas dicti Cyst' suis sumptibus excolebant in parochia de Parva Warrum que est de prebenda de Brameham in ecclesia Ebor' quas dicti prior et conventus tenent in proprios usus in eadem auctoritate litterarum papalium quarum tenor inferius annotatur. Coram nobis cancellario et subdecano ecclesie Ebor' iudicibus a sede apostolica delegatis priore sancte Trinitatis [*f166v*] Ebor' tertio collega nostro se totaliter viva voce legitime excusante materia questionis fuisset exorta et inter partes prefatas aliquamdiu agitata tandem partes antedicte viam ordinationis litibus preponentes se nobis submiserunt in forma que sequitur et modo inferius annotato. Tenor autem litterarum papalium quarum auctoritate fungimur talis est: "Nicholaus episcopus servorum servus Dei dilectis filiis priori sancte Trinitatis, cancellario et subdecano Ebor' salutem et apostolicam benedictionem. Significaverunt nobis prior et conventus monasterii sancti Oswaldi de Nostell' per priorem soliti gubernari ordinis sancti Augustini quod cum inter ipsos ex parte una et abbatem et conventum de Melsa, ordinis Cyst', Ebor' diocesis, super quibusdam decimis, terris et rebus aliis ad predictum monasterium sancti Oswaldi spectantibus ex altera orta fuisset materia questionis tandem super hiis quedam inter partes amicabiliter compositio intervenit que in enormem ipsius monasterii sancti Oswaldi lesionem dicitur redundare. Quare pro parte dictorum prioris et conventus nobis fuit humiliter supplicatum ut eis et dicto monasterio sancti Oswaldi providere super hoc per beneficium restitutionis in integrum curaremus. Quo circa discretionem vestre per apostolica scripta mandamus quatinus vocatis qui fuerint evocandi si vobis constiterit dictum monasterium sancti Oswaldi ex compositione predicta enormiter fore lesum eo et dictis priore et conventu adversus compositionem eamdem sicut iustum fuerit in integrum restitutis audiatis hinc inde proposita quod canonicum fuerit appellatione

postposita decernatis facientes quod decreveritis per scensuram ecclesiam [*sic for* ecclesiasticam] firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati si se gratia, odio vel timore subtraxerint scensura simili appellatione cessante cogatis veritati testimonium prohibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse duo vestrum nichilominus exequantur. Dat' Rom' apud sanctum Petrum vj. kalendas Ianuarii pontificatus nostri anno secundo." Tenor vero in compositione antiqua talis est. Hec est compositio facta inter dominum Alexandrum abbatem et monachos de Melsa et dominum Iohannem priorem et canonicos de sancto Oswaldo super controversia que vertebatur inter illos de decimis terrarum quas iidem monachi possident in parochia ecclesie predictorum canonicorum de Warrum que est de prebenda ecclesie sancti Petri Ebor' videlicet: quod monachi prefati triginta solidos predictis canonicis vel certo eorum nuncio pro bono pacis annuatim persolvent, quindecim solidos ad Pentecost' et quindecim solidos ad festum sancti Martini apud Warrum. Et si forte prefati monachi terras aliquas in prefata parochia de cetero perpetuas adquisierint habita proportione terrarum illarum quas inpresentiarum perpetuas possident et quantitatis dicte pensionis, prefatam pensionem accrescent. Similiter vero si causa aliquo de terris illis quas in presenti perpetuas possident vel in posterum forte possidebunt aliquam habere desierint iuxta quod terrarum possessio decreverit supradicta decresscet et pensio de terris autem quas non inperpetuum possident vel de cetero possidebunt decimas persolvent. Sopite sunt per hanc conventionem omnes controversie et querele que mote sunt vel erant inter eos usque ad diem compositionis huius vel super decimis vel super aliis rebus. Facta est autem hec compositio anno incarnationis dominice m° cc° nono in crastino sancti Martini inter monachos de Melsa et ecclesiam de sancto Oswaldo assensu domini Symonis tunc decani et capituli beati Petri Ebor', cuius etiam capituli sigillum presenti scripto appositum est. In perpetuum huius compositionis testimonium. Ceterum sequitur tenor submissionis antedicte." In nomine Dei amen. Anno eiusdem m° cc° octogesimo indictione octava die mercurii proxima post festum sancte Petronille in presentia mei infrascripti notarii et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum inter religiosos viros priorem et conventum de sancto Oswaldo ex parte una et abbatem et conventum de Melsa sub hac forma talis facta est concordia. Noverint universi quod cum inter religiosos viros priorem et conventum de sancto Oswaldo de Nostell', ordinis sancti Augustini, Ebor' diocesis, actores ex parte una et nos abbatem et conventum de Melsa, ordinis Cyst', reos ex altera aliquando coram venerabilibus viris priore sancti Trinitatis, cancellario et subdecano Ebor' iudicibus a sede apostolica delegatis et aliquando coram [*f167r*] eorum commissar[iis] super irritanda seu rescindenda quadam compositione amicabili dudum inter dictos religiosos inita et facta ex parte una et nos ex altera pro bono pacis super quibusdam decimis maioribus prove<nie>ntibus de quibusdam terris existentibus infra limites parochie ecclesie parochialis de Parva Warrum que est de prebenda de Brameham in ecclesia Ebor' quas terras nos propriis sumptibus excolimus et super quibus contentio mota est et eas contingentibus in maiori ecclesia Ebor' quas per beneficium restitutionis in integrum contra compositionem dictam quo fuisset diutius agitata. Tandem pro bono pacis et ad evitand' litis amfractus sumptus et labores submittimus nos nomine monasterii nostri alte et basse ordinationi, diffinitioni, decreto, dicto seu laudo predictorum prioris, cancellarii et subdecani et forsitan dicto priore volente se de hiis intromittere vel vices suas suis collegis committere. Concedimus quod predicti cancellarius et subdecanus auditis iuribus partium tam communibus quam spiritualibus privilegiis et plenius discussis, ponderatis et intellectis de plano sine strepitu iudiciali

auctoritate eis delegata consensu nostro expresso interveniente iura partis utriusque super omnibus decimis de dictis terris provenientibus dandis vel retinendis discuciant et examinent diligenter. Quibus plenius consideratis et ponderatis predicti prior et cancellarius et subdecanus vel duo eorum, scilicet cancellarius et subdecanus, de omnibus predictis decernant, ordinent, diffiniant et declarent, dicant vel laudent quod eis iustum et equum visum fuerit. Et nos promittimus fideliter pro nobis et nostro monasterio observaturis inperpetuum decretum, diffinitionem, dictum seu laudum dictorum prioris, cancellarii, subdecani vel duorum ipsorum trium sub pena decem librarum a nobis fabrice ecclesie beati Petri Ebor' solvendorum [*sic*] si quomodo contravenerimus in futurum renunciantes quod ad premissa tantum omnibus inpetratis et impetrandis et omni iuris beneficio communis vel spiritualis et omnibus aliis que nobis in aliquo prodesse poterunt et parti adverse obesse aut aliqua de predictis infirmare. Act' anno die et indictione predictis in ecclesia maiori Ebor', presentibus magistris Alano de Quixelay, Roberto de Muscham, Ricardo de Sikelestorp et Iohanni de Boulton perpetuo vicario de Warrum testibus ad hoc vocatis et rogatis. Et ego Willelmus de Sumerdeby clericus auctoritate apostolica pupplicus notarius premissis interfui, scripsi et pupplicavi rogatus et signum meum consuetum apposui. Et ad maiorem rei securitatem dicti abbas et conventus de Melsa presentibus literis sigillum suum apposuerunt. Nos vero cancellarius et subdecanus memorati de earumdem expresso partium consensu ipsis approbantibus et adquiescentibus inter partes memoratas super decimis omnibus antedictis ordinamus, statutimus, laudamus atque diffinimus quod omnis actio competens et exactio sive competivam [*sic*] in futurum pro decimis antedictis ipsi monasterio sancti Oswaldi de Nostell' vel eiusdem priori et conventui pro ipsis decimis et ipse decime inperpetuum remaneant dictis Cyst' inquiete ex nunc sint sopite exinanite et extincte, salvis quinquaginta solidis singulis annis a dictis religiosis de Melsa Cyst' dictis priori et conventui sancti Oswaldi fideliter solvendis ad duos terminos anni per portiones equales, scilicet ad Pentecost' et ad festum sancti Martini in yeme successive in futurum. Et si forsitan dicti prior et conventus ab hac ordinatione, diffinitione, laudo, precepto vel statuto aliquo tempore recesserint vel resilierint actualiter aut ei contravenerint, liceat dictis Cysterc' totum licite retinere quod eis per privilegia sua a sede apostolica est indultum de decimis antedictis una cum peccunia memorata. Si vero dicti abbas et conventus in solutione peccunie prenotate cessaverint super [*sic*] dictis priori et conventui decimas omnes que ad suam ecclesiam predictam spectabant de iure communi colligere et suas facere non obstante compositione aliqua precedente vel ista vel alia aut privilegio sub quacumque forma verborum eisdem indulto. Que omnia procuratores partium prestito iuramento corporali firmaverunt in forma iuris. In qua ordinatione ius ecclesie de Warrum in omnibus aliis adquirendis salvum esse et illesum pronunciamus, declaramus atque diffinimus. Quibus partes personaliter tam pro se quam conventibus suis expresse consenserunt et adquieverunt. Et nos ad maiorem [*f167v*] perpetue firmitatis securitatem hanc nostram ordinationem, diffinitionem, laudum et statutum ad instantiam utriusque partis id exactissime petentis et postulantis in pupplicam formam ad perpetuam rei memoriam redigi fecimus evidenter. Act' anno, die, loco et indictione predictis presentibus domino Willelmo de Swyn', domino Willelmo de Gafford presbyteris, Iohanne de Coppegrave clerico et Symone de Menil laico testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis. Et ego Willelmus de Sumerdeby clericus auctoriate sedis apostolice pupplicus notarius premissis interfui, scripsi, pupplicavi et signum meum consuetum apposui

rogatus. Et ad maiorem huius compositionis securitatem nos dicti cancellarius et subdecanus sigilla nostra presentibus duximus apponenda.

Note: The tithes for the lands the monks of Meaux held in the parish of Wharram le Street had long been a matter of contention and the first agreement recorded in the Cartulary resolved the monks would pay 2*m* annually, a sum which Simon de Apulia, Dean of York, contested [no. 707]. There were other disagreements with Meaux regarding the payment of legal costs and violence [*Ltrs Innocent III*, nos. 886-87].

1212. Confirmation by Sabina of Purston in her widowhood of the grant made by her and her husband John, of [the man] Jordan of Went, his issue and chattels. f167v/p. 410

[1153 x 1294]

Rubric: Carta Sabine de Prestona.

Universis Cristi fidelibus et cetera Sabina de Prestona eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me concessisse et hac presenti carta mea confirmasse in ligia potestate mea et legitima viduitate mea donum quod Iohannes quondam vir meus et ego similiter cum eo dedimus de Iordano de Wente cum tota sequela sua et catallis suis Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostell' et canonicis ibidem Deo servientibus sicut plenius continetur in carta quam iidem canonici habent de predicto dono roboratam [*sic*] tam signo dicti Iohannis quondam viri mei quam signo meo. Volo insuper et precipio pro me et heredibus meis tenor illius carte ut robur firmitatis optineat in omnibus infra eam contentis inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on manumission of Jordan son of Henry of Went and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Jordan son of Henry of Went was emancipated by either Prior Savard or Prior Stephen [no. 731]. Savard was elected in 1153 and was no longer prior by 1155, his election provides the earliest limit [Knowles, *Heads* I, pp. 178, 283]. The predecessor of Prior Stephen was dead on 18 November 1230 and Stephen ceded office in 1244 which suggest the grant was issued in the mid-13th century and the latest limit must thus be limited by Scribe B [Smith, *Heads* II, p. 438]. John son of Walter the clerk of Purston [Jaglin] and Sabina had granted Jordan son of Henry of Went to Nostell Priory [no. 728].

1213. Sale with warranty in her widowhood by Isolda daughter of William (I) of Preston to Thomas of Knaresborough of a bovate of land in Purston [Jaglin], namely that which was Godfrey son of Randulf's, rendering annually to Isolda 5*s*. For this Thomas gave Isolda 30*s*. f167v/p. 410

[first half 13th century, before 27 September 1237]

Rubric: Carta Ysolde filie Willelmi de Prestona.

Sciant omnes tam et cetera quod ego Ysolda filia Willelmi de Preston' in mea viduitate et ligia potestate dedi, concessi et hac presenti carta mea sigillata confirmavi Thome de Cnaresburc pro homagio et servitio suo unam bovatam terre cum omnibus pertinentiis suis in Preston, illi et heredibus suis scilicet illam bovatam que fuit Godefridi filii Randulfi; tenend' et habend' de me et heredibus meis in feodo et hereditate, libere et quiete, pacifice et integre cum omnibus aysiamentis et libertatibus predicte bovate terre pertinentibus infra villam et extra et cum libero introitu ex exitu, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis quinque solidos sterlingorum, scilicet medietatem ad Pentecost' et aliam medietatem ad festum sancti Martini pro omni servitio mihi pertinente, faciendo forinsecum servitium quantum pertinet ad unam bovatam terre in Preston'. Et pro hac donatione, concessione et confirmatione dedit mihi predictus Thomas de Cnaresburg' triginta solidos. Et ego et heredes mei predictam terram cum omnibus pertinentiis predicto Thome et heredibus suis perpetue contra omnes homines warantizabimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William (I) of Preston and William (II) of Preston son of Isolda, see note preceding no. 722 for dating. Isolda granted this land and the 5*s* service to Nostell Priory and the transactions were probably in the same time frame [nos. 725-27].

1214. Quitclaim by William of Clifford, chaplain, of the annual rent of 4*d* which he received from Jordan son of Adam of Went [a serf [*nativus*] whom Robert son of Jordan de Lisle had manumitted to William for a sum of money]. ff167v-168r/pp. 410-11

[early 13th century, possibly before January 1255]

Rubric: Carta Willelmi de Clifford capellani.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos et cetera Willelmus de Clifford capellanus salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod cum Robertus filius quondam Iordani de Insula mihi pro servitio meo et pro quadam peccunie summa quam eidem Roberto dedi premanibus Iordanum filium Ade de Wente nativum suum cum tota sequela sua et cum omnibus catallis suis dederit, concesserit, quietumclamaverit inperpetuum de se et heredibus suis et carta sua confirmaverit prout in eadem carta plenius continetur, cumque ego Willelmus caritatis intuitu predictum Iordanum de Wente et totam sequelam suam ab omninomoda conditione servili relaxaverium penitus et quietum clamaverim inperpetuum prout in carta mea predicto Iordano in hac parte confecta plenius continetur, salvo mihi et heredibus vel assignatis meis perpetuo redditu quatuor denariorum annuatim percipiendorum ad festum sancti Michaelis pro warantizatione libertatis eiusdem Iordano [*sic*] et sequele sue. Ego Willelmus perpetuum redditum predictum reverende religionis viris domino priori monasterii sancti Oswaldi de Nostell' et eiusdem loci conventui dedi, concessi et quietumclamavi inperpetuum de me et heredibus meis, constituendo sepedictum Iordanum cum tota sequela sua sub protectione et warantizatione predictorum religiosorum perpetua. Ut igitur hec mea donatio, concessio et quietaclamatio robur [*f168r*] perpetue firmitatis optineat presentem cartam meam sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus.

Note: Date based on Robert son of Jordan de Lisle. Jordan de Lisle occurred in the late 12th x early 13th centuries and his son Robert could thus be assigned an active adult life of at least the early 13th century [*EYC VI*, nos. 124, 145]. Jordan de Lisle was a benefactor of Nostell Priory granting land in Great Houghton [nos. 170-74]. Although there is no clear link it should be noted that a Prior of Nostell Priory named William of Clifford succeeded after the death of his predecessor on 4 January 1255 and died 16 August 1277 [Smith, *Heads* II, pp. 438-39]; if these were the same men this document must be dated before at least 4 January 1255.

1215. Sale and quitclaim by William son of Hervey of Featherstone of all right or claim to a toft in Featherstone for use by the perpetual vicar of the church of Featherstone, as appointed by the prior and canons, and 6 acres of land in Featherstone, namely that which was proclaimed as William's right after the death of Eve, his paternal aunt. For this the canons gave to William a sum of money. f168r/p. 411

[last half 12th century]

Rubric: Carta Willelmi filii Hervei.

Universis presens scriptum et cetera Willelmus filius Hervy de Federstan salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra me concessisse, remisisse et quietum clamasse pro me et heredibus meis inperpetuum religiosis viris priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostell' pro quadam summa peccunie quam mihi gratiose contulerunt totum ius et clamium quod habui vel habere potui seu in posterum habere potero in uno tofto quod quidem vicario perpetuo in ecclesia de Federstan pro tempore succedente per predictos priorem et conventum est assignatum et vj. acris terre cum pertinentiis in villa et territorio de Federstan in quibus mihi ius per decessum Eve amite mee competere proclamabam. Ita quod nec ego nec

heredes mei qualescumque nec aliquis ex parte nostra ius vel clamium in predicto tofto et vj. acris terre cum pertinentiis exigere vel vendicare poterimus inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on William son of Hervey. William son of Hervey occurred as early as 1160 and as late as 1189 and possibly as late as 1196 [*EYC* III, no. 1541; *EYC* II, nos. 667, 701]. He was mentioned in an earlier document granting land in the fee of William (I) of Preston in either Purston Jaglin or Foulby although it is not certain this was the same land [no. 733]. William son of Hervey probably held land of Robert of Stapleton and Robert Tattershall in 1166 [*EYC* III, no. 1634; Clay & Greenway, *EYFamilies*, pp. 86-87].

1216. Definitive sentence by William of Estelesbyri [?Askleby?] Official of the archdeacon of York in the matter between the prior and canons, who hold the advowson of the church of Featherstone, on the one part and the parishioners of the church of Featherstone [named] and Walter Scot of Pontefract on the other part whereby the prior petitions that the named parishioners and Walter should pay tithes for all coal that they dig within the limits of the parish of the church of Featherstone. The Official agrees that the tithes from the coal should be paid to the church of Featherstone. f168r/p. 411

Pontefract, 29 January 1271

Rubric: Lettera Magistri W. de Estelesbyiri.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos littere presentes pervenerint Willelmus de Estelesbyri officialis domini archidiaconi Ebor' salutem in Domino sempiternam. Cum nuper orta esset materia conventionis inter viros religiosos priorem et conventum de sancto Oswaldo actores ex parte una et Raynerum de Ayketon, Willelmum filium Arnaldi, Hugonem filium Enuth[a], Rogerum filium Elye, Willelmum fratrem eiusdem, Iohannem Fabrum, Willelmum filium Walteri, Rogerum de Allerton parochianos ecclesie de Federstan quam ecclesiam dicti religiosi habent in proprios usus ac Walterum Scot de Pontefracto super decimis carbonum quod dicti parochiani et Walterus Scot fodiunt et fodere faciunt in terris suis infra limites parochie supradicte reos ex altera. Ex parte eorumdem religiosorum per fratrem Iohannem de Wichio procuratorem et canonicum eorumdem fuit libellus oblatus in iudicio reis supradictis sub hac forma: coram vobis domine officiali domini archidiaconi Ebor' auctoritate ordinaria cognoscente dicunt et proponunt prior et conventus de sancto Oswaldo rectores ecclesie de Federstan quod cum omnes decime provenientes de quibuscumque bonis existentibus infra limites parochie dicte ecclesie ad ipsam de iure communi pertineant Raynerus de Ayk'ton, Willelmus filius Arnaldi, Hugo filius Enuth, Rogerus filius Elye, Willelmus frater eiusdem, Iohannes Faber, Willelmus filius Walteri, Rogerus de Allerton parochiani ecclesie de Federstan ac Walterus Scot de Pontefracto decimas carbonum quod fodiunt et fodere faciunt ac percipiunt in parochia predicta eisdem priori et conventui nomine ecclesie supradicte contra iustitiam solvere contradicunt, unde petunt dicti prior et conventus dictam decimam carbonum supradicte ecclesie sue per vos sententialiter adiudicari et prenominatios ad solutionem decime supradicte per censuram ecclasticam compelleri: hoc dicunt salvo sibi iuris beneficio addendi vel minuendi. Cumque dicti parochiani ac Walterus Scot de Pontefracto in presentia nostra in iudicio constituti diem ad deliberandum super predict<o>[b] libello optinuissent eo adveniente communiter responderunt se velle et debere iudicio ecclesie solvere decimas supradictas. Nos igitur attendentes quod terre de quibus dicta decima petebatur site sunt infra limites parochie supradicte quod que dicti parochiani et Walterus Scot carbones de dictis terris percipiunt lucrum non modicum inde sentientes ad instantiam partium predictarum sententiam diffinitivam tulimus in hac forma. In nomine Domini amen. Auditis et intellectis meritis cause supradicte dictos parochianos et Walterum Scot ad prestand' et solvend' decimas petitas

carbonum de terris ipsorum provenientes memoratis religiosis nomine ecclesie sue supradicte finaliter condempnamus eas dicte ecclesie perpetuo sententialiter adiudicantes. Acta in capitulo Pontisfracti celebrato in ecclesia Omnium Sanctorum de eadem die martis proxima post festum conversionis sancti Pauli apostoli anno domini m° cc° septuagesimo. In cuius rei testimonium signum officialitatis nostre una cum sigillo decanatus predicti ad eternam rei memoriam presentibus est appensum. Teste capitulo predicto. [*f168v*]

[a] *Enuth* possibly a derivative of *Anot.* [b] ms corrected from *predictis.*

Note: Amongst the parishoners named in this transaction the following can be identified: Walter Scott occurred in 1274 [*Yorks Quo Warranto*, p. 93]; Rayner of Ackton, son of Peter of Toulston, held land in Wragby in the early 13th century [*EYC* III, pp. 273-4] and occurred frequently in the Cartulary [see note preceding **no. 792**, and also **nos. 735, 748, 1234, 1235, 1238, 1275**]; Roger of Allerton was probably dead by 1290 [**no. 774**]. There was still coal-mining on Priory land in the next century on the moors in Featherstone [**no. 749**].

1217. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by William of Preston, vicar of Warmfield, of the annual rent of 3*s* which William used to receive from Jordan Crowe of Went for lands and tenements he held in Went [Hill, Darrington]. f168v/p. 412

[1153 x 1294]

Rubric: Carta Willelmi de Prestona vicarii de Warnefeld.

Omnibus Cristi fidelibus ad quos et cetera Willelmus de Prestona vicarius de Warnefeld eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac present carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostell' et canonicis ibidem Deo servientibus annuum redditum trium solidorum, quem percipere solebam de Iordano Crowe de Wente pro terris et tenementis que idem Iordanus de me tenuit in villa et territorio de Wente cum homagio et servitio predicti Iordani et heredum suorum cum omnibus servitiis et proficuis, wardis, releviis, eschaetis et cum omnibus suis pertinentiis mihi vel heredibus meis de predictis terris et tenementis aliquo iure spectantibus; tenend' et habend' predictis canonicis et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam sicut aliqua elemosina liberius et purius dari poterit vel concedi inperpetuum. Et ego Willelmus predictus et heredes mei predictum annuum reditum cum omnibus suis pertinentiis sicut predictum est predictis canonicis et eorum successoribus contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on Jordan of Went and the latest entry made by Scribe B. It is possible Jordan Crowe of Went was either Jordan son of Henry of Went who occurred between 1153 x 1155 or 18 November 1240 x 1244 [**no. 728, 731, 1212**] or Jordan son of Adam of Went [**no. 1214**]. See note preceding **no. 722** for the difficulty of separating the generations of 'William of Preston'.

1218. Lease by Prior Richard and the convent to Richard son of Thomas of Cowick of a toft [described in Hessle, Wragby] with buildings, namely that which William Maidenfot held of the canons, and of 10 acres and 3 perches of arable land in Douudale and Hessle [Wragby, various locations described], rendering annually to the canons 8*s* of silver. f168v/p. 412

[16 August 1277 x 26 August 1291]

Rubric: Carta Ricardi prioris sancti Oswaldi.

Universis presens scriptum et cetera frater Ricardus prior et conventus sancti Oswaldi de Nostel salutem in Domino. Noveritis nos dedisse, concessisse et hac presenti carta nostra confirmasse Ricardo filio Thome de Couwyc pro homagio et servitio suo unum toftum in Douuedale cum edificiis in eodem constructis quod Willelmus Maydenfot de nobis quondam tenuit, sicut se habet in longitudine et latitudine inter toftum Henrici Welp' in Douuedale et toftum quondam Iohannis Blak'day in eadem cum decem acris et tribus perticatis terre

arabilis in territoriis de Douuedale et Hesil iacentibus, quarum tres acre iacent super Birk'clif in territorio de Douuedale et tres acre et dimidia iacent in croftis de Douuedale, una videlicet super quam dictum toftum situm est et abuttat versus orientem et alia iuxta terram quondam Mathei de Douuedale et se extendit ab alta via usque ad rivulum eiusdem ville et tertia iuxta Hamund croft et se extendit versus Canwisrode et dimidia acra terre inter terram quondam Petri de Douuedale et terram Alexandri Wawam de Hesil. Quatuor autem acre cum una perticata iacent super Munkestoft in territorio de Hesil abuttantes super Heseker propinquiores terre Thome Longi de Hesel in dicta cultura ex parte orient[ali]; tenend' et habend' dicto Ricardo filio Thome et heredibus suis de nobis et successoribus nostris libere, quiete, integre et pacifice cum omnibus pertinentiis suis et aysiamentis inperpetuum, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris octo solidos argenti ad duos anni terminos, medietatem, scilicet, ad Pentecost' et aliam medietatem ad festum sancti Martini pro omni servitio, exactione et demanda. Nos igitur dictum toftum cum domibus ibidem constructis ac terram memoratam cum suis pertinentiis et aysiamentis dicto Ricardo et heredibus suis sicut prescriptum est in omnibus et contra omnes warantizabimus et defendemus quamdiu carte feoffatorum nostrorum nobis warantizare poterunt. In cuius rei et cetera.

Note: Date based on rule of Prior Richard of Warter. The predecessor of Richard of Warter died 16 August 1277 and Richard died 26 August 1291 [Smith, *Heads* II, p. 439]. Various of the parcels of land described in this lease can be found in other transactions: the toft of William Maidenfot had been granted him by Thomas Wawam of Woodhouse [no. 1220], 3 acres in crofts had also been granted to William Maidenfot by Robert Lang of Hessle [no. 1221] and the 4 acres with a perch was quitclaimed by Alexander son of Thomas Wawam of Hessle [no. 1226].

1219. Quitclaim with warranty by Alexander Wawain of 2 acres and a parcel of arable land in Hessle [Wragby, described]. f168v/p. 412

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Alexander filius Warun [*or* Warini].

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Alexander Wawam salutem in Domino. Noveritis me dedisse, sursum reddidisse et quietaclamasse pro me et heredibus meis et assignatis et successoribus quibuscumque inperpetuum dominis meis prioris et conventus sancti Oswaldi de Nostel duas acras et quamdam particulam terre arabilis in territorio de Hesel in locis subscriptis: in campo qui dictur Munketoft, quarum una acra iacet ex parte australi inter terram Galfridi de Hesel et Thome Longi, et altera inter Rad[ulfum] de Hesel et Thomam Lang' versus orientem, et dicta particula proprinquius pupplica strata; tenend' et habend' dictam terram dictis priori et conventui in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum omnibus aysiamentis ad tantam terram pertinentibus. Et ego dictus Alexander et heredes mei qualescumque sicut dictum est dictis dominis meis priori et conventui warantizabimus, acquietabimus et defendemus contra omnes homines, dotes mulierum, iudeos, impignorationes et debitores quoscumque. In cuius rei testimonium et cetera. [*f169r*]

Note: Date based on occurrences of Alexander Wawain and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Alexander Wawain was mentioned in land transactions issued by Prior Richard Warter of Nostell Priory [nos. 1218, 1223, 1224] which suggests an active adult life in at least the last quarter of the 13th century although the land quitclaimed here was probably part of that which his father leased from Nostell Priory from as early as 1255 [no. 750].

1220. Sale with warranty by Thomas Wawain of Woodhouses to William Maidenfot of St Oswald of an acre of land in the field of Douuedale [Hessle, Wragby, described], rendering annually to Thomas a half penny. For this William gave to Thomas a sum of money. f169r/p. 413

[4 January 1255 x 26 August 1291]

Rubric: Carta Thome Warin de Wod'.

Sciant presentes et futuri quod ego Thomas Wawain de Wodehouses dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo Maydenfot de sancto Oswaldo pro quadam summa peccunie quam mihi dedit premanibus unam acram terre in campo de Douuedale, illam videlicet que iacet super Birkinclif in duobus locis, unde dimidia acra iacet infra terras dicti Willelmi Maydenfot et alia dimidia acra inter terram dicti Willelmi et terram Iohannis Cawis; tenend' et habend' dicto Willelmo et heredibus suis vel cuicumque assignare voluerit inperpetuum libere, quiete, pacifice et integre cum omnibus libertatibus et aysiamentis tante terre spectantibus infra villam et extra, reddendo inde annuatim dicto Thome et heredibus suis unum obolum in die natalis Domini pro omni seculari servitio et demanda. Et ego Thomas et heredes mei predictam acram terre predicto Willelmo et heredibus suis vel cuicumque assignare voluerit pro predicto servitio in omnibus et contra omnes[a] homines warantizabimus, acquietabimus inperpetuum. Ut igitur hec mea donatio, concessio et presentis mee confirmatio robur perpetue firmitatis optineat presens scriptum sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

[a] ms corrected from *omnibus.*

Note: Date based on Thomas Wawain of Hessle. Thomas Wawain leased a bovate of land from Prior William Clifford of Nostell Priory as early as 4 January 1255 [no. 751]. His son Alexander later quitclaimed this land to Nostell Priory and it was subsequently leased at fee farm by Prior Richard Warter to Adam son of Hugh Castleford which provides the latest limit of this document [nos. 1223-24, see for dating].

1221. Confirmation with warranty by Robert [Long] of Hessle to William Maidenfot of St Oswald of 3 acres of land in the field of Douudale [Hessle, Wragby, various locations described], rendering annually to Robert a half-penny. For this William gave to Robert a sum of money. f169r/p. 413

[last half 13th centuiry, before 1294]

Rubric: Carta Roberti de Hesel.

Sciant presentes et futuri quod ego Robertus de Hesel dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo Maydenfot de sancto Oswaldo pro quadam summa peccunie quam mihi dedit premanibus tres acras terre in campo de Douuedale, cuius terre una acra iacet inter Hamund croft et terram Thome Wawain, unde unum capud buttat versus Cawisrode et aliud versus stratam regiam que ducit apud Danekast[er] et dimidia acra iacet inter terras Mathei de Douuedale et dimidia acra iacet inter terram Petri filii Roberti et terram Thome Wawain et dimidia acra iacet super Birkinclif inter terram Henrici Welp et terram Tome [*sic*] Wawain et dimidia acra terre iacet in alio loco super Birkinclif inter terram Ricardi Utting' et terram Thome Wawain; tenend' et habend' dicto Willelmo et heredibus suis vel cui assignare voluerit inperpetuum libere, quiete, pacifice et integre cum omnibus libertatibus et aysiamentis ad ipsam terram pertinentibus infra villam et extra, reddendo inde annuatim dicto Roberto Long' et heredibus suis unum obolum in die natalis Domini pro omni seculari servitio et demanda. Et ego Robertus Long' et heredes mei predictas tres acras terre cum omnibus pertinentiis suis predicto Willelmo et heredibus suis vel cuicumque assignaverit pro predicto servitio in omnibus et contra omnes homines warantizabimus et acquietabimus inperpetuum. Ut igitur hec mea donatio, concessio et presentis carte mee confirmatio robur perpetue firmitatis optineat, presens scriptum sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on association with William Maidenfot and Thomas Wawain. Robert Long held land in the time of Thomas Wawain [no. 1222]; Thomas Wawain of Hessle leased land from Nostell Priory as early as 4 January 1255 [no. 751]. William Maidenfot purchased land from Thomas Wawain and William is mentioned in transactions issued 1277 x 1291 [no. 1224]. The active lives of William Maidenfot and Thomas Wawain were during the last half of the 13th century and by association the same time frame may be assigned to Robert Long. The land and tenants described here were also found in other transactions during the rule of Prior Richard Warter c. 1277 x 1291 [Smith, *Heads* II, p. 439] [nos. 1218, 1225].

1222. Confirmation by Thomas Wawain of Prestonwoodhouses to Mathew of Douudale son-in-law of Adam Losepurse of half an acre of land in the crofts of Douuedale in the fee of Hessle [Wragby, described], rendering annually to Thomas 3 half-pence [or $1^{1/2}d$]. f169r/p. 413

[4 January 1255 x 26 August 1291]

Rubric: Carta Thome Warin de Preston Wodehuses.

Sciant presentes et cetera quod ego Thomas Wawain de Presetonwodehouses dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Matheo de Douuedale genero Ade Losepurse pro quadam summa peccunie quam mihi dedit premanibus dimidiam acram terre iacentem in croftis de Douuedale in feodo de Hesel inter terram dicti Mathei et terram Roberti Longi de Hesel et abuttat super rivulum de Douuedale et stratam regiam que tendit a Pontefracto versus Douuedale; tenend' et habend' de me et heredibus meis dicto Matheo et heredibus suis sive assignatis libere, quiete et integre inperpetuum cum omnibus libertatibus et aysiamentis ad tantam terram eiusdem feodi spectantibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis tres obolos ad duos terminos, scilicet unum denarium ad festum sancti Martini et unum obolum ad Pentecosten pro omni servitio, exactione et demanda. Et ego Thomas et heredes mei dictam dimidiam acram terre dicto Matheo et heredibus suis sive assignatis pro predicto servitio in omnibus et contra omnes homines inperpetuum warantizabimus, acquietabimus et defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum pro me et heredibus meis apposui. Hiis testibus et cetera. [*f169v*]

Note: Date based on Thomas Wawain and occurrence of Mathew of Douudale. Thomas Wawain leased a bovate of land in Hessle from Nostell Priory as early as 4 January 1255 the earliest limit of this transaction [no. 751]. Matthew Douudale is mentioned holding this half acre in a transaction which occurred during the rule of Prior Richard Warter of Nostell Priory which was issued as late as 26 August 1291 [no. 1218]. Also see the transaction of Robert Long of Hessle for an occurrence of Matthew [no. 1221].

1223. Quitclaim by Alexander Wawain son of Thomas Wawain of Hessle of all right and claim of a dwelling [*mansum*] and a bovate of land in Hessle [Wragby], namely that which he and his father Thomas held at fee farm from the prior and convent. f169v/p. 414

[4 January 1255 x 26 August 1291]

Rubric: Carta Alexandri Wawain.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Alexander Wawain filius Thome Wawain de Hesel salutem in Domino. Noveritis me sursum reddidisse et omnino de me et heredibus meis inperpetuum quietumclamasse dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo totum ius quod habui vel habere potui in uno manso et una bovata terre cum suis pertinentiis in villa et territorio de Hesel, quam quidem bovatam terre Thomas Wawain pater meus et ego de eisdem priore et conventu ad feodi firmam tenuimus. Ita quod nec ego Alexander predictus nec heredes mei nec aliquis vel aliqua ex parte nostra in predicta bovata terre cum suis pertinentiis de cetero ius vel clamium poterimus vendicare vel exigere. In cuius rei testimonium.

Note: Date based on subsequent lease of this land by Prior Richard Warter of Nostell Priory. This is the same bovate which Thomas Wawain had leased from Prior William Clifford of Nostell Priory 4 January 1255 x 1264 which provides the earliest limit of this quitclaim [no. 751]. This was the land, less that which Thomas had sold to William Maidenfot and Richard of Cowick, which was subsequently leased to Adam son of Hugh of Castleford by Prior Richard Warter whose death provides the latest limit [nos. 1218, 1220, 1221, 1224].

1224. Lease at fee farm in the form of a chirograph by Prior Richard and the convent to Adam son of Hugh of Castleford of a dwelling [*mansum*] and a bovate of land in Hessle [Wragby], except the land of the bovate which Thomas and Alexander Wawain sold to William Maidenfot of Douudale and to Richard of Cowick, rendering annually to the canons 10*s* of silver. f169v/p. 414

[16 August 1277 x 26 August 1291]

Rubric: Carta Ricardi prioris de sancto Oswaldo.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera frater Ricardus prior et conventus de sancto Oswaldo de Nostell' salutem. Noveritis nos concessisse et ad feodi firmam dimisisse Ade filio Hugonis de Castelford unum mansum cum una bovata terre in villa et territorio de Hesel, illud videlicet mansum cum dicta bovata terre quam Alexander filius Thome Wawain de nobis quondam tenuit, excepta terra de eadem bovata terre per eosdem Thomam et Alexandrum Willelmo Maydenfot de Douuedale et Ricardo de Couwic assensu nostro prius vendita et concessa; tenend' et habend' dicto Ade et heredibus suis vel assignatis exceptis Iudeis et viris religiosis aliis de nobis et successoribus nostris libere, quiete, integre et pacifice cum omnibus pertinentiis suis et aysiamentis libertatibus et communis infra villam de Hesel et extra tante terre pertinentibus, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris decem solidos argenti, medietatem scilicet ad Pentecosten et aliam medietatem ad festum sancti Martini pro omni servitio seculari, consuetudine et demanda ad nos pertinente. Nos vero et successores nostri dictum mansum cum dicta bovata terre et suis pertinentiis dicto Ade et heredibus suis sicut predictum est contra omnes homines warantizabimus quamdiu feofatores nostri nobis warantizare poterunt. In cuius rei testimonium tam nos quam dictus Adam huic scripto in modo cyrographi confecto sigilla nostra duximus alternatim apponenda. Testes capitulo nostro.

Note: Date based on rule of Prior Richard Warter of Nostell Priory. The predecessor of Richard of Warter died 16 August 1277 and Richard died 26 August 1291 [Smith, *Heads* II, p. 439]. This land had been quitclaimed by Alexander Wawain son of Thomas Wawain of Hessle [no. 1223]. The land sold by Thomas Wawain and his son Alexander to William Maidenfot mentioned here probably included the land described in nos. 1220-21 although there may have been further grants to William Maidenfot which did not survive in the Cartulary [see Chapter V]. The land granted to Richard of Cowick was probably that described in Prior Richard Warter's lease [no. 1218]. Adam son of Hugh of Castleford may have been the brother of William son of Hugh of Castleford who occurred 17 December 1318 x 20 June 1328 as a tenant of Nostell Priory [no. 759]. Another Hugh of Castleford, rector of Crofton, occurred some time between c. April 1154 x 1264 [no. 236].

1225. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Alcot Martin of Hessle to Prior William and the canons of St Oswald of half an acre of arable land lying in the field Birkinclif in Hessle [Wragby, described]. f169v/p. 414

[4 January 1255 x 16 August 1277]

Rubric: Carta Alcot Martin de Hesil.

Universis presens scriptum et cetera Alcoc Martin de Hesel salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse domino Willelmo priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel et eorum successoribus dimidiam acram terre arabilis in territorio de Hesel iacentem in Birkinclif inter terram Willelmi Maydenfot ex parte orientis et terram Henrici Welp' ex parte occidentis; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus de me et heredibus meis in liberam,

puram et perpetuam elemosinam solutam et quietam ab omni seculari servitio et exactione inperpetuum. Et ego et heredes mei et successores predictam dimidiam acram terre sicut prescriptum est prenominatis priori et conventui et eorum successoribus in omnibus et contra omnes homines, mulierum dotes et quoscumque debitores meos warantizabimus, aquietabimus et defendemus. Ut omnia premissa rata permaneant et inconcussa presens scriptum sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on rule of Prior William Clifford of Nostell Priory. The predecessor of William of Clifford died 4 January 1255 and William died 16 August 1277 [Smith, *Heads* II, pp. 438-39]. This half acre was probably that which Gilbert Golde once held and which was leased by Nostell Priory to Serlo of Bramham, quitclaimed by his son Adam and then leased to Henry son of Philip of Ackworth [**nos. 770, 1227, 1228**]. The lease to Henry son of Phillip could have occurred no earlier than 16 August 1277 [the date of Prior William's death and the earliest date of Prior Richard's rule] and thus this document must be attributed to Prior William Clifford.

1226. Quitclaim by Alexander son of Thomas Wawain of Hessle of all right and claim to 4 acres and a perch of arable land in Hessle [Wragby, various locations described] and the annual rent of 2*d* which William Maidenfot rendered for 1$^{1/2}$ acres of land in the field and the crofts of Douuedale [Hessle, Wragby]. ff169v-170r/pp. 414-15

[16 August 1277 x 26 August 1291]

Rubric: Carta Alexandri filii Thome Wawain de Hesil.

Sciant presentes et futuri quod ego [Aexe *dotted for deletion*] Alexander filius Thome Wawain de Hesel sursum reddidi et omnino de me et heredibus meis inperpetuum quietumclamavi dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo quatuor acras et unam perticatam terre arabilis in territorio de Hesel iacentes, quarum tres acre et tres perticate iacent super Munkestoft in territorio predicto propinquiores terre Thome Longi de Hesel in dicta cultura ex parte occidentis abuttantes super Heseker, dimidia autem acra iacet in Blakebuttes divisim inter terras predicti Thome et Alkoc Martin et Thome Withhouue cum redditu duorum denariorum quem Willelmus Maydenfot mihi annuatim reddere solebat pro una acra terre et dimidia in campo de Douuedale super Birkinclif et in croftis [*f170r*] ville predicte infra terras predicti Willelmi iacentibus. Ita quod nec ego Alexander predictus nec heredes mei nec aliquis vel aliqua ex parte nostra in predicta terra cum suis pertinentiis et aysiamentis cum redditu duorum denariorum per annum ius vel clamium de cetero poterimus vendicare vel exigere. In cuius et cetera.

Note: Date based on rule of Prior Richard Warter of Nostell Priory and his subsequent lease of this land. The predecessor of Richard of Warter died 16 August 1277 and Richard died 26 August 1291 [Smith, *Heads* II, p. 439]. This land was part of the land leased to Richard son of Thomas of Cowick by Prior Richard Warter [**no. 1218**]. This land was specifically exempted from a lease by Prior Richard to Adam son of Hugh of Castleford [**no. 1224**]. William Maidenfot and Alkoc Martin occurred holding or granting land in this same area and timeframe [**nos. 1220, 1221, 1225**]. Wawain of Hessle leased a bovate of land in Hessle [less one acre] from Nostell Priory in 4 January 1255 x 1264 and the land which his son Alexander quitclaimed here may be part of that original lease [**no. 751**].

1227. Quitclaim by Adam son of Serlo of Bramham, chaplain, of 2 acres of land with the toft and dwellings [*domus*] in Wragby, which he held of the canons, and half an acre of land in Hessle [Wragby] which Gilbert Golde once held, paying to Alkoc son of Martin 1*d*. f170r/p. 415

[18 November 1240 x 26 August 1291

Rubric: Carta Ade capellani filii Serlonis.

Universis Cristi fidelibus et cetera Adam capellanus filius Serlonis de Brameham salutem in Domino. Noverit universitas vestra me resignasse ac sursum reddidisse et dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo de me et heredibus meis inperpetuum quietumclamasse totum ius quod habui vel aliquo modo habere potui in

illis duabus acris terre in Wraggeby quas de eisdem tenui cum tofto et domibus ibidem constructis et omnibus aliis pertinentiis ad dictum toftum et terram spectantibus sine retenemento. Ita quod nec ego nec aliquis ex parte mea de cetero aliquid iuris vel clamii in predicto tofto cum terra prenominata et suis pertinentiis universis vendicare possimus vel exigere inperpetuum. Preterea dedi et concessi eisdem unam dimidiam acram terre in territorio de Hesel quam Gilbertus Golde quondam tenuit, solvendo annuatim pro eadem Alkoc filio Martini unum denarium ad natale Domini pro omni servitio, consuetudine et demanda. Ut autem omnia predicta perpetuis temporibus robur firmitatis optineant presens scriptum sigilli mei impressione roboravi et cetera.

Note: Date based on Priors Richard Warter and Stephen of Nostell Priory. Prior Stephen had leased two acres of land with toft and dwelling to Serlo of Bramham [no. 770]; the predecessor of Stephen died 18 November 1240 and Stephen resigned in 1244 thus providing the earliest limit [Smith, *Heads* II, p. 438]. This land was subsequently granted by Prior Richard to Henry son of Philip of Ackworth and provides the latest limit. This quitclaim by Adam son of Serlo probably preceded Prior Richard's grant and thus Prior Richard's death provides the latest limit [see no. 1228 for dating]. Alkoc son of Martin granted the half acre to Prior William Clifford Nostell Priory between 1255 and 1277 [no. 1225].

1228. Grant with warranty by Prior Richard and the convent to Henry son of Philip of Ackworth their servant of 2 acres of land with toft and dwellings [*domus*] in Wragby, namely that which Serlo of Bramham once held, and half an acre of arable land in Hessle [Wragby] which Gilbert Golde once held, rendering annually to the canons 5*s* 8*d* of silver and to the almoner 12*d*. f170r/p. 415

[16 August 1277 x 26 August 1291]

Rubric: Carta Ricardi prioris et cetera.

Universis presens scriptum et cetera fratris Ricardus prior et conventus de sancto Oswaldo de Nostel salutem in Domino. Noveritis nos dedisse, dedisse [*sic*] et hac presenti carta nostra confirmasse Henrico filio Philippi de Ack'wrthe servienti nostro duas acras terre in Wraggeby cum tofto et domibus ibidem constructis et omnibus aliis pertinentiis ad dictam terram vel domos spectantibus sine retenemento quas Serlo de Brameham de nobis quondam tenuit, et unam dimidiam acram terre arabilis in territorio de Hesel quam Gilbertus Golde quondam tenuit; tenend' et habend' dicto Henrico et heredibus suis de se legitime procreatis de nobis et successoribus nostris libere et quiete et integre cum omnibus pertinentiis et aysiamentis suis inperpetuum. Ita quod nec ipse nec heredes sui terram predictam seu aliquid de suis pertinentiis alicui vendent, dabunt vel alienabunt sine assensu et voluntate nostra expressa, reddendo inde annuatim sex solidos argenti et octo denarios nobis videlicet et successoribus nostris quinque solidos et octo denarios ad duos anni terminos, medietatem scilicet ad Pentecost' et aliam medietatem ad festum sancti Martini; elemosinarie autem nostre duodecim denarios ad terminos eosdem pro omni servitio et demanda seculari. Nos igitur dictum toftum cum domibus ibidem constructis ac duas acras terre cum suis pertinentiis dicto Henrico et heredibus suis sicut prescriptum est in omnibus et contra omnes homines warantizabimus quamdiu feoffatores nostri nobis warantizare poterunt. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on rule of Prior Richard of Warter. The predecessor of Richard of Warter died 16 August 1277 and Richard died 26 August 1291 [Smith, *Heads* II, p. 439]. This land had been held by Adam son of Serlo, chaplain, and part of it by his father Serlo, Adam's quitclaim preceded this document [no. 1227].

1229. Quitclaim with warranty by Ralph of Hardwick, clerk, son and heir of the late William the baker, of all right and claim to all the lands and tenements with tofts, crofts, messuages and

buildings in [West] Hardwick and Huntwick near St Oswald [Wragby], which he held of the canons, saving a toft in [West] Hardwick [described]. ff170r-v/pp/415-16

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Rad[ulfi] de Herdewick'.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Rad[ulfus] de Herdewyc clericus filius et heres quondam Willelmi Pistoris de eadem salutem eternam in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse sursumque reddidisse ac omnino de me et heredibus meis inperpetuum quietumclamasse dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel omnes terras et tenementa cum toftis, croftis, mesuagiis et edificiis que vel quas habui et tenui de eisdem in villa et territorio de Herdewyc et Huntewic iuxta sanctum Oswaldum cum pratis, pascuis et pasturis, libertatibus et aysiamentis et omnibus suis pertinentiis infra villam de Herdewic et Huntewic et extra salvo mihi et heredibus meis vel assignatis meis uno tofto in eadem villa de Herdewic quod iacet inter domun Galfridi de Herdewic ex parte una et toftum elemosinarie sancti Oswaldi ex altera. Ita quod nec ego Rad[ulfus] nec heredes mei nec aliquis nomine nostro in predictis terris vel tenementis cum toftis, croftis, mesuagiis, edificiis et omnibus suis pertinentiis prout superius dictum est ius vel clamium in posterum exigere vel vendicare poterimus. Ego vero predictus Rad[ulfus] et heredes mei totam *[f170v]* predictam terram cum toftis et croftis, mesuagiis et edificiis et omnibus aliis suis pertinentiis dicto priori et conventui de sancto Oswaldo et eorum successoribus libere, quiete, integre, bene et in pace contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on William the baker of Hardwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. William the baker of Hardwick occurred in the last half 13th century [no. 735]. His son may have been active at least as early as his father. This quitclaim may have been to confirm the grant of his father to Nostell Priory [no. 1262] of land William the baker held in Huntwick and [nos. 1258, 1259, 1261, 1264]. Ralph, the clerk, of Hardwick had received 5 selions of land from William son of Robert of Huntwick which he also granted to Nostell Priory [nos. 1260, 1263].

1230. Quitclaim by John son of John of Moor of Thorns of all right or claim of 9 acres of land in [West] Hardwick [Wragby], which was his uncle Thomas son of Gilbert's and which Gilbert had purchased from Robert Clerkheued. f170v/p. 416

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Iohannis filii Iohannis de Mora.

Omnibus sancte matris ecclesie filiis et cetera Iohannes filius Iohannis de Mora de Thornes salutem in Domino. Noveritis me concessisse, quietumclamasse et hac presenti mea carta confirmasse priori de sancto Oswaldo de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus totum ius et clamium quod uncquam habui vel habere potui in illis novem acris terre cum pertinentiis in territorio de Herdewic que quondam fuerunt Thome filii Gilberti awu[n]culi mei et quas idem Gilbertus de Roberto Clerchevit' comperavit. Et ne ego Iohannes nec heredes mei in predictis novem acris terre cum pertinentiis aliquid iuris vel clamii de cetero vendicare poterimus nec exigere, hoc presens scriptum inpressione sigilli mei roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Gilbert son of Ralph of Hardwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. This land was granted by Robert son of Ralph de Marscald [Marshall to Gilbert son of Ralph of Hardwick] in the 13th century, before 1264; Robert Clerkheued occurred frequently in the Cartulary in transactiond dated to the mid-13th century [no. 775].

1231. Grant with warranty by Simon son of Nye of Hardwick of all his land and tenements in [West] Hardwick near St Oswald [Wragby], namely: a toft and croft, half a bovate of land, a quarter of one

bovate of land with meadow, and of all his goods and chattels, rendering annually to Robert of Mensthorpe 2*s* of silver. f170v/p. 416

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Symonis filii Nye.

Universis Cristi fidelibus et cetera Symon filius Nye de Herdewic eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee et antecessorum meorum dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse viris religiosis priori et conventui sancti Oswaldi de Nostel totam terram meam et tenementa mea in villa et territorio de Herdewic iuxta sanctum Oswaldum, videlicet unum toftum et croftum et dimidiam bovatam terre et quartam partem unius bovate terre cum toto prato adiacente et cum omnibus suis pertinentiis, libertatibus et aysiamentis infra villam de Herdwic et extra, ad tantam terram pertinentibus et cum omnibus bonis meis et catallis in dictis tofto et crofto et terra contentis; habendum et tenendum dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete, integre et pacifice, reddendo inde annuatim Roberto de Maynistorp et heredibus suis vel assignatis duos solidos argenti ad duos anni terminos, videlicet medietatem ad Pentecost' et aliam medietatem ad festum sancti Martini in hyeme pro omni servitio seculari, exactione et demanda. Ego vero predictus Symon et heredes mei predictum toftum et croftum cum tota terra, prato et omnibus suis pertinentiis sicut predictum est prefatis religiosis contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on Simon of Hardwick, Robert of Mensthorpe and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Simon of Hardwick occurred on 28 July 1258 holding 5 bovates of Edmund de Lacy [*Yorks Inq.* 1, p. 51]. Robert of Mensthorpe occurred on 13 May 1268 and at least as late as 1281 [*Yorks Inq.* 1, pp. 198, 215; *Yorks Quo Warranto*, p. 158; *Yorks F. 1246-1272*, p. 161n].

1232. Grant by John, the shoemaker [*sutor*] of Hardwick near St Oswald to Prior William and the convent of an annual rent of 5*s* for a messuage and half a bovate of land of which John at the present holds for 3*s*. Both rents are to be paid to the Priory in the future. f170v/p. 416

[4 January 1255 x 16 August 1277 or 26 August 1291 x 1294]

Rubric: Carta Iohannis Sutoris de Herdwic.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Iohannes Sutor de Herdewic iuxta sanctum Oswaldum salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra me concessisse, dedisse et hac presenti carta mea confirmasse religiosis viris dominis Willelmo priori de sancto Oswaldo et eiusdem loci conventui unum annuum redditum quinque solidorum percipiendorum annuatim de uno mesuagio et dimidia bovata terre cum pertinentiis in Herdewic iuxta sanctum Oswaldum que de eisdem ad voluntatem eorum teneo pro tribus solidis eis annuatim inde reddendis, quos quidem tres solidos simul cum predictis quinque solidis. Ego et heredes mei vel quicumque tenementa illa tenuerit eis et eorum successoribus annuatim ad festum sancti Martini et ad Pentecost' per equales portiones inperpetuum persolvemus; habend' et tenend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete et pacifice cum suis pertinentiis inperpetuum. Ita scilicet quod liceat predictis priori et conventui et eorum successoribus vel assignatis in predicto tenemento ad quorumcumque manus devenerit, districtiones facere pro voluntate sua tam pro predictis quinque solidis quam pro antiquo redditu trium solidorum quotiens necessitate fuerit et sibi viderint expedire. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on the rules of Priors William of Clifford and William of Birstall of Nostell Priory and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. The predecessor of William of Clifford died 4 January 1255 and William Clifford died 16 August 1277; the election of William of Birstall was confirmed on 2 October 1291 and he ceded

office c. 19 April 1312 [Smith, *Heads* II, pp. 438-39]. Nothing is know of John the shoemaker of Hardwick and further information may be on the missing folio which followed [see Chapter V].

1233. An incomplete lease by Prior William of Birstall and the convent to Geoffrey son of John le Parker of Huntwick of a toft with croft in Foulby in Sharlston [Wragby/Warmfield] which William Pypinhevid once held and 3$^{1/2}$ acres of land (where 3 acres are called Cordanrode) in the fields of Sharlston [Wragby/Warmfield]. f170v/p. 416

[2 October 1291 x 1294]

Rubric: Carta domini W. de Birstal prioris et cetera.

Sciant presentes et futuri quod nos frater Willelmus de Birstall' prior de sancto Oswaldo de Nostell' et eiusdem loci conventus dedimus, concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus Galfrido filio Iohannis le Parker de Huntewic unum toftum cum crofto in Foleby in territorio de Scharweston quod Willelmus Pypinhevid quondam de nobis tenuit et tres acras et dimidiam terre cum pertinentiis in campo de Scarweston quarum tres acre vocantur Cordanrode et iacent inter terram Ricardi atte Lidgate et terram [*This folio ends mid-charter. The next folio is missing. The numbering scheme in the margin indicates that the missing recto continued with charters of Hardwick and Sharlston; the recto/verso, pp. 417-18, would have recorded the first four charters of Huntewick*] [*f171r*]

Note: Date based on rule of William of Birstall as prior of Nostell Priory and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. William of Birstall's election as prior was confirmed on 2 October 1291 and William of Birstall ceded office c. 19 April 1312 [Smith, *Heads* II, p. 439]. This toft with croft and 3$^{1/2}$ acres in Sharlston was the same land which Geoffrey son of John le Parker received from Prior William in exchange for Geoffrey's grant to the Priory of all his land, tenements and rents in Huntwick [no. 1248]. Geoffrey was the son of John le Parker and Marjorie [no. 1243]. Also see nos. 1246, 1247, 1265, 1266.

1234. Grant with warranty by Rayner of Ackton son of Peter of Toulston to Henry Sleyth, carpenter, of all his land in Huntwick [Wragby], namely that land which Benedict son of Thomas of Huntwick gave to Rayner's father, rendering annually to Rayner 9*s* of silver. f171r/p. 419

[late 12th x mid-13th centuries]

Rubric: Item carta eiusdem.

Sciant presentes et cetera quod ego Raynerus de Ayk'ton filius Petri de Touleston dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Henrico Sleyth carpentario totam terram meam tam in dominico quam in servitiis et redditibus sine aliquo retenemento, illam videlicet terram quam Benedictus filius Thome de Huntewyc patri meo dedit prout carta dicti Benedicti testatur; tenendam et habendam dicto Henrico Sleyth et heredibus vel assignatis suis de me et heredibus meis vel assignatis libere, quiete, pacifice et integre cum omnibus pertinentiis et aysiamentis suis infra villam de Huntewyc et extra, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis novem solidos argenti ad duos terminos, medietatem ad Pentecost' et aliam medietatem ad festum sancti Martini in hyeme pro omni servitio seculari, exactione et demanda. Ego vero Raynerus et heredes mei vel assignati totam predictam terram sicut predictum est sepedicto Henrico et heredibus vel assignatis suis in omnibus et contra omnes homines, dotes mulierum et inpignorationes warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei et cetera.

Note: Rayner of Ackton was the younger son of Eve de Day and Peter of Toulston. Rayner was born by 1196 and occurred at least as late as 29 January 1271 [nos. 748, 1216, note preceding no. 792 for father information on Rayner of Ackton]. Henry Sleyth was the father of John Sleyth who married Alice daughter of Hugh (II) Gernon [see note preceding no. 1129 for this family]. The transaction which recorded Benedict son of Thomas of

Huntwick's sale to Peter of Toulston does not survive in the Cartulary [see Chapter V]. Also see grant by Rayner to Henry below, which appears to be the same land with a different rent [no. 1235].

1235. Grant with warranty by Rayner of Ackton son of Peter of Toulston to Henry Sleyth, carpenter, of all his land in Huntwick, namely that land which Benedict son of Thomas of Huntwick gave to Rayner's father, rendering annually to Rayner 1*d* and rendering annually to the prior and convent of St Oswald 27*d*. f171r/p. 419

[late 12th x mid-13th centuries]

Rubric: Item carta eiusdem.

Sciant et cetera quod ego Raynerus de Ayk'ton filius Petri de Touleston dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Iohanni de Huntew' filio Henrici Sleyth carpentarii totam terram meam in Huntew' tam in dominicis quam in servitiis et redditibus sine aliquo retenemento, illam scilicet terram quam Benedictus filius Thome de Huntew' patri meo dedit; tenend' et habend' dicto Iohanni et heredibus suis vel assignatis de me et heredibus meis vel assignatis libere, quiete, pacifice et integre, cum omnibus pertinentiis, libertatibus et aysiamentis suis infra villam de Huntew' et extra, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unum denarium ad Pentecost' et religiosis viris priori et conventui sancti Oswaldi de Nostell' xxvij. denarios ad duos terminos, medietatem scilicet ad dictum festum et aliam medietatem ad festum sancti Martini in hyeme pro omni servitio seculari, secta curie, exactione et demand[a]. Ego vero Raynerus et heredes mei vel assignati totam predictam terram sicut predictum est sepedicto Iohanni et heredibus vel assignatis suis in omnibus et contra omnes homines, dotes mulierum, et inpignorationes et assisas warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on Rayner of Ackton, see no. 1234 for further information.

1236. Grant by Henry Sleyth of Huntwick to John his son and the heirs of John and Alice daughter of Hugh (II) Gernon of Bramham of all his land, both inherited and acquired, with toft and buildings, woods and meadow in Huntwick [Wragby] and all his land in Aifford [unidentified]. If John dies with no heirs from Alice the land shall revert to Henry. f171r/p. 419

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Henrici Sleyth.

Noverint universi presens scriptum visuri vel audituri quod ego Henricus Sleyth de Huntew[i]c dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Iohanni filio meo et heredi inter ipsum et Aliciam filiam Hugonis Gernun de Brameham procreatis totam terram quam habui vel habere potui tam ex iure hereditario quam ex meo adquisito cum tofto et edificiis, bosco, prato et omnibus suis pertinentiis et proficuis in Huntewic et totam terram meam quam habui vel habere potui cum omnibus suis pertinentiis in Aifford; tenend' et habend' dicto Iohanni et heredibus suis quos de dicta Alicia procreare contigerit cum omnibus suis pertinentiis de dominiis eiusdem feodi per idem servitium quod eisdem dominis facere consuevi. Si vero dictus Iohannes sine herede de dicta Alicia decesserit tota predicta terra cum omnibus suis pertinentiis aliis heredibus meis libere revertetur. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on John Sleyth and Alice daughter of Hugh (II) Gernon and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding no. 1129 for dating and the descendants of Hugh (II) Gernon. John was heir to his father [no. 1237]. Henry Sleyth, carpenter, acquired land from Rayner of Ackton [nos. 1234-5, 1267].

1237. Grant by John Sleyth son and heir of Henry Sleyth of Huntwick to the prior and convent of all right or claim to the lands and tenements in Huntwick, with the site of the houses, the wood called Huntwick and all arable land in Huntwick which either John or his father Henry or their ancestors held. ff171r-v/pp. 419-20

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Iohannis Sleyth.

Sciant omnes tam et cetera quod ego Iohannes Sleyth filius et heres Henrici Sleth de Huntewic dedi, concessi et omnino sursum reddidi pro me et heredibus meis dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo et omnes terras et tenementa sine aliquo retenemento que ego vel pater meus Henricus vel progenitores nostri aliquando de eisdem tenuimus vel quoquo alio modo habuimus in villa et territorio de Huntewic una cum situ domorum et cum bosco qui appellatur Huntewic cum tota terra arabili cum pratis, planis, pasturis et omnibus aliis aysiamentis et pertinentiis infra villam de Huntewic et extra; habenda et tenenda dictis priori et conventui et eorum successoribus tamquam [*f171v*] terras et tenementa eorum propria inperpetuum. In signum vero et in testimonium huius quiete clamationis sursum reddidi omnia scripta que ego vel progenitores mei habuimus de predictis terris et tenementis et eorum pertinentiis quod si qua scriptura vel carta penes me vel heredes meos de predictis terris seu tenementis vel eorum particulis faciens mentionem de cetero inveniatur, volo tenore presentium quod omnino careat robore firmitatis. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on John Sleyth and Alice daughter of Hugh (II) Gernon and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. This quitclaim must include the land described in **nos. 1234-36**. See note preceding **no. 1129** for further information on John Sleyth and Hugh (II) Gernon.

1238. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by John Sleyth son and heir of Henry Sleyth of Huntwick of all his land in Huntwick [Wragby], which he and his father had as a grant from Rayner of Acton son of Peter of Toulston, namely the land which was once Benedict son of Thomas of Huntwick's, and of a fourth of a bovate of land in Huntwick, which John held of Henry of Lindsey, rendering annually to Henry 3 half-pence and a farthing. f171v/p. 420

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Iohannis Unsleyth.

Noverint universi et cetera quod ego Iohannes Sleyth filius et heres Henrici Sleyth de Huntewic dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo totam terram meam cum pertinentiis in Huntewyc quam pater meus et ego habuimus de dono et concessione Rayneri de Ayk'ton filii Petri de Touleston, illam videlicet terram que aliquando fuit Benedicti filii Thome de Huntewyc sine retenemento; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam inperpetuum. Preterea dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi dictis priori et conventui quartam partem unius bovate terre in eadem villa cum suis pertinentiis quam tenui de heredibus Henrici de Lyndesay, reddendo eisdem annuatim ad Pentecost' et ad festum sancti Martini tres denarios obolum et quadrantem pro omni servitio seculari, exactione et demanda, secta comitatus, wapentachii vel curie cuiuscumque. Et ego dictus Iohannes et heredes mei omnes predictas terras et tenementa cum suis pertinentiis infra villam de Huntewic et extra qualitercumque spectantibus pro predicto servitio ad predictam quartam partem bovate terre pertinente predictis priori et conventui et eorum successoribus warantizabimus, acquietabimus et defendemus contra omnes et in omnibus inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: See **no. 1237** for dating. The grant of Henry of Lindsay did not survive in the Cartulary [see Chapter V].

1239. Quitclaim by John Sle[y]th of Huntwick of all arrears owed him by the lease of his dwelling in Huntwick for a term of years to the prior and canons. f171v/p. 420

[last half 13th century, before 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Noverint universi et cetera quod cum ego Iohannes Sleth' de Huntewic dimisissem dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo totam terram meam cum domibus et omnibus suis pertinentiis in Huntewyc ad terminum annorum qui preteriit pro quadam summa peccunie mihi ab eisdem annuatim solvenda, fateor me per presentes remisisse omnino quietumclamasse pro me et heredibus meis dictis dominis meis omnia arreragia in quibus ratione dimissionis dicte terre et domorum cum omnibus suis pertinentiis aliqualiter tenebantur. Ita quod nec ego Iohannes nec heredes mei seu aliquis ex parte nostra occasione dictorum arreragiorum ab eisdem priore et conventu quicquam exigere vel vendicare possimus inperpetuum. In cuius rei testimonium presentibus sigillum meum et cetera.

Note: See note **no. 1237** for dating and further information concerning John Sleyth.

1240. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms for the use of the clerk [*secretarius*], by Robert of Beeston son of Isolda of Preston of all the service which Thomas son of Osbert of Huntwick made for the land he held of Robert, namely 1*d* of silver. f171v/p. 420

[mid-13th century]

Rubric: Carta Roberti de Bestona.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Robertus de Bestona filius Ysolde de Prestona salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostell' ad opus secretarii sui in liberam, puram et perpetuam elemosinam omne servitium Thome filii Osberti de Huntewic quod mihi facere consuevit cum homag[io], escaetis et releviis, custodiis et omnibus servitiis aliis que pro terra sua facere consuevit quam de me tenuit, videlicet denarium argenti per annum ad duos terminos, medietatem ad Pentecost' et aliam medietatem ad festum sancti Martini. Ego vero predictus Robertus et heredes mei predictum servitium cum homagio, excaetis, releviis, custodiis sicut predictum est Deo et predicte ecclesie contra omnes homines warantizabimus et defendemus. Et volo ut hec elemosina ita libera sit sicut ulla elemosina liberior esse potest. In cuius rei testimonium et cetera.

Printed: EYC III, no. 1600, no date.

Note: Date based on Robert of Beeston. Robert of Beeston probably had an active adult life in the mid-13th century [see note preceding **no. 722** for father information on dating and his ancestors]. Thomas son of Osbert was a witness in the mid-13th century [**no. 1250**].


Note: **nos. 1241-65.** Refer to pedigree below and note preceding **no. 794.** The transactions which follow were issued by the 13th-century descendants of Ascelin de Day. The early generations are discussed above [note preceding **no. 794**]. In 1208 Hugh of Toulston occurred in a land dispute [*EYC* III, p. 274], on 28 March 1209 and possible as late as 1217 [*EYC* III, pp. 274, 340, no. 1649]; Hugh was a benefactor of Nostell Priory [**no. 798**]. Hugh of Toulston granted to Henry of Huntwick with Beatrice his daughter in marriage a toft and 3*s* rents in Huntwick [**no. 1269, 1270**].

Beatrice outlived Henry of Huntwick [**no. 1255**]. Dates for the adult lives of Beatrice and Henry of Huntwick can only be extrapolated from the generations preceding and following but may be safely placed in the early x mid-13th century. Beatrice and Henry had at least two children: Alot and Robert. Alot inherited her mother's dower rights; she survived her husband but his name is not known [**nos. 1269, 1270**].

Robert son of Henry of Huntwick had a tenant relationship to Jordan de Lisle which provides an early limit for this generation [no. 1241], as Jordan de Lisle was active in the early 13th century [see nos. 167, 170-74]. This time frame is substantiated by Robert son of Henry's association with William, the baker, of Hardwick who also was active from the mid to late 13th century [nos. 1229, 1230, 1258-64]. This would suggest that Robert son of Henry of Huntwick had an active adult life in the mid-13th century. Robert had at least two children: William and Alice.

The majority of the documents which followed were issued by William son of Robert of Huntwick. His transactions can be dated by his association with his tenants Geoffrey son of John le Parker who occurred 1291 x 1294 [nos. 1233, 1248] and William, the baker, of Huntwick who occurred as stated above. These associations, and his fathers projected active life, would suggest that William son of Robert was probably active in the mid to late 13th century.

Robert son of Henry may have had a daughter Alice who survived her own husband and whose name is unknown [no. 1273]. Of note, Holmes publication of the Dodsworth Yorkshire notes indicates that Alice was the wife of Robert son of Henry rather than his daughter citing this Cartulary but either the Dodsworth's transcription was in error or he believed the Cartulary scribe to have erred as the document clearly styles Alice the daughter of Robert both in the text and in the rubric [Holmes, 'Dodsworth Notes', pp. 36-37, no. 8].
A third tenant of William son of Robert of Huntwick, John son of Assulf, cannot be isolated to a date but he had received the dower lands Beatrice wife of Henry of Huntwick and so may have been active in the same mid to late 13th century [no. 1255].



1241. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Jordan de Lisle for the use of the fabric of the church, of all the service of Robert son of Henry of Huntwick which he made for the land he held of Jordan, namely 15*d* of silver annually and rendering 3*d* to Jordan. ff171v-172r/pp. 420-21
[early 13th century]

Rubric: Carta Iordani de Insula.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Iordanus de Insula salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel ad opus fabrice ecclesie sue in liberam, puram et perpetuam elemosinam omne servitium Roberti filii Henrici de Huntewic quod mihi facere consuevit cum homag[io], excaetis, releviis, custodiis et omnibus servitiis aliis que pro terra sua facere consuevit quam de me tenuit, [*f172r*] videlicet quindecim denarios argenti per annum ad tres terminos, scilicet, vj. denarios ad Pentecost' et tres denarios ad festum sancti Egidii et vj. denarios ad festum sancti Martini in hyeme, reddendo inde tres denarios eidem Iordano ad festum sancti Egidii. Ego vero predictus Iordanus et heredes mei predictum servitium cum homagio, escaetis, releviis, custodiis sicut predictum est Deo et predicte fabrice ecclesie contra omnes homines warantizabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on Jordan de Lisle son of William de Lisle. Jordan de Lisle occurred at least as late as 1185 x 1202 [*EYC VI*, no. 145]. See note preceding for further explanation of dating and individuals. Robert son of Henry granted all his land with meadow to Nostell Priory with his body [no. 1242].

1242. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Robert son of Henry of Huntwick, with his body for burial in the cemetery of the monastery of St Oswald, of all his land with meadow in Huntwick [Wragby, described], rendering annually to his heirs 18*d.* f172r/p. 421

[early x mid-13th century]

Rubric: Carta Roberti filii Henrici de Huntewic[a].

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Robertus filius Henrici de Huntewic salutem in Domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee antecessorum et successorum meorum dedisse, concessisse et legasse cum corpore meo sepeliendo in cimiterio monasterii sancti Oswaldi et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie eiusdem loci et canonicis ibidem Deo servientibus totam terram meam cum prato sicut iacet integre inter publicam stratam versus Huntewic per crucem et fossatum versus Scarweston sicut includitur ex omni parte per metas terre dictorum canonicorum; tenend' et habend' dictis canonicis de me et heredibus meis in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum omnibus libertatibus et aysiamentis infra villam de Huntewic et extra, reddendo inde annuatim heredibus meis octodecim denarios ad duos anni terminos, medietatem ad Pentecost' et aliam medietatem ad festum sancti Martini in hyeme pro omni servitio seculari, secta curie et wapentagii et demanda. Et ego et heredes mei et successores qualescumque totam predictam terram cum toto prato dictis canonicis contra omnes homines et dominos feodi et debitores quoscumque warantizabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.


[a] poss contemporary hand notes *no[ta]' xl. et xlj sequ'* and prob refer to f176v.2 and f176v.3.
Printed: Holmes, 'Dodsworth Notes', *YAJ* vol. XI, p. 37.
Note: Date based on Robert son of Henry of Huntwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding no. 1241 for dating and donor. William son of Robert of Huntwick confirmed this grant [no. 1271].


Note nos. 1243-38, 1273, 1274. Refer to the pedigree which follows which is based on documents of the Cartulary. Walter of Huntwick held a bovate of land in Huntwick which he had received from William of Kinsley [no. 1274]. William 'le Hore' of Kinsley occurred in the first half of the 13th century [no. 877]. Walter of Huntwick was married to Agnes and they granted the bovate of land in Huntwick (granted them by William of Kinsley) with their daughter Margaret [sometimes called Marjorie] in marriage to John of Richmond, also known as John le parker [nos. 1246, 1265, 1266].

Alice the daughter of Robert son of Henry of Huntwick also quitclaimed to Walter of Huntwick any right she had to land in Huntwick [nos. 1273, 1274]. The association of Walter of Huntwick with William of Kinsley and Alice daughter of Robert of Huntwick would suggest that Walter had a simliar life span of the first half 13th century [also see note preceding no. 1241]. Walter and Agnes also had a son Peter of Huntwick [no. 1265].

The only date which can be firmly assigned to this family was to Geoffrey son of John le Parker who granted all his land which he had received from William son of Robert of Hunwick to Nostell Priory during the rule of Prior William of Birstall, establishing that Geoffrey had an active adult life in the late 13th century [nos. 1233, 1248]. William son of Robert of Huntwick granted 3$^{1/2}$ acres of land to Geoffrey who subsequently granted it all to Nostell Priory [nos. 1244, 1245, 1247, 1248]. Geoffrey may have also have been styled Geoffrey, the tailor, [*cissor*] a name which frequently appeared holding land in Huntwick in the charters throughout this section.

The relationship of Ralph Bere of Huntwick to the descendants of Walter of Huntwick is not clear however his grant to his *primogenitus* Geoffrey son of John le Parker hints of both a familial and a tenurial relationship and he may have been son or brother of Walter of Huntwick [see no. 1243].





1243. Grant by Ralph Bere of Huntwick to Geoffrey his first born [*primogenitus*] of the tenement in Huntwick [Wragby] which John, the parker, father of the same Geoffrey, received in marriage with Margaret mother of the same Geoffrey. f172r/p. 421

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Rad[ulfi] Bere de Huntewic.

Sciant et cetera quod ego Rad[ulfus] Bere de Huntewic dedi, concessi et quietumclamavi inperpetuum de me Galfrido primogenito meo pro servitio suo illud tenemento absque ullo retenemento quod Iohannes parcarius pater ipsius Galfridi cepit in maritagio cum Marioria matre eiusdem Galfridi in Huntewic; tenend' et habend' dicto Galfrido et heredibus vel assignatis suis libere, quiete, pacifice et integre cum omnibus libertatibus et aysiamentis ad ipsum tenementum pertinentibus infra villam et extra absque omni clamio et inpetitione mei inperpetuum. Et ut hec mea donatio, concessio et quieta clamatio robur perpetue firmitatis optineat presens scriptum sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Printed: Holmes, 'Dodsworth Notes', *YAJ*, vol. XI, p. 40.

Note: Date based on Geoffrey son of John le parker and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Nothing is known of Ralph Bere of Huntwick however his use of '*primogenitus*' to describe Geoffrey suggests some familial relationship and his confirmation of the grant of the land suggests a right to the land. Holmes suggested Ralph was a brother of John le Parker [Holmes, Dodsworth Notes, p. 40]. Even without knowing the actual familial relationship this document suggests Ralph acknowledged that Geoffrey had the rights of a first born to this land. The land was probably that which Henry and Agnes granted to Margaret in *maritagium* and which they had received from William Kinsley [**nos. 1274, 1266**]. Geoffrey's cousin William son of Peter quitclaimed his right to this land [**no. 1265**].

1244. Grant by William son of Robert of Huntwick to Geoffrey son of John le Parker of half an acre of land in Huntwick [Wragby, described], rendering annually to William a rose. For this Geoffrey gave William a sum of money. f172r/p. 421

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Willelmi filii Roberti de Huntewyc.

Sciant et cetera quod ego Willelmus filius Roberti de Huntewic dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Galfrido filio Iohannis le Parck'r de Huntewic et heredibus suis vel assignatis unam dimidiam acram terre cum pertinentiis iacentem in territorio de Huntewic inter terram Ricardi de Douuedale ex parte australi et terram predicti Galfridi ex parte boriali pro quadam peccunie summa mihi premanibus tradita; tenend' et habend' de me et heredibus meis sibi et heredibus suis vel assignatis libere, quiete, pacifice, integre et inperpetuum cum omnibus libertatibus et aysiamentis dicte terre pertinentibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unam rosam ad festum sancti Iohannis Baptiste pro omni seculari servitio, exactione et demanda. Et ego vero Willelmus et heredes mei predictam terram cum pertinentiis prefato Galfrido et heredibus suis vel assignatis pro predicto servitio in omnibus et contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei et cetera.

Note: Date based on Geoffrey son of John le parker and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1243** for dating. Also see note preceding **no. 1241** for further information concerning William son of Robert of Huntwick. Geoffrey granted this land to Nostell Priory [**no. 1248**].

1245. Grant by William son of Robert of Huntwick to Geoffrey, tailor [*cissor*], of Huntwick of 2 acres of land in Huntwick [various locations described, Wragby], rendering annually to William a rose. For this Geoffrey gave to William a sum of money. ff172r-v/pp. 421-22

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Sciant et cetera quod ego Willelmus filius Roberti de Huntewic dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Galfrido Cissori de eadem villa duas acras terre cum pertinentiis in territorio de Huntewic pro quadam summa peccunie quam mihi dedit pre manibus, quarum dimidia acra iacet in loco qui dicitur Hauerhuntewic inter terram meam propriam et terram predicti Galfridi et una perticata iacet in eodem loco inter terram predicti Galfridi et terram Willelmi Tywy de Herthewic, et una perticata iacet in Hesilschaye inter terram predicti Galfridi et terram Iohannis Sleth, et una perticata iacet in Mickelrode inter terram prefati Galfridi et terram Willelmi clerici de Prestona, et una perticata iacet in eodem inter terram predicti Galfridi et terram Iohannis Sleth, et una perticata iacet in Neubrec inter terram predicti Galfridi et terram meam propriam, et una perticata iacet in Oldemor inter terram predicti Galfridi et terram Ricardi de Douuedale; tenend' et habend' de me et heredibus meis prefato Galfrido et [*f172v*] heredibus suis vel assignatis libere, quiete, integre, bene et in pace, cum omnibus libertatibus et aysiamentis toti predicte terre pertinentibus imperpetuum, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unam rosam ad festum nativitatis sancti Iohannis Baptiste pro omni seculari exactione et demand[is *or* a]. Et ego Willelmus et heredes mei totam predictam terram cum omnibus pertinentiis suis predicto Galfrido Cissori et heredibus suis vel assignatis pro predicto servitio contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei t[estimonium] et cetera.

Note: Date based on William son of Robert of Huntwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1241** for further information on dating and William son of Robert. Geoffrey, the tailor, may have been Geoffrey son of John le parker, see note preceding **no. 1243.**

1246. Grant with warranty in her widowhood by Agnes late the wife of Walter of Huntwick to Margaret her daughter and to the heirs of Margaret and John, le Parker, of a bovate of land with a chief manor [*capital manerium*] in Huntwick, namely that bovate which Walter of Huntwick gave with Margaret in marriage, except for 2 acres of land, rendering annually to Agnes a pair of white gloves, to Rayner of Ackton 3*d*, to John le Hore 12*d* and to the Hospital of St John at Newland 12*d*. f172v/p. 422

[mid-13th century]

Rubric: Carta Agnetis uxoris Walteri de Huntwic.

Sciant et cetera quod ego Agnes uxor quondam Walteri de Huntewic in mea viduitate et legitima potestate dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Mariorie filie mee et heredibus suis qui de dicta Marioria et Iohanne le Parker exibunt unam bovatam terre cum capitali manerio eidem bovate terre pertinente, exceptis duabus acris terre, scilicet illam bovatam terre cum manerio et cum pertinentiis suis quam Walterus quondam vir meus eidem Mariorie dedit in maritagio sicut iacet in Huntewic et eius territorio; tenend' et habend' dicte Mariore et heredibus suis supradictis libere, quiete, integre et pacifice inperpetuum, cum omnibus libertatibus et aysiamentis tante terre et tanto tenemento pertinentibus infra villam de Huntewic et extra, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unum par albarum cyrotecarum ad natale Domini et tres denarios Raynero de Ayk'ton ad festum sancti Egidii et xij. denarios Iohanni le Hore, scilicet medietatem ad Pentecost' et aliam medietatem ad festum sancti Martini et duodecim denarios hospitali sancti Iohannis ad novam terram, scilicet

vj. denarios ad Pascha et vj. denarios ad festum sancti Mychaelis pro omni servitio et seculari demanda. Ego vero Agnes et heredes mei dictam bovatam terre cum manerio et pertinentiis suis, exceptis duabus acris terre, dicte Mariore et heredibus suis supradictis in omnibus et contra omnes homines warantizabimus inperpetuum et defendemus. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on Rayner of Acton and Agnes wife of Walter of Huntwick. Rayner of Acton was active in the 13th century, as late as 1271 [see note preceding no. 792]. Agnes and Walter of Huntwick were active in the first half of the 13th century [see note preceding no. 1243]. This bovate was granted to Margaret in her *maritagium* [no. 1266]. Agnes may have claimed this land as her widow dower or in her own right, the land was granted to Walter of Huntwick by William (le Hore) of Kinsley [no. 1274]. The preceptory of the Knights Hospitallers of Newland [WRY] received the manor of Newland from King John [KH, pp. 300, 305].

1247. Grant by William son of Robert of Huntwick to Geoffrey son of John le Parker of 1 1/2 roods of land in the fields of Huntwick [Wragby, various locations described], rendering annually to William a rose. For this John gave William a sum of money. f172v/p. 422

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Willelmi filii Roberti de Huntewic.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Willelmus filius Roberti de Huntewic salutem in Domino sempiternam. Novitis [*sic*] me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Galfrido filio Iohannis le Parker de eadem pro quadam summa peccunie quam mihi dedit pre manibus unam rodam terre et dimidiam in tribus partibus iacentis in campo de Huntewic, videlicet una dimidia roda iacet in quodam loco qui vocatur Neubreck's, et alia dimidia roda iacet super montem de Huntewic et alia dimidia roda iuxta Robinsic; tenend' et habend' sibi et heredibus suis vel cuicumque dare, vendere vel assignare voluerit, libere, quiete, pacifice, cum omnibus libertatibus dicte terre pertinentibus in campo de Huntewic, reddendo inde annuatim mihi vel heredibus meis vel assignatis una rosam ad festum sancti Iohannis Baptiste pro omni servitio seculari, consuetudine, exactione et demanda. Ego vero Willelmus et heredes mei totam predictam terram predicto Galfrido et heredibus suis pro predicto servitio in omnibus et contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium presenti scripto et cetera.

Note: Date based on Geoffrey son of John le Parker, William son of Robert of Huntwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See notes preceding nos. 1241, 1243 for further information concerning dates and individuals. Geoffrey subsequently granted this land to Nostell Priory [no. 1248].

1248. Grant with warranty by Geoffrey son of John le Parker to William of Birstall prior and the convent of St Oswald of all lands, tenements and rents in Huntwick [Wragby]. For this the prior and canons gave to Geoffrey a sum of money with a toft and croft and 3 1/2 acres of land in Foulby, Sharlston [Wragby/Warmfield]. f172v/p. 422

[2 October 1291 x 1294]

Rubric: Carta Galfridi filii Iohannis le Parker.

Sciant et cetera quod ego Galfridus filius Iohannis le Parker de Huntewic concessi, dedi et hac presenti carta mea confirmavi fratri Willelmo de Byrstall' priori de sancto Oswaldo de Nostell' et eiusdem loci conventui omnes terras et omnia tenementa cum reditibus que habui in villa et territorio de Huntew[i]c cum omnibus suis pertinentiis sine ullo retenemento pro quadam summa peccunie quam mihi dederunt pre manibus et pro uno tofto et crofto et tribus acris et dimidia terre in Foleby in territorio de Scarweston cum pertinentiis, que iidem mihi dederunt in escambium prout in carta sua mihi inde confecta plenius continetur; habend' et

tenend' dictis priori et conventui et eorum successoribus de capitalibus dominis feodi, libere, quiete, pacifice et integre cum omnibus suis pertinentiis inperpetuum, faciendo inde annuatim eisdem capitalibus dominis servitia eis inde debita et consueta pro omnibus aliis servitiis secularibus et demandis. Et ego Galfridus et heredes mei omnia predicta tenementa cum pertinentiis predictis priori et conventui et eorum successoribus per predictam servitia capitalibus dominis inde facienda et pro predictis tenementis que mihi inde dederunt in escambium contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium et cetera. [*f173r*]

Note: Date based on rule of Prior William of Birstall and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. William of Birstall's election as Prior of Nostell Priory was confirmed on 2 October 1291 and he ceded office c.19 April 1312 [Smith, *Heads* II, p. 439]. The land which Geoffrey was granted probably included that granted to him by William son of Robert of Huntwick and inherited from his mother Margaret [nos. 1244, 1245, 1247, 1266]. The land which Geoffrey received in exchange was recorded in a separate document [no. 1233].

1249. Summary of a grant by William son of Roger of Huntwick to the hospit[al] of a toft from an acre of land to the east in Huntwick, namely that which William son of Swein once held. f173r

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: [*none*].

Prima carta.

Willelmus filius Rogeri de Huntewik' dat hospit'[a] unum toftum in Hunt' quod Willelmus filius Swaini quondam tenuit <de j. acra terre> iuxta versus orientem. Test[ibus] Alano de Bradeford', Godefrido de Featherstan, Adam de Warnefeld capellanos, Bernardo de Northmanton', Willelmo de Warnef', Roberto de Sandale personis, Roberto de Leche', Rad[ulfo] Maleverere, Hugone de Toulest', Roberto filio Willelmi, Thome de Thornh', Ricardo de Toulest', Roberto de Smalleres, Hugone de Snythal, Rad[ulfo] le Marschale, Osberto de Huntew', Rogero de Thornour', Alano de Goldesb' et aliis.

[a] for hospital or hospitaller.

Note: Date based on witnesses. Hugh of Toulston first occurred after his father's death in 1196 again on 28 March 1209 and at least as late as 1217 [*EYC* III, pp. 274, 340, no. 1649]. His uncle Richard of Toulston occurred as early as 1162, and in 1182 and possible as late as 1212 [*EYC* III, no. 1603; *EYC* II, p. 177, no. 1246]. William son of Swein may be same who leased land in Huntwick from Nostell Priory in the early 13th century [no. 800]. Entered by other than Scribe A or B and affixed vertically to a paper folio, no medieval pagination or foliation [see Chapter V and Table V-A].

1250. Summary of a grant by William [son of Roger of Huntwick] of an acre of [arable] land in Huntwick [Wragby]. f173r

[mid 13th century]

Rubric: [*none*].

Alia carta.

Idem Willelmus dat eisdem j. acram terre in Hauerhuntewik contra domum suam ex alia parte ville et communam et cetera. T' Willelmo filio Suani, Henrico filio Gefrai et Thoma filio Osberti, Henrico filio Maugier, Henrico clerico et Roberto filio Rad[ulfi] Marescallo et Willelmo filio Gilberti de Huntewik'. [*f173v*]

[*Folio 173v is blank.*]

Note: Date based on Thomas son of Osbert. The service of Thomas son of Osbert of Huntwick was granted to Nostell Priory by Robert of Beeston son of Isolda of Preston in the middle of the 13th century [see note preceding no. 722 and no. 1240]. Although the donor here appears to be the same as in no. 1249 the witnesses differ in two

instances by a generation: Osbert of Huntwick versus Thomas son of Osbert, Ralph the Marshall versus Robert son of Ralph Marshall which suggests the passage of time between these two documents. Robert son of Ralph Marshall granted nine acres of land in Hardwick to Gilbert son of Ralph of Hardwick [no. 775]. Entered by other than Scribe A or B and affixed vertically to a paper folio, no medieval pagination or foliation [see Chapter V and Table V-A].

Note to nos. 1251-57. The documents which follow record various land grants from William son of Robert of Huntwick to John son of Assolf of Hardwick and his wife Matilda. The dates of the transactions of John son of Assolf can be established by his association with William son of Robert, see note preceding no. 1241. John son of Assolf subsequently granted to Nostell Priory all his land in Huntwick in exchange for land in Hardwick [no. 1257]. A close reading of the other land holders in the following documents reveal that these transactions were over a period of time rather than simultaneously. The other tenants also appear elsewhere in the Cartulary: Geoffrey the tailor was granted land by William son of Robert [no. 1245] and occurred as a tenant in nos. 1253-55; Henry Sleyth granted all his land to his son John [nos. 1235, 1236] and Henry occurred in no. 1251 but his son John occurred in subsequent transactions [nos. 1252, 1254-56]; Beatrice wife of Henry of Huntwick, grandmother of William son of Robert, occurred holding land no. 1252 but her dower lands were subsequently granted to John Assolf [no. 1255]. This also suggests that the documents which follow were copied in chronological order.

1251. Grant with warranty by William son of Robert of Huntwick to John son of Assolf of Hardwick of 1$^{1/2}$ acres of arable land in the fields of Huntwick [Wragby, various locations described], rendering annually to William 2 peppercorns. For this John gave William a sum of money. f174r/p. 423

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Willelmi filii Roberti de Huntewyc.

Sciant et cetera quod ego Willelmus filius Roberti de Huntewic dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Iohanni filio Assolf de Herdewic pro quadam summa peccunie quam mihi dedit pre manibus unam acram et dimidiam terre arabilis iacentes in campo de Huntewic, quarum una dimidia acra iacet in quodam loco qui vocatur Huntewichille inter terram quondam Symonis Pauean de eadem et terram quondam Henrici Sleth, et una acra iacet in le Holdemor cuius una dimidia acra iacet inter terram Galfridi de Huntewic et terram meam, et una perticata iacet inter terram eiusdem Galfridi et terram meam, alia vero perticata iacet inter terram meam et terram eiusdem Galfridi; tenend' et habend' eidem Iohanni et heredibus vel assignatis suis de me et heredibus meis libere, quiete et integre cum omnibus pertinentiis dicte terre pertinentibus inperpetuum, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis duo grana piperis ad natale Domini pro omni servitio seculari et demanda. Et ego Willelmus et heredes mei predictam terram cum omnibus pertinentiis suis predicto Iohanni et heredibus vel assignatis suis pro predicto servitio in omnibus et contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. Ut igitur hec mea donatio, concessio et confirmatio robur perpetuum optineat presentem cartam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William son of Robert of Huntwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding nos. 1241, 1251 for further information on dating, donors and tenants.

1252. Grant and confirmation with warranty by William son of Robert of Huntwick to John son of Assolf of Hardwick of 1$^{1/2}$ acres of arable land in the fields of Huntwick [Wragby, various locations described], rendering annually to William 2 peppercorns. For this John gave William a sum of money. f174r/p. 423

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Sciant et cetera quod ego Willelmus filius Roberti de Huntew[ī]c dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Iohanni filio Assolf de Herdewic pro quadam summa pecunie quam mihi dedit pre manibus unam acram et dimidiam terre arabilis cum pertinentiis iacentes in campo de Huntew[ī]c in diversis particulis, quarum dimidia acra iacet in loco qui vocatur Harehuntewic inter terram quondam meam et terram Iohannis de Huntewic, et una acra iacet in Mikelrode in diversis particulis, cuius dimidia acra iacet inter terram Iohannis Sleth et terram Beatricis de Huntew[ī]c et una dimidia acra iacet inter terram Iohannis Sleth et terram dicte Beatricis; tenend' et habend' dicto Iohanni et heredibus vel assignatis suis de me et heredibus meis libere, quiete, integre et pacifice cum omnibus pertinentiis, libertatibus et aysiamentis dicte terre infra villam et extra pertinentibus inperpetuum, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis vel assignatis duo grana piperis ad natale Domini pro omni servitio seculari et demand[a]. Ego vero Willelmus et heredes mei predictam terram cum pertinentiis suis dicto Iohanni et heredibus vel assignatis suis per predictum servitium in omnibus et contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus. Ut igitur hec mea donatio, concessio et confirmatio robur perpetuum optineat presentem cartam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William son of Robert of Huntwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 1241, 1251** for further information on dating, donors and tenants.

1253. Grant with warranty by William son of Robert of Huntwick to John son of Assolf of Hardwick of an acre of land in the place called Esthill in the fields of Huntwick [described], rendering annually to William 2 peppercorns. ff174r-v/pp. 423-24

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Sciant et cetera quod ego Willelmus filius Roberti de Huntewic dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Iohanni filio Assolf de Herewic et heredibus suis vel assignatis unam acram terre cum pertinentiis iacentem in campis de Huntew[i]c in loco qui vocatur Esthill' inter terram Galfridi Cissoris ex parte australi et terram que quondam fuit Symonis Pauian ex parte occidentali; tenend' et habend' predicto Iohanni et heredibus suis vel assignatis de me predicto Willelmo et heredibus meis libere, quiete, pacifice, cum omnibus libertatibus, aysiamentis p'ª predicte terre in villa de Huntewic pertinentibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis duo grana piperis ad nativitatem Domini pro omni servitio seculari, exactione qualibet et demand[a]. Et ego vero Willelmus et heredes mei predicto Iohanni et heredibus suis vel assignatis predictam acram terre cum singulis eius pertinentiis contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus et imperpetuum defendemus. In cuius et cetera.

ª ms extension unknown, presumably scribal error

Note: Date based on William son of Robert of Huntwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 1241, 1251** for further information on dating, donors and tenants.

1254. Grant with warranty by William son of Robert of Huntwick to John son of Assolf of Hardwick and Matilda his wife of 2 acres of arable land and 3 perches in the fields of Huntwick [Wragby, described], rendering annually to William 2 peppercorns. For this John and Matilda gave to William a sum of money. f174r/p. 424

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Sciant et cetera quod ego Willelmus filius Roberti de Huntewic dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Iohanni filio Assolf de Herdewic et Matild[i] uxori eius pro quadam summa peccunie quam mihi dederunt pre manibus duas acras terre arabilis et tres perticatas cum omnibus pertinentiis suis iacentes in campo de Huntewic in diversis particulis, quarum due acre et dimidia in Geselingbane cum prato adiacente quarum una acra iacet inter terram Galfridi Cissoris de Huntew[i]c et terram Iohannis Sleth de eadem, et una acra iacet inter terras predictorum Galfridi et Iohannis Sleth, et una perticata iacet inter terram dicti Iohannis Sleth et terram meam, et una perticata iacet inter terram dicti Galfridi et terram quondam Symonis Pauian et una perticata iacet in Neubrek' [inter terras] predictorum Galfridi et Iohannis Sleth; tenend' et habend' dictis Iohanni et Matild[i] et heredibus vel assignatis suis de me et *[f174v]* heredibus meis libere, quiete, integre et pacifice, cum omnibus libertatibus et aysiamentis ad dictam terram pertinentibus inperpetuum, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis vel assignatis per predictum servitium duo grana piperis ad natale Domini pro omni servitio seculari et demand[a]. Ego vero Willelmus et heredes mei predictam terram cum omnibus pertinentiis suis dictis Iohanni et Matild[i] et heredibus suis vel assignatis per predictum servitium in omnibus et contra omnes homines inperpetuum warantizabimus, acquietabimus et defendemus. Et ut hec mea donatio, concessio et confirmatio robur perpetue firmitatis optineat presentem cartam sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

[a] ms *interras.*

Note: Date based on William son of Robert of Huntwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 1241, 1251** for further information on dating, donors and tenants.

1255. Sale and quitclaim by William son of Robert of Huntwick to John son of Assolf of Hardwick of all his right and claim to 3$^{1/2}$ acres of arable land in the fields of Huntwick [Wragby, various locations described] which Beatrice widow of Henry of Huntwick held in dower. For this John gave William a sum of money. f174v/p. 424

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Willelmi filii Roberti de Huntewic.

Omnibus Cristi et cetera Willelmus filius Roberti de Huntewic salutem in Domino. Noveritis me concessisse et omnino quietum clamasse de me et heredibus meis Iohanni filio Assolf de Herdewic et heredibus vel assignatis suis pro quadam summa peccunie quam mihi dedit pre manibus totum ius meum et clamium quod habui vel aliquo tempore habere potero in tribus acris et dimidia terre arabilis cum omnibus pertinentiis suis quas Beatrix relicta Henrici de Huntewic tenet nomine dotis iacentibus in campo de Huntewic in diversis particulis, quarum dimidia acra iacet in Brakenlay inter terram meam et terram Iohannis Sleth, et dimidia roda iacet apud Robinsic inter terram quondam meam et terram prioris sancti Oswaldi, et una dimidia acra iacet in Furlanges de Huntewichill' inter terram Galfridi Cissoris et terram quondam Symonis Pauean et una roda iacet in Huntewicslac inter quondam meam et regiam viam que vocatur Bramehamegate, et una acra iacet in Oldemor in diversis particulis, cuius dimidia acra iacet inter terram Galfridi Cissoris et terram quondam Symonis Pauean, et una roda iacet inter terram quondam meam et terram Galfridi Cissoris, et una roda iacet inter terram quondam meam et terram dicti Galfridi, et una dimidia acra iacet in Huntew[i]cbreck' in diversis particulis, cuius una dimidia roda iacet inter terram quondam meam et regiam viam que ducit ad villam de Huntew' et abuttat super ortum quondam Symonis Paueam, et dimidia roda iacet inter terram quondam meam

et terram Galfridi Cissoris, et una roda iacet inter terram quondam meam et terram dicti Galfridi. Ita scilicet quod nec ego Willelmus nec heredes mei nec aliquis per me aliquod ius vel clamium in predicta terra cum pertinentiis suis imposterum exigere vel vendicare poterimus. Ut igitur hec mea concessio et quietaclamatio robur perpetuum optineat presens scriptum sigilli mei inpressione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William son of Robert of Huntwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 1241, 1251** for further information on dating, donors and tenants. This land was Beatrice wife of Henry of Huntwick's *maritagium* **[no. 1270]**.

1256. Grant with warranty by William son of Robert of Huntwick to John son of Assolf of Hardwick of 3 acres of arable land in the fields of Huntwick [Wragby, various locations described], rendering annually to William 2 peppercorns. f174v/p. 424

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Sciant et cetera quod ego Willelmus filius Roberti de Huntew[i]c dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Iohanni filio Assolf de Herdew[i]c pro quadam summa peccunie quam mihi dedit pre manibus tres acras terre arabilis cum pertinentiis suis iacentes in campo de Huntewic, quarum una acra iacet in Brakenleye inter terram meam et terram prioris sancti Oswaldi, et una dimidia acra iacet apud Robinsic cum prato adiacente inter terram Galfridi de Huntew[i]c et terram Willelmi de Prestona clerici, et dimidia perticata iacet apud Bonderodes inter terram meam et terram Willelmi de Herdewic, et una dimidia acra iacet apud eundem locum qui vocatur Bonderodes inter terram dicti prioris et regiam viam que vocatur Bramehamgate, et una dimidia acra iacet apud Huntew[i]chill' inter terram Iohannis Sleth et terram dicti Galfridi, et una perticata et dimidia iacent apud Huntewicslac inter terram meam et dictam regiam viam que vocatur Bramehamgate; tenend' et habend' predicto Iohanni et heredibus vel assignatis suis de me et heredibus meis libere, quiete, integre cum omnibus libertatibus et aysiamentis dicte terre pertinentibus infra dictam villam de Huntew[i]c et extra, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis duo grana piperis ad natale Domini pro omni servitio seculari, exactione et demanda. Et ego Willelmus filius Roberti et heredes mei predictam terram cum omnibus pertinentiis suis predicto Iohanni et heredibus vel assignatis suis pro predicto servitio in omnibus et contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. Et ut hec mea donatio, concessio et confirmatio robur perpetuum optineat sigilli mei et cetera.

Note: Date based on William son of Robert of Huntwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 1241, 1251** for further information on dating, donors and tenants.

1257. Grant with warranty by John son of Assolf of Hardwick to the prior and canons of all his land with meadow in Huntwick, namely the land which William son of Robert had granted to John. In exchange for this the prior and canons gave John half a bovate of land in [West] Hardwick [Wragby]. ff174v-175r/pp. 424-25

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Iohannis Assolf [*sic*].

Sciant et cetera quod ego Iohannes filius Assolf de Herdewic dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo et eorum successoribus in exscambium unius dimidie bovate terre in Herdewic totam terram meam cum prato et omnibus pertinentiis suis sine aliquo retenemento quam habui in villa et territorio de Huntewic ex donatione Willelmi filii Roberti de eadem; [*f175r*]

tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus vel assignatis libere, quiete, pacifice et integre cum omnibus pertinentiis suis inperpetuum. Et ego dictus Iohannes et heredes mei totam predictam terram cum prato et omnibus aliis pertinentiis suis dictis priori et conventui pro predicto exscambio warantizabimus et defendemus contra omnes homines inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on William son of Robert of Huntwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 1241, 1251** for further information on dating and donors. The document recording the bovate in West Hardwick which John received in exchange does not survive in the Cartulary [see Chapter V]. The land granted by William son of Robert was described above [**nos. 1251-56**].

Note for **nos. 1258-64**. The documents which follow record the grants made by William son of Robert of Huntwick to William, the baker, of Hardwick and his son Ralph, the clerk, of Hardwick. William, the baker, occurred as a witness to transactions in Purston [Jaglin] in the last half 13th century [**no. 735**]. William, the baker, was dead by 1294 when his son and heir Ralph, the clerk, of Hardwick quitclaimed to Nostell Priory certain of his father's lands [**no. 1229**]. Some of William's neighbouring land holders occurred elsewhere in the Cartulary: Richard of Douudale was mentioned as a tenant in Huntwick near Geoffrey son of John le Parker [**nos. 1244, 1259**]; Geoffrey, the tailor, was granted land by William son of Robert of Huntwick [**nos. 1245, 1259, 1260**]. Ralph may have also had a son Gilbert who held land in Hardwick [**no. 775**]. Transactions by Ralph, the clerk, of Hardwick were probably completed in the late 13th century.

1258. Grant with warranty by William son of Robert of Huntwick to William, the baker, of Hardwick of 5 acres of land in the field of Huntwick [Wragby, various locations described], rendering annually to William son of Robert a half-penny. For this William the baker gave William son of Robert of Huntwick a sum of money. f175r/p. 425

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta W. filii Roberti de Huntewic.

Omnibus Cristi et cetera Willelmus filius Roberti de Huntewic salutem in Domino sempiternam. Novitis [*sic*] me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Willelmo Pistori de Herdewic et heredibus suis pro quadam summa peccunie quam mihi dedit pre manibus quinque acras terre in campo de Huntweic in partibus divisis iacentes, quarum una acra iacet super Harehuntewic inter terram Iohannis de Huntewic et terram Thome de eadem, et una acra iacet super Heyhuntewic inter terras predictorum Iohannis et Thome, et due acre terre iacent super Esthillis in duabus partibus inter terras predictorum Iohannis et Thome, et una acra iacet super Bonderodes inter terram prioris et conventus de sancto Oswaldo et terram Ade Plothman; tenend' et habend' sibi et heredibus suis vel quibuscumque dare, vendere, legare vel assignare voluerit libere, quiete, pacifice et integre, cum omnibus libertatibus communis pasturis et aliis aysiamentis tante terre pertinentibus in campo de Huntewic et extra, reddendo inde annuatim mihi vel heredibus meis unum obolum die natale Domini pro omnibus servitiis secularibus, consuetudinibus, exactionibus et demand[is]. Et ego vero Willelmus filius Roberti et heredes mei totam predictam terram cum libertatibus sicut prescriptum est dicto Willelmo et heredibus suis pro predicto servitio in omnibus et contra omnes warantizabimus, acquietabimus et perpetue defendemus. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on William the baker of Hardwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1241** and **no. 1258** for these individuals.

1259. Grant and confirmation with warranty by William son of Robert of Huntwick to William of Hardwick, the baker, of land in the fields of Huntwick [Wragby, various locations described], rendering annually to William son of Robert of Huntwick a half-penny. f175r/p. 425

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Omnibus hoc scriptum et cetera Willelmus filius Roberti de Huntew[i]c salutem in Domino sempiternam. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Willelmo de Herdewic pistori et heredibus suis vel assignatis pro quadam summa peccunie quam mihi dedit pre manibus subscriptas partes terre in campis de Huntewic super Esthill' in diversis partibus iacentes, quarum una pars iacet inter terras Galfridi Cissoris et Iohannis de Huntewic, et una pars inter terras Iohannis de Huntewic et Ricardi de Douuedale, et una pars inter terras predicti Iohannis et Willelmi Syre, et una pars inter terras Ricardi de Douuedale et Willelmi Syre, et super le Brec in locis diversis partes subscriptas: quarum una pars iacet inter terras predicti Iohannis et predicti Galfridi, et una pars inter terras eiusdem Galfridi et Ricardi de Douuedale, et una pars inter inter [*sic*] terras predicti Iohannis et predicti Galfridi, et una pars inter terras eiusdem Iohannis et eiusdem Galfridi, et una roda cuius caput buttat super veterem pontem et aliud super viam que dictur Bramehamgate, et tres selliones inter terras Iohannis et Galfridi; et super Harehuntewic partes subscriptas, quarum una pars iacet [super *dotted for deletion*] inter terras Iohannis et Ricardi de Douuedale, et una pars inter terras Iohannis et Willelmi de Huntewic; et super Heyhuntewic partes subscriptas, quarum una pars iacet inter terras Iohannis et Galfridi, et una pars inter terras prioris de sancto Oswaldo et Willelmi Pistoris; et super Bonderodes partes subscriptas, quarum una pars iacet inter terras predicti prioris et Rad[ulfi] de Coquina, et una pars inter terras prioris et eiusdem Rad[ulfi]; tenend' et habend' sibi et heredibus suis vel quibuscumque assignare, dare vel vendere voluerit, libere, quiete, pacifice et integre cum omnibus libertatibus communis pasturis et aliis aysiamentis tante terre pertinentibus in campo de Huntewic et extra, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unum obolum ad natale Domini pro omnibus servitiis secularibus, consuetudinibus, exactionibus et demand[is]. Et ego Willelmus et heredes mei vel assignati quicumque predictam terram cum pertinentiis sicut prescriptum est eidem Willelmo et heredibus suis vel assignatis pro predicto servitio in omnibus et contra omnes gentes et dotes mulierum warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum et cetera.

Note: Date based on William, the baker, of Hardwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 1241, 1258** for these individuals.

1260. Grant and confirmation with warranty by William of Huntwick to Ralph the clerk of Hardwick of 5 selions of land [described in Huntwick and West Hardwick], rendering annually to William a rose. For this Ralph gave William a sum of money. ff175r-v/pp. 425-26

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Sciant et cetera quod ego Willelmus de Huntew[i]c dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Rad[ulfo] clerico de Herdewic et heredibus suis vel cuicumque religioso vel seculari dare, vendere vel assignare voluerit pro quadam summa peccunie mihi pre manibus data quinque seliones terre iacentes super Heyehuntewic, videlicet inter terram Iohannis de Huntew[i]c ex una parte et terram Galfridi Cissoris de eadem ex altera, que dicte seliones buttant super le Slack' una cum octo buttis buttantibus super gardinum predicti

Iohannis cum quadam perticata prati iacente inter dictas seliones et buttans; habend' et tenend' de me et heredibus meis sibi et heredibus suis bene et in pace et hereditarie [*f175v*] cum omnibus pertinentiis et aysiamentis infra villam vel extra predicte terre spectantibus, reddendo inde mihi et heredibus meis unam rosam in natali sancti Iohannis Baptiste pro omnibus servitiis secularibus, secta curie, consuetudinibus et demand[is]. Et ego Willelmus et heredes mei dictam terram cum pertinentiis predicto Rad[ulfo] et heredibus suis vel assignatis sicut predictum est contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei et cetera.

Note: Date based on Ralph the clerk of Hardwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 1241, 1258** for these individuals.

1261. Sale with warranty by William son of Robert of Huntwick to William of Hardwick, the baker, of an acre of land containing 4 selions of land in the field of Huntwick [described], rendering annually to William son of Robert of Huntwick a rose. f175v/p. 426

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta W. filii Roberti de Huntew[i]c.

Omnibus Cristi et cetera Willelmus filius Roberti de Huntewic salutem in Domino sempiternam. Noveritis me dedisse, concessisse Willelmo de Herdewic pistori et heredibus suis pro quadam summa peccunie quam mihi dedit pre manibus unam acram terre continentem in se quatuor seliones terre in campo de Huntewic iacentis super Esthill' inter terram Iohannis de Huntew[i]c et viam que vocatur Bramehamgate; tenend' et habend' sibi et heredibus suis libere, quiete, pacifice et integre, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unum florem rose die natalis sancti Iohannis Baptiste pro omni servitio seculari, exactione et demand[a]. Et ego Willelmus filius Roberti et heredes mei predictam terram predicto Willelmo et heredibus suis pro predicto servitio in omnibus et contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et perpetue defendemus. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on William, the baker, of Hardwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 1241, 1258** for these individuals.

1262. Grant by William, the baker, of Hardwick of all his land and meadow in [West] Hardwick, namely that land which Robert of Huntwick and his son William granted to William, the baker, of Hardwick. In exchange for this the prior and canons granted to William the baker half a bovate of land in [West] Hardwick. f175v/p. 426

[late 13th century, before 1294]

Rubric: C[arta] Willelmi Pistoris de Herdewic.

Sciant et cetera quod ego Willelmus pistor de Herdewic dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo et eorum successoribus in exscambium unius dimidie bovate terre in Herdewic totam terram meam cum prato et omnibus pertinentiis suis sine aliquo retenemento quam habui in villa et territorio de Huntewic ex donatione Roberti de Huntewic et Willelmi filii eius; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus vel assignatis libere, quiete, pacifice et integre, cum omnibus pertinentiis suis inperpetuum. Et ego dictus Willelmus pistor de Herdewic et heredes mei totam predictam terram cum prato et omnibus aliis pertinentiis suis dictis priori et conventui et eorum successoribus pro predicto excambio warantizabimus et defendemus inperpetuum contra omnes homines. In cuius rei et cetera.

Note: Date based on William, the baker, of Hardwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 1241, 1258** for these individuals. The land granted by Robert son of Henry of Huntwick was granted in the mid-13th century [**no. 1264**]. The land granted by William son of Robert was probably granted in the late 13th century [**nos. 1258, 1259**]. The document which recorded the half bovate in Hardwick which William, the baker, received in exchange for this grant does not survive in the Cartulary. Ralph son of William also granted all his land in Huntwick [**no. 1263**]. William, the baker, was dead by 1294, see note preceding **no. 1258**.

1263. Grant by Ralph son of William, the baker, of Hardwick to the prior and canons of all his land with meadow in Huntwick, namely the land which William son of Robert of Hardwick granted to Ralph. f175v/p. 426

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta eiusdem.

Sciant et cetera quod ego Rad[ulfus] filius Willelmi Pistoris de Herdewic dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo totam terram meam cum prato et omnibus pertinentiis suis sine aliquo retenemento quam habui in villa et territorio de Huntewic ex donatione Willelmi filii Roberti de eadem; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus vel assignatis libere, quiete, pacifice et integre, cum omnibus pertinentiis suis inperpetuum. Et ego dictus Rad[ulfus] et heredes mei totam predictam terram cum prato et omnibus aliis pertinentiis suis dictis priori et conventui et eorum successoribus warantizabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on Ralph the clerk of Hardwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **nos. 1241, 1258** for these individuals. Ralph had received 5 selions from William of Huntwick [**no. 1260**]. Ralph also quitclaimed to Nostell Priory all his holdings in Hardwick and Huntwick which may have included the land he inherited from his father [**nos. 1229, 1264**].

1264. Grant with warranty by Robert son of Henry of Huntwick to William, the baker, of Hardwick of the part of his land called Scorttebuttes with meadow in the field of Huntwick [boundaries described], rendering annually to Robert a rose. For this William gave Robert a sum of money. f175v/p. 426

[mid x late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Roberti filii Henrici de Huntewic.

Sciant et cetera quod ego Robertus filius Henrici de Huntewic dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo pistori de Herdewic et heredibus suis vel assignatis quamdam partem terre mee cum prato adiacente in campo de Huntewic que vocatur Scorttebuttes et terra prioris sancti Oswaldi iacet ex utraque parte predicte terre et caput orientale buttat super rivulum quondam Roberti Clercheuid et capud boriale buttat super terram quondam Thome de Huntewic que vocatur le Greve; habend' et tenend' sibi et heredibus suis vel assignatis de me et heredibus meis libere, quiete, integre et pacifice, cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus et aysiamentis ad predictam terram spectantibus infra villam de Huntewic et extra, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unam rosam ad festum sancti Iohannis Baptiste pro omnibus servitiis, consuetudinibus et demand[is]. Pro hac vero donatione, concessione et presentis carte confirmatione dedit mihi dictus Willelmus quamdam summam peccunie in mea necessitate. Ego vero Robertus et heredes mei predictam terram cum prato prefato Willelmo et heredibus suis vel assignatis warantizabimus, acquietabimus et defendemus pro predicto servitio contra omnes inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on Robert son of Henry of Huntwick and William, the baker, of Hardwick, see note preceding nos. 1241, 1258. See note no. 1263.

1265. Sale and quitclaim by William son of Peter son of Walter 'of Huntwick' once 'of Pontefract' to Geoffrey of Huntwick of all right and claim to a bovate of land with a capital manor in Huntwick, namely that bovate which William's grandfather Walter of Huntwick and wife Agnes granted to John 'called of Richmond', the parker, late of Pontefract in marriage with Margaret his wife. For this Geoffrey gave to William a sum of money. ff175v-176r/pp. 426-27

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta W. filii Petri filii Walteri de Huntew[i]c.

Universis ad quos et cetera Willelmus filius Petri filii Walteri dicti de Huntewic de Pontefracto salutem eternam in Domino. Noveritis me dimisisse, concessisse et inperpetuum de me et heredibus meis quietumclamasse Galfrido de Huntewic Cissori pro quadam summa peccunie quam mihi dedit pre manibus totum ius meum et clamium quod habui, habeo aut habere potero in una bovata terre cum capitali manerio in Huntewic, scilicet in illa bovata terre cum pertinentiis quam Walterus de Huntewic, avuus[a] meus et Agnes uxor eius quondam dederunt in maritagio Iohanni dicto de Richemund parcario quondam de Pontefracto cum Margareta uxore sua; *[f176r]* tenend' et habend' dicto Galfrido et heredibus suis aut suis assignatis inperpetuum. Ita quod ego Willelmus aut heredes mei aut aliquis pro me vel per me aut nomine meo aut heredum meorum aliquid iuris vel clamii in dicta bovata terre aut in dicto manerio cum pertinentiis aliquo tempore exigere aut vendicare non poterimus. In cuius et cetera.

[a] ms sic for *avus.*

Note: Date based on Geoffrey son of John le Parker, see note preceding no. 1241. William son of Peter was Geoffrey's cousin, both were grandsons of Walter and Agnes of Huntwick. This land was granted to Margaret in marriage [no. 1266]. William's confirmation suggests that he may have had rights to this land, also see the quitclaim issued by Ralph Bere [no. 1243]. Geoffrey granted all his land in Huntwick to Nostell Priory in October 1291 x 1294 in exchange for land in Hardwick [nos. 1233, 1248]; this quitclaim may have been time coincident with that exchange.

1266. Grant with warranty by Walter of Huntwick and Agnes his wife to John of Richmond, le parker, 'late of Pontefract' in marriage with their daughter Margaret of a bovate of land in Huntwick, namely that which William of Kinsley quitclaimed to Walter and Agnes and which Robert of Doncaster and Wymarc his wife once held of William, rendering annually to Walter and Agnes 15*d.* f176r/p. 427

[early x mid-13th century]

Rubric: Carta Walteri de Huntew[i]c.

Sciant et cetera quod ego Walterus de Huntewic et Agnes uxor mea dedimus, concessimus et hac presenti carta nostra confirmavimus Iohanni de Richemundia parcario quondam de Pontefracto in libero maritagio cum Margar[eta] filia nostra unam bovatam terre in territorio de Huntewic, illam scilicet quam Willelmus de Kineslay nobis vel heredibus nostris et assignatis nostris de se et heredibus suis quietam clamavit per cartam suam quam quidem Robertus Doncastrie et Wymarc uxor eius de ipso Willelmo quondam tenuerunt; tenend' et habend' de nobis et heredibus nostris sibi et heredibus qui de dicta Margar[eta] exibunt cum omnibus libertatibus in pasturis, in pratis et cum aysiamentis omnibus infra villam de Huntewic et extra ad dictam terram pertinentibus libere, quiete, pacifice et integre, reddendo inde annuatim nobis et heredibus nostris xv. denarios pro omnibus servitiis, exactionibus et demand[is], scilicet vj. denarios ad festum sancti Martini, vj. denarios ad Pentecost' et iij. denarios ad festum sancti Egidii. Nos vero et heredes nostri predicto Iohanni et

Margarete et eorum heredibus qui de ipsa Margareta exibunt predictam terram cum pertinentiis contra omnes homines warantizabimus inperpetuum et defendemus. Ut autem hec nostra donatio, concessio et presentis carte confirmatio robur perpetue firmitatis optineant hoc presens scriptum sigillorum nostrorum appositione corroboravimus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Walter of Huntwick, see note preceding **no. 1243** for dating and further information. This land was granted to Nostell Priory by Geoffrey son of John and Margaret [**nos. 1233, 1248**].

1267. Grant with warranty by William of Huntwick to William Slexth [?Sleyth] half an acre of land in the field of Hauerhuntwick [Huntwick, Wragby], rendering annually to William a rose. f176r/p. 427

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Willelmi de Huntewic.

Sciant et cetera quod ego Willelmus de Huntewic dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Willelmo Slexth et heredibus suis vel assignatis unam dimidiam acram terre in campo de Hauerhuntewic iacentem inter terram Galfridi de Huntewic et terram Ricardi de Douuedale; tenendam et habendam de me et heredibus meis sibi et heredibus suis in feudo et hereditate, libere, quiete et pacifice cum pertinentiis ad tantam terram spectantibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unam rosam in die sancti Iohannis Baptiste pro omni servitio seculari, exactione, consuetudine et demanda. Ego vero dictus Willelmus de Huntewic et heredes mei dictam dimidiam acram terre predicto Willelmo Slexth et heredibus suis warantizabimus, acquietabimus et contra omnes homines inperpetuum defendemus. Et ut hec mea donatio et huius rei confirmatio rata et stabilis perseveret presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on William son of Robert of Huntwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1241** for further information concerning William of Huntwick. William Slexth or Sleyth does not reoccur in the Cartulary although he may have been related to Henry and John Sleyth [see note preceding **no. 1129**]. Richard Douudale and Geoffrey of Huntwick occur elsewhere in the Cartulary [see note preceding **no. 1258**].

1268. Grant with warranty by William son of Robert of Huntwick to Henry son of Peter the carpenter of a toft with 5 selions of land in Huntwick, namely that which Henry once leased from William, rendering annually a half-penny. f176r/p. 427

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Willelmi filii Roberti de Huntewic.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Willelmus filius Roberti de Huntewic salutem in Domino. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Henrico filio Petri carpentar[ii] et heredibus vel assignatis suis unum toftum et quinque seliones terre cum pertinentiis in villa et territorio de Huntewic, illa scilicet toftum et terram que idem Henricus aliquando de me tenuit ad terminum; habend' et tenend' sibi et heredibus suis de me et heredibus meis libere, quiete et integre, cum omnibus libertatibus et aysiamentis tante terre pertinentibus infra villam de Huntewic et extra, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unum obolum die natali Domini pro omni servitio seculari, exactione et demand[a]. Et ego Willelmus et heredes mei predictam terram et toftum sicut predictum est eidem Henrico et heredibus vel suis assignatis warantizabimus, acquietabimus et defendemus per predictum servitium contra omnes gentes inperpetuum. In cuius et cetera.

Note: Date based on William son of Robert of Huntwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1241** for further information on William of Huntwick. Henry son of Peter was probably

Henry Sleyth who held land from Rayner of Ackton and was mentioned as a tenant in the Huntwick charters [nos. 1234, 1235, note preceding no. 1258].

1269. Grant by Alot daughter of Beatrice of Huntwick in her widowhood to the prior and canons of any right or claim to 1$^{1/2}$ perches of land in Huntwick [described]. f176r/p. 427

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Charter Alot filie Beatricis de Huntew[i]c.

Sciant et cetera quod Alot filia Beatricis de Huntew[i]c in pura viduitate[a] mea et legitima potestate dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi priori et conventui de sancto Oswaldo et eorum successoribus unam perticatam terre et dimidiam in territorio de Huntewic iacentem inter terras Iohannis Sleth de Huntewic et abuttat ad unum caput super terram Ricardi de Douuedale et ad aliud super Huntewicslack'; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum omnibus pertinentiis suis, aysiamentis et communis infra villam de Huntew[i]c et extra pertinentibus. Ita quod nec ego dicta Alot nec heredes mei nec aliquis ex parte nostra ius vel clamium in dicta terra cum suis pertinentiis decetero poterimus vendicare vel quoquomodo exigere. Et ego dicta Alot et heredes mei dictam terram cum suis pertinentiis dicto priori et conventui et eorum successoribus contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei et cetera.

[a] ms corrected from *viduiatate.*

Note: Date based on Beatrice wife of Walter of Huntwick. See note preceding no. 1243 for Walter and his descendants. This land may have been part of Beatrice's dower lands. Alot also quitclaimed to Nostell Priory other lands in Huntwick [no. 1270]. This document and the one which follows may have been necessitated by William son of Roberts grant of the land to John son of Assolf [no. 1255].

1270. Grant and quitclaim by Alot daughter of Beatrice of Huntwick in her widowhood of all right and claim to a toft called Godefraycroft in Huntwick and the annual rent of 3*s* from Robert of Huntwick for 2 *culture* of land in Huntwick, namely the toft with the rent of Hugh of Toulston which Henry of Huntwick granted in free marriage with Beatrice mother of Alot. ff176r-v/pp. 427-28

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta eiusdem.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Alot filia Beatricis de Huntewic salutem in Domino. Noveritis me in viduitate mea et libera potestate concessisse et omnino imperpetuum *[f176v]* quietum clamasse priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostell' et eorum successoribus totum ius et clamium quod habui et unquam habere potui in quodam tofto in Huntewic quod vocatur Godefraycroft et in annuo redditu trium solidorum de Roberto de Huntewic et heredibus suis ad duos anni terminos percipiend' pro duabus culturis in territorio de Huntewic iacentibus, quod quidem toftum cum redditu Hugonis de Touleston Henricus de Huntewic in libero maritagio cum Beatrice matre mea contulit et ipsa Beatrix mater mea in libera viduitate et potestate sua mihi postea libere dedit et concessit; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Ita quod nec ego Alot predicta nec heredes mei nec aliquis ex parte nostra in dictis tofto et annuo redditu aliquod ius vel clamium de cetero poterimus exigere vel vendicare. Et ut hec mea concessio et quietaclamatio rata et stabilis perseveret presenti scripto sigillum meum et cetera.

Note: Date based as in no. 1269. See note preceding no. 1241.

1271. Quitclaim and confirmation with warranty by William son of Robert of Huntwick to the prior and convent of all his right or claim of a *cultura* of land in Huntwick [boundaries described] and he confirms the grant made by his father Robert, with his body, of a *cultura* with meadow in Huntwick. f176v/p. 428

[mid x late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta W. filii R. de Huntew[i]c.

Sciant quod ego Willelmus filius Roberti de Huntewic dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi de me et heredibus meis et omnino quietumclamavi imperpetuum dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel et eorum successoribus totam culturam meam in Huntewic sine retenemento cum prato et arbustis ibidem crescentibus sicut includitur fossatis et iacet in longitudine inter Adamfeld ex parte boriali et Walterrode ex parte meridionali et in latitudine inter Huntewic lane ex parte orientali et Depker ex parte occidentali; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam cum omnibus pertinentiis suis, aysiamentis et communis infra villam de Huntewic et extra pertinentibus. Ita quod nec ego Willelmus predictus nec heredes mei nec aliquis ex parte nostra ius vel clamium in dicta cultura cum suis pertinentiis et aysiamentis de cetero poterimus vendicare vel quoquomodo exigere. Concedo etiam et confirmo dictis priori et conventui et eorum successoribus in liberam, puram et perpetuam elemosinam quamdam culturam cum prato sicut iacet integre inter [culturam *dotted for deletion*] publicam stratam versus Huntewic et fossat[a] de Scarwestona quam Robertus pater meus dicto monasterio cum corpore suo legavit solutam et quietam ab omni servitio seculari, consuetudine, exactione et demanda. Et ego Willelmus predictus et heredes mei ac successores dictas culturas dominis priori et conventui et eorum successoribus sicut predictum est in omnibus et contra omnes gentes warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei et cetera.

Note: Date based on William son of Robert of Huntwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1241** for dating and further information on donors. Robert son of Henry of granted all his land in Huntwick to Nostell Priory with his body [**no. 1242**]. William son of Robert also issued a separate quitclaim to Nostell Priory of all his land and tenements in Huntwick which may not have been time coincident [**no. 1272**].

1272. Quitclaim by William son of Robert of Huntwick to the prior and convent of all lands and tenements in Huntwick. f176v/p. 428

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Item carta eiusdem.

Omnibus presens scriptum et cetera Willelmus filius Roberti de Huntewic salutem in Domino. Noveritis me concessisse, sursum reddidisse et omnino quietum clamasse de me et heredibus meis inperpetuum dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostell' totum ius et clamium quod habui vel habere potui seu in posterum habere potuero in omnibus terris et tenementis in villa et territorio de Huntewic in toftis et croftis, moris, pratis, pascuis et pasturis et omnibus aliis eiusdem ville pertinentiis et aysiamentis sine retenemento. Ita quod nec ego Willelmus predictus nec heredes mei nec aliquis ex parte nostra in predictis terris vel tenementis nec in eius pertinentiis vel aysiamentis ius vel clamium de cetero poterimus exigere vel quoquomodo vendicare. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on William son of Robert of Huntwick and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. See note preceding **no. 1241** for further information concerning the benefactor. This document may have been

issued much later than **no. 1271** which confirmed his father's grant and a *cultura* in Huntwick, as this charter suggests he has quitclaimed all his land in Huntwick.

1273. Grant and quitclaim by Alice late the daughter of Robert of Huntwick in her widowhood to Walter of Huntwick of all her claim or right to land in the field of Huntwick which she held. For this Walter gave to Alice a sum of money. f176v/p. 428

[mid x late 13th century]

Rubric: Carta Alicie filie Roberti de Huntewic.

Sciant et cetera quod ego Alicia quondam filia Roberti de Huntewic in libera potestate mea dedi, concessi et quietum clamavi et hac presenti carta mea confirmavi Waltero de Huntewic totum ius et clamium quod habui vel habere potui in terra quam habui quondam in campo de Huntewic pro peccunia sua quam mihi dedit pre manibus in mea magna necessitate; tenend' et habend' sibi et heredibus suis et assignatis libere, quiete et pacifice sine aliqua calumpnia, ita videlicet quod nec ego nec aliquis heredum meorum aliquod ius vel clamium de cetero habere poterimus. Hiis testibus et cetera.

Calendared: Holmes, 'Dodsworth Notes', *YAJ*, vol XI, p. 63 no. 8.

Note: Date based on Robert son of Henry of Huntwick and Walter of Huntwick. See note preceding **nos. 1241, 1243.** Homes and Dodsworth transcribed this document as having been issued by Alice 'late wife' of Robert of Huntwick [Holmes, Dodsworth Notes, p. 63 no. 8]. Robert of Huntwick and Walter of Huntwick were contemporaries and both occurred in the mid 13th century. No grant of land from Robert of Huntwick to Walter of Huntwick remains in the Cartulary and the necessity for this quitclaim and the land in question is thus not clear.

1274. Quitclaim by William of Kinsley to Walter of Huntwick of all right and claim to a bovate of land in Huntwick, namely that which Robert Doncaster and Wymarc his wife held, saving to William the annual rent of 15*d*. f176v/p. 428

[first half 13th century]

Rubric: Carta Willelmi de Kinneslay.

Sciant et cetera quod ego Willelmus de Kinneslay concessi et quietum clamavi et hac presenti carta mea confirmavi Waltero de Huntewic et heredibus et assignatis suis totum ius et clamium quod habui vel quod habere potui in una bovata terre in territorio de Huntewic, illam scilicet quam Robertus Donecastrie et Wymarc uxor eius quondam tenuerunt. Ita videlicet quod nec ego nec aliquis heredum meorum aliquod ius vel clamium de cetero in predicta terra habere poterimus preter xv. denarios per annum, scilicet vj. denarios ad festum sancti Martini in yeme et vj. denarios ad Pentecost' et tres denarios ad festum sancti Egidii. Hiis testibus et cetera. *[f177r]*

Note: Date based on William le Hore of Kinsley and Walter of Huntwick. Walter of Kinsley confirmed a grant to Nostell Priory during the mid-13th century [**nos. 876-78**]. Walter of Huntwick occurred in the early x mid 13th century [see note preceding **no. 1243**]. The bovate of land was granted by Walter of Huntwick as his daughter Marjorie's *maritagium* [**no. 1266**]. See note preceding **no. 1243** for further information concerning Walter of Huntwick and his descendants. William son of Peter son of Walter of Huntwick also quitclaimed his right to this land [**no. 1265**]. Geoffrey, son of Marjorie daughter of Walter granted this land to Nostell Priory in exchange for other land [**nos. 1233, 1248**].

1275. Grant by Rayner of Ackton to John Clerkheued of a *cultura* of land called Longlandes in Huntwick [boundaries described], rendering annually to Rayner a rose. f177r/p. 429

[mid x late 13th century]

Rubric: Carta Rayneri de Aiketon.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Raynerus de Ayk'ton salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Iohanni Clercheuid et heredibus suis vel cuicumque assignare voluerit pro homagio et servitio suo unam culturam terre in territorio de Huntewic, illam scilicet que vocatur Longlandes sicut iacet inter locum qui vocatur Rodeyerd ex una parte et Wercflat ex altera cum rivulo eidem terre adiacente; tenend' et habend' eidem Iohanni et heredibus suis vel cuicumque et quandocumque assignare voluerit de me et heredibus meis inperpetuum libere, quiete, integre, honorifice et pacifice, cum omnibus libertatibus et aysiamentis ad tantum tenementum pertinentibus infra villam de Huntewic et extra, reddendo inde mihi et heredibus meis annuatim unam rosam infra octabas nativitatis sancti Iohannis Baptiste pro omni servitio seculari, sectis curiarum, q<uorum>cumque fuerint, exactionibus et demandis. Ego vero Raynerus et heredes mei dictam terram cum rivulo prefato dicto Iohanni et heredibus suis vel assignatis contra omnes homines, dotes sive inpignorationes warantizabimus, acquietabimus et defendemus ubique inperpetuum. Ut autem hec mea donatio, concessio et confirmatio robur firmitatis optineat presenti scripto sigillum meum duxi apponendum et cetera.

Note: Date based on Rayner of Ackton and John Clerkheued. Rayner of Ackton was the son of Peter of Toulston and held land in Wragby in the early 13th century [*EYC* III, pp. 273-74] and occurred as late as 29 January 1271 and possible as late as 15 August 1275 [nos. 748, 1216, also see note preceding nos. 794, 1241]. John Clerkheued was the nephew of John de Vescy and occurred in the mid x late 13th century [see note no. 753]. John Clerkheued subsequently granted this land to John Colloc [no. 1276]. John Clerkheued granted to Nostell Priory all the land he held in Hardwick in 1253 x 1264 and this land may have been included [no. 782].

1276. Grant by John Clerkheued to John Colloc of a *cultura* of land called Longlandes in Huntwick, namely that which Rayner of Ackton granted to John Clercheued, rendering annually to Rayner a rose. As warranty John Clerkheued surrendered his charter from Rayner which contains Rayner's warranty for the land. f177r/p. 429

[mid x late 13th century]

Rubric: Carta Iohannis Clercheuid.

Omnibus et cetera Iohannes Clercheuid eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Iohanni Colloc pro homagio et servitio suo unam culturam terre in territorio de Huntewic quam habui de dono Rayneri de Ayketon que vocatur Longelandes, sicut iacet inter locum qui vocatur Rodeyers ex una parte et Wercflat ex altera cum rivulo eidem terre adiacente; tenend' et habend' dicto Iohanni et heredibus suis vel cuicumque et quandocumque assignare voluerit de predicto Raynero et heredibus suis inperpetuum libere, quiete, integre, honorifice et pacifice, cum omnibus libertatibus et aysiamentis ad tantum tenementum pertinentibus infra villam de Huntewic et extra, reddendo inde annuatim dicto Raynero et heredibus suis unam rosam infra octabas nativitatis sancti Iohannis Baptiste pro omni servitio seculari, sectis curiarum quorumcumque fuerint, exactionibus et demandis. Ut autem hec mea donatio, concessio et confirmatio robur firmitatis optineat presenti scripto sigillum meum duxi apponendum. Et ad maiorem huius rei securitatem tradidi dicto Iohanni cartam quam habui de sepe dicto Raynero de eodem tenemento in qua plenius continetur de warantizatione et aliis in ea contentis mihi et heredibus meis sive assignatis meis ab ipso et heredibus suis faciendis. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on John Clerkheued as in no. 1275. This was the land granted to John Clerkheued by Rayner of Ackton and the charter which John Clerkheued surrendered was probably no. 1275.

1277. Grant and confirmation by Beatrice daughter of William Admay of Huntwick to Mabel daughter of Elias of Huntwick of a half acre of land in Huntwick [two locations described], rendering annually to Beatrice a half-penny. For this Mabel gave to Beatrice a sum of money. f177r.3

[mid-13th century]

Rubric: Carta Beatricis filie Willelmi Admay'.

Sciant et cetera quod ego Beatrix filia Willelmi Admay de Huntewic dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Mabille filie Helye de eadem pro quadam peccunie summa quam mihi dedit pre manibus unam dimidiam acram terre in villa de Huntewic, unde dimidia perticata iacet super Brakenleye inter terram Iohannis filii Henrici Sleyth et terram Roberti de Huntewic, et una perticata et dimidia iacet super magnam rodam inter terram dictorum Iohannis et Roberti de Huntewic abuttans super Heselstathe; tenend' et habend' dicte Mabille et heredibus suis vel cuicumque assignare voluerit libere, quiete et integre cum omnibus libertatibus et aysiamentis ad predictam dimidiam acram terre spectantibus infra villam de Huntewic et extra, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unum obolum die purificationis beate Marie pro omni seculari servitio, exactione et demand[a]. Et ego Beatrix et heredes mei predictam dimidiam acram terre sicut iacet predicte Mabille et heredibus suis vel cuicumque assignaverit pro predicto servitio in omnibus et contra omnes warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. Ut igitur hec mea donatio et concessio et presentis carte mee confirmatio robur perpetue firmitatis optineat presenti scripto sigillum meum apposui et cetera.

Note: Date based on reference made to Henry Sleyth and Robert of Huntwick. Two of the neighbouring landholders occurred elsewhere in the Cartulary and provide a time frame: Henry Sleyth was granted land in Huntwick by Rayner of Ackton in the late 12th century x early 13th century and subsequently granted all his land to his son John by the last half 13th century [nos. 1235, 1236]; Robert [son of Henry] of Huntwick occurred in the mid-13th century and granted all his land to Nostell Priory [see note preceding no. 1241]. This suggests this transaction was in the mid-13th century. This was the same land which Mabel's husband William son of Simon of Preston, clerk, granted to Nostell Priory [no. 1278].

1278. Grant by William son of Simon of Preston, clerk, with consent of Mabel his wife to the prior and canons of half an acre of land in Huntwick [two locations described], rendering annually to the chief lord of the fee a half-penny. For this the prior and canons gave William a sum of silver [money]. f177r/p. 429

[mid/late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta Willelmi filii Symonis de Prestona.

Omnibus Cristi et cetera Willelmus filius Symonis de Prestona clericus salutem in Domino sempiternam. Noveritis me de consensu et voluntate expressa Mabill[e] uxoris mee, dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi super Nostell' et canonicis ibidem Deo servientibus pro quadam summa argenti quam mihi pre manibus dederunt dimidiam acram terre in territorio de Huntewic, cuius dimidia perticata iacet super le Brakenleye inter terram Iohannis filii Henrici Sleyth et terram Roberti de Huntewic, et una perticata et dimidia iacet super magnam rodam inter terram dicti Iohannis et terram dicti Roberti buttans super Hesilstathe et Holwent; habendum et tenendum dictis canonicis et eorum successoribus libere, quiete et integre, bene et in pace, cum omnibus libertatibus et aysiamentis ad dimidiam acram terre predictam spectantibus, reddendo inde annuatim capitali domino unum obolum die purificationis beate Marie pro omni terreno servitio et seculari exactione. Et ego Willelmus predictus et heredes mei

predictam dimidiam acram terre cum suis pertinentiis sicut predictum est, predictis canonicis et eorum successoribus contra omnes homines et mulierum dotes warantizabimus, acquietabimus et inperpetuum defendemus. In cuius rei testimonium presenti carte sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera. [*f177v. Both folios f177v and f178r were paginated as p. 430. See Chapter V and Table V-A*]

Note: Date based on mention of John son of Henry of Sleyth and John son of Henry of Sleyth and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Two of the mentioned neighbouring landholders occurred elsewhere in the Cartulary and provide a time frame: John of Sleyth was married to Alice daughter and co-heiress of Hugh (II) Gernon and his father Henry of Sleyth granted all his land to his son John in the last half 13th century [nos. 1235-6, see note preceding no. 1129]. Robert of Huntwick was also a tenant of Huntwick in the mid-13th century [note preceding no. 1241]. This transaction must have followed the grant of this land to Mabel by Beatrice daughter of William Admay of Huntwick [no. 1277].

1279. Quitclaim by William Pogge son and heir of William Pogge of Warmfield to the prior and convent of all right and claim of a bovate of land in Warmfield, namely that bovate where 2 parts were held of the canons by his father and one part which Semay Colle in her widow's dower holds a life tenancy reverting to the canons on her death, saving to William Pogge that messuage belonging to the bovate which Semay Colle also held the third part as her dower, rendering annually to the canons 1*d.* f177v/p. 430

[12th x 13th centuries, before 1294, possibly 13th century]

Rubric: Carta Willelmi Pogge.

Omnibus et cetera Willelmus Pogge filius et heres Willelmi Pogge de Warnefeld salutem in Domino. Noveritis me dedisse, concessisse, sursumque reddidisse dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo totum ius et clamium quod habui vel in posterum habere potero in una bovata terre cum suis pertinentiis in Warnefeld, cuius quidem bovate terre duas partes dictus Willelmus Pogge pater meus de predictis priore et conventu tenuit et tertiam partem eiusdem tenet Symay Colle nomine dotis que post decessum ipsius ad predictos priorem et conventum libere et integraliter revertetur; salvo mihi et heredibus meis integraliter uno mesuagio ad predictam bovatam terre pertinente de quo mesuagio Semay Colle tenet adhuc tertiam partem pro quo ego et heredes mei predictis priori et conventui unum denarios singulis annis ad Pentecosten persolvemus pro omni servitio ad predictos priorem et conventum pertinente. Ita quod nec ego dictus Willelmus nec heredes mei nec aliquis ex parte nostra ius vel clamium in predicta bovata terre cum pertinentiis suis exigere vel vendicare poterimus inperpetuum. In cuius rei et cetera.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. A single occurrence of William Pogg paying tallage in the manor of Drax during the reign of King Henry III [28 October 1216-16 November 1272] provides little to explain this transaction [*Yorks Inq.* 1, p. 126]. William de Cockelawe sold to Nostell Priory a bovate of land in Warmfield but no direct relationship can be established.

Note for nos. 1280-90. Nostell Priory had been granted 3 bovates and two parts of one bovate of land in Market Warsop since the time of King Henry I [no. 921, B004]. The charters which follow would not constitute the entire holdings of their manor of Sulkholme but included at least a half a toft, a croft and 21 1/2 acres of land in [Market] Warsop. These documents were a series of late 13th transactions transferring the lease of land from William Nolle son of Thomas Nolle of Warsop to other tenants during the rule of Prior Richard Warter. Prior Richard's rule provides the latest limit of most of these documents: the predecessor of Richard Water died 16 August 1277 and Richard died 26 August 1291 [Smith, *Heads* II, p. 439].

William Nolle occurred at least as early as 14 September 1280 and as late as 1294 [no. 1291 and the latest entry made by Scribe B] and was thus active at least in the late 13th century. He had a sister Matilda who also held land in Warsop of Nostell Priory during the rule of Prior Richard Warter [no. 1290]. It is only possible in a few cases

to track the property through the transfers of leases as some specificity was lost when all of the lands leased were in the same fields. In most cases it was the measure of the land combined with the field descriptions which provides any possibility to track the transfer.

Of the new leaseholders: it is possible that William son of Gunhild was also known as William of Warsop and his son was Ralph the smith of Warsop who had a daughter Alice. If this was true the leases which follow were renewed at each generation but lacking any other information on the individuals named it cannot be safely guaranteed [nos. 1280, 1286, 1288-90].

1280. Grant with warranty by William Nolle son of Thomas Nolle of Warsop to William son of Gunhild of Warsop of 6 acres of arable land in the fields of [Market] Warsop [Nottinghamshire, various locations described], rendering annually to William Nolle 6*d* of silver. f177v/p. 430

[late 13th century, before 26 August 1291]

Rubric: Carta Willelmi Nolle filii Thome Nolle.

Sciant et cetera quod ego Willelmus Nolle filius Thome Nolle de Warsop' dedi, concessi et hac presenti carta nostra confirmavi Willelmo filio Gunnilde de Warsop' et heredibus suis et assignatis suis vj. acras terre arabilis cum pertinentiis suis iacentes in campis de Warsop', de quibus una dimidia acra que iacet super Gildehus furlang et abuttat ad unum capud boriale super Hungirhil et una dimidia acra que iacet super Morfurlang et abuttat ad unum capud boriale super Hungerhil et aliud capud versus aquam, et una acra que iacet in Hungerhildale et abuttat ad unum capud australe super Hungerhil et ad aliud versus boscum, et una dimidia acra que iacet iuxta venellam et abuttat ad unum capud super boscum, et una dimidia acra que iacet inter terram Rogeri de Lokintona et terram Gerardi carnificis et abuttat ad unum capud super boscum, et una acra et dimidia que iacent in le Halth in diversis particulis, et una dimidia acra que iacet in Haylsoubrec et abuttat ad unum capud super Aylsou et ad aliud capud versus aquam, et una dimidia acra que iacet in Middilbrec et abuttat ad unum capud boriale super Fildingdale, et una dimidia acra que iacet in Westfeld inter terram meam et terram Petri de Engilby et abuttat ad unum capud orientale super le Breckes; tenend' et habend' dicto Willelmo filio Gunnilde et heredibus suis et assignatis libere, quiete, integre, bene et in pace, in feodo et hereditate, sine aliqua diminutione vel retenemento cum omnibus pertinentiis suis, libertatibus communis et aysiamentis predictis vj. acris terre pertinentibus infra villam de Warsop' et extra, videlicet in boscis et planis, in pratis et pascuis, in pasturis et in omnibus aliis locis predictis vj. acris terre pertinentibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis vel assignatis meis vj. denarios argenti canonici, videlicet unam medietatem ad festum beati Martini et alteram medietatem ad Pentecosten pro omnibus servitiis secularibus, exactionibus, consuetudinibus et demandis. Et ego dictus Willelmus Nolle et heredes mei predicto Willelmo filio Gunnilde et heredibus suis et assignatis predictas vj. acras terre cum omnibus pertinentiis suis contra omnes homines warantizabimus, acquietabimus et defendemus pro predicto servitio inperpetuum. In cuius et cetera.

Note: Date based on subsequent lease of land during the rule of Prior Richard Warter, see note preceding. William Nolle son of Thomas Nolle quitclaimed this land to Nostell Priory [no. 1286] and this was most likely the same land which Prior Richard leased to Ralph the smith, son of William [no. 1286]. William son of Gunhild of Warsop also leased additional land from Nostell Priory [no. 1289]. Roger of Lockington, who was mentioned here as a land holder occurred 14 September 1280 [no. 1291].

1281. Quitclaim by William Nolle of Warsop to the prior and canons of any right and claim of 4½ acres of arable land in [Market] Warsop [Nottinghamshire, various locations described]. f177v/p. 430

[late 13th century, before 26 August 1291]

Rubric: Carta eiusdem.

Sciant et cetera quod ego Willelmus Nolle de Warsop' sursum reddidi et quietumclamavi pro me et heredibus meis dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel quatuor acras et dimidiam arabilis terre in territorio de Warsop', quarum dimidia acra abuttat super boscum et dimidia acra abuttat super Mergate et dimidia acra super le Houtgonge et dimidia acra iacet super Hungerhil et una dimidia acra iacet in Hungerhildale et dimidia acra iacet in le Brec et dimidia acra abuttat super boscum et una acra abuttat Aliswathford'; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus inperpetuum. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis ex parte mea seu nomine meo ius vel clamium in dictis quatuor acris terre et dimidia habere vel vendicare de cetero poterimus inperpetuum. In cuius et cetera.

Note: Date based on subsequent lease during the rule of Prior Richard Warter, see note preceding no. 1280 for dating. This land was probably the same which was subsequently leased to Alice daughter of Ralph of Warsop [no. 1288].

1282. Quitclaim by William son of Thomas Nolle of Warsop to the prior and convent of all right and claim to an acre of arable land in the field of [Market] Warsop [Nottinghamshire, two locations described]. ff177v-78r/p. 430

[late 13th century, before 1294]

Rubric: Carta eiusdem.

Sciant et cetera quod ego Willelmus filius Thome Nolle de Warsop' sursum reddidi et omnino de me et heredibus meis inperpetuum quietumclamavi dominis mei priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel unam acram terre arabilis iacentem in campo de Warsop', cuius una dimidia acra que iacet *[f178r]* super Estfurlang inter terram Rogeri Godman et terram Nicholai filii Albray et abuttat ad unum capud super Heselthornscith et ad alteram capud super viam que ducit apud Cukenay et una dimidia acra que iacet super Estfurlang inter terram Rad[ulfi] clerici et terram Rad[ulfi] Warner et abuttat super predictas divisas; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus inperpetuum. Ita quod nec ego Willelmus nec heredes mei nec aliquis per me nec in nomine meo aliquod ius vel clamium in predicta acra terre cum pertinentiis habere, clamare vel vendicare de cetero poterimus imperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera. [*Both folios f177v and f178r were paginated as p. 430. See Chapter V and Table V-A*]

Note: Date based on William son of Thomas of Nolle and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. William son of Thomas Nolle of Warsop occurred in the late 13th century [see note preceding no. 1280]. This land cannot be identified specifically in the subsequent leases by Prior Richard Warter.

1283. Quitclaim by William son of Thomas Nolle of Warsop to the prior and convent of all right and claim to half of his toft [of possibly 1 acre], with 4$^{1/2}$ acres of arable land in [Market] Warsop [Nottinghamshire, described]. f178r/p. 430

[late 13th century, before 26 August 1291]

Rubric: Carta eiusdem.

Sciant et cetera quod ego Willelmus filius Thome Nolle de Warsop' sursum reddidi et quietumclamavi de me et heredibus meis dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel totam dimidiam partem tofti mei sicut iacet in longitudine et latitudine inter meam dimidiam partem tofti ex parte orientali et toftum Willelmi de Marcham una cum quatuor acris et dimidia terre arabilis in territorio de Warsop' et cum una dimidia acra terre que iacet in Kilnedale, quarum una dimidia acra iacet in Pichecroft et una acra iacet in

Hungrehil et una acra iacet in Coketdale et una acra et dimidia iacent in le Brec et dimidia acra iacet in angulo de Sulwathwro; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus inperpetuum. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis ex parte mea seu nomine meo ius vel clamium in dicto dimidio tofto et quatuor antedictis acris terre et dimidia habere vel vendicare de cetero poterimus inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on William son of Thomas Nolle of Warsop and subsequent lease of land by Prior Richard Warter, see note preceding no. 1280 for dating. This land was subsequently leased by Prior Richard Warter to John of Warsop son of Robert of Kneesall [no. 1287].

1284. Quitclaim by William son of Thomas Nolle of Warsop of all right and claim to 6 acres of arable land and a rood in [Market] Warsop [Nottinghamshire, various locations described]. f178r/p. 430

[late 13th century, before 26 August 1291]

Rubric: Carta eiusdem.

Sciant et cetera quod ego Willelmus filius Thome Nolle de Warsop' sursum reddidi et omnino de me et heredibus meis inperpetuum clamavi dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel vj. acras terre arabilis et unam rodam iacentem in territorio de Warsop', de quibus una acra que iacet in Hungrehildale, et una dimidia acra que abuttat super moram, et una acra et una roda que iacent super Gildehusfurlang' et abuttant ad unum capud boriale super Hungerhil, de quibus tres rode que iacent inter terram Rogeri filii Avicie ex parte orientali et terram Nicholai filii Albray ex parte occidentali, et una dimidia acra que iacet in campo occidentali ad unum capud super Belkes, et una acra que iacet in campo meridionali et abuttat ad unum capud super boscum de Warsop, et una dimidia acra que abuttat super Haylsowe, et una dimidia acra que iacet in Midilbrec et abuttat ad unum capud boriale super Fildingdale, et una acra que iacet in le Halg cum prato ad eamdem pertinente iacente in le Westker et abuttat super Lingmor et ad alterum capud super Hermcroft que continet in se dimidiam acram prati; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus inperpetuum libere et quiete, bene et in pace, in feodo et hereditate, cum omnibus pertinentiis predicte terre pertinentibus infra villam de Warsope et extra. Ita quod nec ego Willelmus Nolle nec heredes mei nec aliquis per me nec in nomine meo aliquod ius vel clamium aliquo iure terreno in predictis vj. acris et una roda terre cum pertinentiis et una dimidia acra prati poterimus exigere, clamare vel vendicare de cetero. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on William Nolle of Warsop and subsequent lease of this land during the rule of Prior Richard Warter, see note preceding no. 1280. This land was subsequently leased by Prior Richard Warter to William son of Gunhild [no. 1289]. William son of Gunhild also held land of William Nolle son of Thomas Nolle [no. 1280].

1285. Quitclaim by William Nolle of Warsop of any right and claim to 6 acres of arable land in [Market] Warsop [Nottinghamshire, various locations described]. f178r/p. 430

[late 13th century, before 26 August 1291]

Rubric: Carta eiusdem.

Sciant et cetera quod ego Willelmus Nolle de Warsop' sursum reddidi et quietumclamavi pro me et heredibus mei dominis meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel vj. acras terre arabilis in territorio de Warsop', quarum una acra et una roda iacent in Morfurlang, dimidia acra iacet super Hungerhil, et una acra et una roda iacent in Pichecroft, et una acra et una roda iacent in le Haleg, et una dimidia acra iacet in

Aliswathwro, et una dimidia acra iacet in Fildingclif, et una dimidia acra iacet in le Middilbrec, et una dimidia acra iacet in campo occidentali; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus inperpetuum. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis ex parte mea seu nomine meo aliquod ius vel clamium in dictis vj. acris terre habere vel vendicare de cetero poterimus. In cuius rei et cetera.

Note: Date based on William Nolle son of Thomas Nolle and subsequent lease during the rule of Prior Richard Warter, see note preceding **no. 1280.** This land was leased to Ralph the smith son of William of Warsop [**no. 1286**].

1286. Lease in the form of a chirograph by Prior Richard and the canons of St Oswald to Ralph the smith son of William of Warsop of 6 acres of arable land in [Market] Warsop [Nottinghamshire], namely that which William Nolle son of Thomas Nolle quitclaimed to the canons, rendering annually to the canons 2*s* of silver. f178r/p. 430

[16 August 1277 x 26 August 1291]

Rubric: Carta R. prioris de sancto Oswaldo.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera frater Ricardus prior de sancto Oswaldo de Nostel et eiusdem loci conventus salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos concessisse Rad[ulfo] Fabro filio Willelmi de Warsop' pro homagio et servitio suo sex acras terre arabilis in territorio de Warsop' quas Willelmus Nolle filius Thome Nolle nobis sursum reddidit et quietas clamavit per cartam suam, sicut in carta eiusdem Willelmi plenius continetur; tenend' et habend' dicto Rad[ulfo] et heredibus suis de nobis et successoribus nostris inperpetuum, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris duos solidos argenti ad duos anni terminos, scilicet ad Pentecost' xij. denarios et ad festum sancti Martini xij. denarios. Ita scilicet quod non liceat dicto Rad[ulfo] nec heredibus suis dictas vj. acras terre vel partem ipsarum dare, vendere vel quocumque modo alienare sine nostra speciali licencia et expressa. In cuius rei testimonium huic scripto in modo cyrographi confecto alternatim sigilla nostra duximus appondenda. Teste capitulo nostro. Dat' et cetera. [*f178v*]

Note: Date based on rule of Prior Richard Warter, see note preceding **no. 1280** for dating. This land had previously been held by William Nolle son of Thomas Nolle and William son of Gunhild of Warsop [**nos. 1280, 1285**].

1287. Lease in the form of a chirograph by Prior Richard and the canons to John of Warsop son of Robert of Kneesall of 4$^{1/2}$ acres of land with a half a toft in [Market] Warsop [Nottinghamshire], namely that which William Nolle held and had quitclaimed to the canons, rendering annually 12*d.* John shall attend annually 2 sessions of court at the canons' court of Sulkholme [Nottinghamshire], except for cases of writ of right. f178v/p. 431

[16 August 1277 x 26 August 1291]

Rubric: Carta Ricardi prioris de sancto .Oswaldo.

Omnibus Cristi et cetera frater Ricardus prior de sancto Oswaldo de Nostel et eiusdem loci conventus salutem in Domino. Noveritis nos concessisse et confirmasse Iohanni de Warsop' filio Roberti de Knesale pro homagio et servitio suo quatuor acras terre et dimidia cum dimidio tofto quas de nobis Willelmus Nolle tenuit et per cartam suam nobis sursum reddidit et quietum clamavit; tenend' et habend' dicto Iohanni et heredibus suis vel suis assignatis de nobis[a] et successoribus nostris libere, quiete, pacifice cum omnibus pertinentiis suis infra villam de Warsop' et extra, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris duodecim denarios ad duos anni terminos, medietatem scilicet ad Pentecosten et medietatem ad festum sancti Martini et faciendo

duas sectas per annum ad curiam nostram de Sultholm nisi breve de recto in eadem curia deportata fuerit. In cuius rei et cetera tam nos quam dictus Iohannes huic scripto in modum cyrographi confecto alternatim sigilla nostra duximus apponenda. Dat' et cetera.

[a] ms corrected from *nobet.*

Note: Date based on rule of Prior Richard Warter, see note preceding no. 1280 for dating. This land had been quitclaimed to Nostell Priory by William Nolle son of Thomas Nolle of Warsop [no. 1283].

1288. Lease in the form of a chirograph by Prior Richard and the canons to Alice daughter of Ralph of Warsop of 4$^{1/2}$ acres of arable land in [Market] Warsop [Nottinghamshire], namely that which William son of Thomas Nolle surrendered in his charter, rendering annually to the canons 18*d.* f178v/p. 431

St Oswald, [16 August 1277 x 26 August 1291]

Rubric: Item eiusdem.

Omnibus Cristi et cetera frater Ricardus prior de sancto Oswaldo de Nostel et eiusdem loci conventus salutem in Domino. Noveritis nos concessisse Alicie filie Rad[ulfi] de Warsop' quatuor acras terre arabilis et dimidia in territorio de Warsop quas nobis Willelmus filius Thome Nolle sursum reddidit per cartam suam tenendum et habendum de nobis et successoribus nostris dicte Alicie et heredibus suis inperpetuum, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris decem et octo denarios ad duos anni terminos, videlicet medietatem ad Pentecost' et aliam medietatem ad [festum] sancti Martini in hyeme. In cuius rei testimonium tam nos quam dicta Alicia huic scripto in modo cyrographi confecto alternatim sigilla nostra duximus apponenda. Dat' et act' apud sanctum Oswaldum et cetera.

Note: Date based on rule of Prior Richard Warter, see note preceding no. 1280. This was the land which William Nolle son of Thomas Nolle had quitclaimed to Nostell Priory [no. 1281].

1289. Lease in the form of a chirograph by Prior Richard and the canons to William son of Gunhild of Warsop of 6 acres of arable land and a rood with half an acre of meadow in [Market] Warsop [Nottinghamshire], namely that which William son of Thomas Nolle of Warsop quitclaimed to the canons, rendering annually to the canons 26*d.* f178v/p. 431

[16 August 1277 x 26 August 1291]

Rubric: Item eiusdem.

Omnibus Cristi et cetera frater Ricardus prior de sancto Oswaldo de Nostel et eiusdem loci conventus salutem. Noveritis nos concessisse Willelmo filio Gunnild[e] de Warsop' et heredibus suis quod habeant et teneant de nobis et successoribus nostris vj. acras terre arabilis et unam rodam cum una dimidia acra prati in territorio de Warsop' quas nobis Willelmus filius Thome Nolle de Warsop' sursum red<d>idit et quietumclamavit per cartam suam; unde una dimidia acra abuttat super moram, et una roda super Gildehus furlang', et una dimidia acra super Breckes, et una acra que abuttat super boscum de Warsop', et una dimidia acra que abuttat super Hayleshowe, et una dimidia acra super Fildingesdale, et una acra que iacet in Halg' cum prato ad eamdem pertinente, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris viginti vj. denarios ad duos anni terminos, scilicet tresdecim denarios ad Pentecosten et tresdecim denarios ad festum sancti Martini in hyeme. Ita quod non liceat dicto Willelmo vel heredibus suis dictas vj. acras et unam rodam cum prato vel partem ipsarum alienare, vendere seu inpingnorare sine nostra licentia speciali et expressa. In cuius rei

testimonium tam nos quam dictus Willelmus huic scripto in modo cyrographi confecto alternatim duximus apponenda sigilla nostra. Teste capitulo nostro.

Note: Date based on the rule of Prior Richard Warter, see note preceding no. 1280. This land was quitclaimed to Nostell Priory by William Nolle son of Thomas Nolle [no. 1284]. William son of Gunhild had also held land of William Nolle and although the fieldnames are similar this does not appear to represent the land he previously held of William [no. 1280].

1290. Lease in the form of a chirograph by Prior Richard and the canons to Ralph of Warsop, clerk, of a tenement in [Market] Warsop [Nottinghamshire], namely that which William Nolle (once a tenant of the canons) granted to Ralph, and a messuage with all the croft called le Maistrecroft and adjacent meadow which was Susan Kockirmue's, 2$^{1/2}$ acres [described], half an acre of land [described] which was Robert Godman's, all the *cultura* in Sulwathwro and the annual rent of 12*d* from the toft and land of Matilda daughter of Thomas Nolle, rendering annually to the canons 12*d* of silver. f178v/p. 431

[16 August 1277 x 26 August 1291]

Rubric: Item eiusdem.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera frater Ricardus prior et conventus de sancto Oswaldo de Nostell' salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos concessisse et presenti scripto nostro confirmasse Rad[ulfo] de Warsop' clerico et heredibus suis vel assignatis suis exceptis Iudeis et viris religiosis aliis a nobis tota illa tenementa cum pertinentiis suis in villa et territorio de Warsop que habuit de dono et feofamento Willelmi Nolle quondam tenentis nostri, videlicet illud mesuagium quod fuit Susanne Kockyrmue cum toto crofto quod vocatur le Maistrecroft et cum totali prato adiacente et duas acras terre et dimidia quarum una acra iacet iuxta viam de Cukenay, et dimidia acra iacet in le Crosdale iuxta terram Rogeri filii Avino[s] et dimidia acra iacet in le Halg' inter terram que fuit Rad[ulfi] de Waltona et terram que fuit Roberti Fullonis et dimidia acra iacet super Laychill' inter terram que fuit Roberti Godman et totam illam culturam que insimul iacet in Sulwathwro. Et preterea duodecim denarios annui redditus cum pertinentiis percipiend' singulis annis de tofto et terra Matilld[is] filie Thome Nolle; habend' et tenend' tota predicta tenementa cum pertinentiis eidem Rad[ulfo] et heredibus seu assignatis suis ut predictum est de nobis et successoribus nostris, libere, solute, bene et in pace inperpetuum, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris duodecim denarios argenti ad duos anni terminos, scilicet medietatem ad festum sancti Martini in hyeme et aliam medietatem ad Pentecost' pro omni servitio, consuetudine et demanda seculari. Et ut hec nostra concessio et confirmatio perpetue stabilitatis robur optineant, presens scriptum in modo cyrographi confectum sigilli nostri inpressione corroboravimus. Teste capitulo nostro.

Note: Date based on the rule of Prior Richard Warter, see note preceding no. 1280. Matilda daughter of Thomas Nolle mentioned holding land was probably the sister of William son of Nolle who occurred frequently in this section. This land cannot be identified in the quitclaims of William son of Nolle which were copied in this section.

1291. Lease in the form of a chirograph by Prior Richard and the convent of St Oswald to Roger of Lockington of a toft with croft and half a bovate of land with 1$^{1/2}$ acres of meadow in [Market] Warsop [Nottinghamshire], namely that which William Nolle son of Thomas Nolle of Warsop granted to the canons, and 3 roods of land in the same territory, rendering annually to the canons 5*s* of silver. Roger shall attend annually 2 sessions of court at the canons' court of Sulkholme [Nottinghamshire], except for cases of writ of right. ff178v-179r/pp. 431-32

St Oswald, 10 September 1280

Rubric: Item eiusdem.

Omnibus Cristi et cetera frater Ricardus prior de sancto Oswaldo de Nostel et eiusdem loci conventus salutem in Domino. Noveritis nos concessisse et confirmasse Rogero de Lokinton pro homagio et servitio suo donum quod fecit ei Willelmus Nolle filius Thome Nolle de Warsope, videlicet unum toftum cum crofto et dimidiam bovatam terre cum una acra prati et dimidia in villa et territorio de Warsope prout continetur in carta quam idem Rogerus habet de dicto Willelmo *[f179r]* et tres rodas terre que abuttant super le Becke in territorio predicto; tenend' et habend' de nobis et successoribus nostris sibi et heredibus suis vel suis assignatis libere, quiete, pacifice, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris quinque solidos argenti ad duos anni terminos, medietatem scilicet ad Pentecost' et aliam medietatem ad festum sancti Martini in hyeme et faciendo duas sectas per annum ad curiam nostram de Sulcholm', nisi breve de recto fuerit in eadem curia deportata. In cuius rei testimonium presenti scripto in modo cyrographi confecto nos cum dicto Rogero alternatim sigilla nostra duximus apponenda. Dat' et act' apud sanctum Oswaldum die martis proxima post festum nativitatis beate Virginis anno Domini m° cc° octogesimo. Teste capitulo nostro.

Note: William Nolle son of Thomas Nolle occurred in the late 13th century [see note preceding no. 1280]. Roger of Lockington occurred elsewhere as a land holder [no. 1280].

1292. Agreement in the form of a chirograph between Robert Banastre, lord of Makerfield [Macclesfield] and Prior Richard and the canons of St Oswald whereby Robert grants an annual rent of 12*d* for light of St Mary in the church of Winwick [Lancashire]. Robert is granted the right to have a chantry and to celebrate mass in his chapel at 'Rokedene' [Lancashire]. f179r/p. 432

Newton, [c.February 1285]

Rubric: Carta Roberti Banastre domini de Makerfeld.

Universis Cristi fidelibus et cetera Robertus Banastre dominus de Makerfeld salutem in Domino sempiternam. Noveritis me concessisse et pro me et pro heredibus meis assignasse duodecim denarios annui redditus Deo et sancto Oswaldo et luminari beate Marie virginis in ecclesia de Winewick' persolvend' in festo sancti Oswaldi regis pro concessione cantarie seu libera celebratione missarum in capella mea de Rokedene, dum ibidem cantariam perseverat. In cuius rei testimonium presentibus litteris ad mod[um] cyrographi confectis sigilla nostra alternatim. Ego et frater Ricardus dictus prior de sancto Oswaldo et eiusdem loci conventus apposuimus. Dat' apud Neuton in die et cetera

Note: Date based on chirograph between Robert Banastre and Nostell Priory which established the chantry and his chapel at Rokedene [no. 1293]. The predecessor of Prior Richard Warter of Nostell Priory died 16 August 1277 and Prior Richard ruled until his death 26 August 1291 [Smith, *Heads* II, p. 439]. No modern equivalent can be found for 'Rokedene' in the parish of Winwick. This Robert Banastre maybe the heir of a earlier Robert Banastre who was dead by 1235 and the Robert of this document was probably still a minor in 1243; Robert Banastre held land for a total of 1 1/2 knight's fee in Lancashire of earl Ferrers and the earl of Lincoln [*Testa de Nevill*, pp. 551-52, 1105-56].

1293. Agreement in the form of a chirograph between Prior Richard and the canons of St Oswald and Robert Banastre whereby Robert and his heirs, because of their distance from the mother church of [St Mary] Winwick [Lancashire], may have a chantry in their chapel of 'Rokedene' [Lancashire], within the parish of Winwick and may celebrate mass in the chantry, safeguarding the rights of the mother church of Winwick. f179r/p. 432

St Oswald, February 1285

Rubric: Carta Ricardi prioris.

Universis ad quos et cetera frater Ricardus prior de sancto Oswaldo et eiusdem loci conventus salutem in Domino. Cum devotis fidelium petitionibus ad divini cultus augmentum sit condescendere et maxime eorum quorum tam gravis dignitas quam devotionis obsequium id dinoscuntur prom'eri [?*sic for* pertinere?] ad universitatem vestram volumus pervenire nos quantum in nobis est de unanimi consensu capituli nostri concessisse nobili viro domino Roberto Banastre et heredibus suis propter loci distanciam a matrice ecclesia cantariam in capella sua de Rokedene que sita est infra limites parochie nostre de Winnewic, salvis in omnibus iure et indempnitate matricis ecclesie nostre de Winnewick'. Ita quod capellanus ibidem divina celebraturus fidelitatem faciat predicte matricis ecclesie meam de Winnewick' et in verbo sacerdotii recognoscat quod nichil in preiudicium matricis ecclesie predicte occasione cantarie concesse apud Rokedene aliquo modo attemptabitur nec ibidem aliqua sacramenta ecclesiastica excepta cantaria subministrabuntur nec obventiones alique si que ibidem facte fuerint detinebuntur a matrice ecclesia seu subtrahentur. Quod si quicquam in lesionem predicte matricis ecclesie de Winnewic attemptatum fuerit, licebit nobis vel vicario nostro qui pro tempore in matrice ecclesia nostra de Winnewick' prefuerit ipsam capellam de Rokedene et capellanum ab exequcione divinorum suspendere et suspensionem per excommunicationis sententiam aggravare donec tam de contemptu quam de lesione predicte matrici ecclesie nostre de Winnewick' plenarie satisfactum fuerit in omnibus ad quod fideliter observandis idem dominus Robertus Banastre se et heredibus suos gratanter obligavit. Et ut ista concessio stabilis et rata sub forma predicta permaneat inperpetuum tam nos quam dictus dominus Robertus Banastre huic scripto in modo cyrographi confecto sigilla nostra alternatim apposuimus. Dat' apud sanctum Oswaldum mense Februarii anno Domini m° cc° octogesimo quarto. Teste capitulo nostro.

Note: Robert Banastre had entered into a separate chirograph by which he promised to pay 12*d* for the lights of St Mary in the church of Winwick as part of this agreement [no. 1292]. The chapel in Macclesfield had been granted by Stephen count of Mortain, later King Stephen, and the grant was confirmed by King Henry I [B004]. See note no. 1292 for further information concerning Robert Banastre.

1294. Grant with warranty by Simon of Warenton son of Ingram of Warenton to his sister Agnes of Warenton of 7 bovates of land with a dwelling [*mansum*] in Fleetham [Northumberland], namely that which Simon's aunt Juliana of Luker granted to him, rendering annually to Simon 7*d*. ff179r-v/pp. 432-33

[13th century, before 9 February 1279]

Rubric: Carta Symonis de Warntham.

Sciant et cetera quod ego Symon de Warnetham filius Inegrami de Warnetham dedi, concessi et hac presenti carta mea confirmavi Agneti de Warnetham sorori mee vij. bovatas terre cum uno manso in villa et territorio de Fletham sine aliquo retenemento, illas scilicet vij. bovatas terre cum manso quas habui de dono domine Iuliane de Luker awuncule mee; tenend' et habend' prefate Agneti sorori mee et heredibus et suis assignatis libere, quiete, integre, honorifice et pacifice cum omnibus pertinentiis, libertatibus et aysiamentis dicte ville de Fletham pertinentibus vel pertinere debentibus infra villam et extra, longe et al[te], reddendo inde annuatim mihi et heredibus vel assignatis meis die sancti Martini in hyeme vij. denarios pro omnibus servitiis secularibus, sectis, consuetudinibus, exactionibus et aliis secularibus demandis que poterunt de predictis vij. bovatis terre cum manso exigi. Ego vero Symon et heredes et assignati mei prefatas septem bovatas terre cum manso et cum suis pertinentiis et pertinere debentibus prefate Agneti et heredibus et assignatis suis sicut predictum est

contra omnes gentes et mulierum dotes pro predicto servitio warantizabimus, acquietabimus et defendemus [*f179v*] inperpetuum. Et si aliquo casu contingat quod absit quod dicta Agnes vel eius heredes vel assignati sui prenominatas septem bovatas terre cum manso vel eiusdem terre aliquam partem pro defectu warantie, defensionis vel acquietationis amiserint, ego Symon et heredes mei et assignati mei plenam warantiam prefatis vij. bovatis terre cum manso et cum suis pertinentiis sicut predictum est secundum estimationem virorum fidelium prefate Agneti et heredibus et assignatis suis in villa et territorio de Warentham faciemus. Hiis testibus et cetera.

Note: Date is based on the final concord entered into by Agnes and Stephen Stokes [no. 66]. Agnes and her husband Stephen of Stokes quitclaimed this land to the Priory in a final concord dated 9 February 1279 [no. 66]. Simon of Warenton had received this land from his Aunt Juliana widow of Simon (III) of Luker [no. 1297]. Simon of Warenton and his second wife Christiana also quitclaimed their right to this land [no. 65]. See note preceding no. 892 for this family.

1295. Confirmation and quitclaim with warranty by Simon son and heir of Ingram of Warenton to Christina sister of Henry Spring, lord of Houghton [-le-side, Durham] of all right or claim to his land and a toft and croft in Fleetham [Northumberland], namely the land which John of Tuggal and Christina of Talington his wife once held, rendering annually to Simon 1*d.* f179v/p. 432

[24 April 1256 x 1294]

Rubric: Carta Simonis de Warntham.

Omnibus ad quos et cetera Symon filius et heres domini Ingerami de Warentham salutem in Domino sempiternam. Noveritis me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Cristiane sorori domini Henrici Spreng domini de Houtona totum ius meum et clamium quod habui vel habere potui in terra mea de Fletham cum tofto et crofto et omnibus pertinentiis que fuit quondam Iohannis de Tughale et Cristiane de Taligtona uxoris sue sine ullo retenemento; tenend' et habend' sibi et heredibus suis vel suis assignatis in feodo et hereditate de me et heredibus meis libere, quiete, bene et in pace, cum omnibus libertatibus, aysiamentis et liberis consuetudinibus ad predictam terram infra villam et extra pertinentibus sine aliquo retenemento, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis unum denarium argenti infra natale Domini pro omni alio servitio, consuetudine seculari et demanda que de dicta terra exigi poterunt. Ego vero Symon predictus et heredes mei totam terram meam prenominatam ut predictum est prenominate Cristiane et heredibus suis vel assignatis contra omnes homines et feminas warantizabimus et pro servitio prenominato plenarie defendemus. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on death of Thomas (II) eldest son of Ingram of Warenton and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Thomas (II) was dead by 24 April 1256 by when Simon, a younger brother, became the heir of Ingram of Warenton [no. 62]. Juliana, wife of Simon (III) of Lucker, quitclaimed to Simon of Warenton, her nephew, all her right to this land which she had received as her marriage right [no. 1297]. Henry Spring occurred as the constable of Bamburgh Castle in February-August 1265 and quitclaimed his right to this property, see no. 1313 [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, pp. 33, 138, 213]. Bateson, citing this document, suggests that Christina sister of Henry Spring was the second wife of Simon of Warenton, see note preceding no. 892 for further information [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 213]. Simon of Warenton was married to secondly to Christina by 9 February 1279 although it cannot be confirmed that Cristina was the sister of Henry Spring [no. 65].

1296. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Robert of Warenton brother of Thomas (I), knight of Warenton, of a bovate of land and a croft in Fleetham [Northumberland, boundaries described]. He confirms his previous grant to the canons of the liberty to mill at the mill of Fleetham their tithes from the 3 bovates of land (the land which his brother Thomas (I) had

previously granted to Robert), and confirms that his wife is to have for her widow's dower a quarter bovate of land (which remains from the 4 bovates which Thomas (I) his brother granted to Robert) in the vill of Fleetham and the remaining part of his toft. f179v/p. 433

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Roberti de Warntham.

Omnibus Cristi fidelibus et cetera Robertus de Warentham frater domini Thome militis de Warentham salutem in Domino. Noverit universitas vestra me concessisse, dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et priori et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam unam bovatam terre cum pertinentiis in territorio de Fletham quam scilicet Ranulfus filius Fuil [Fiul] quondam tenuit et per subscriptas divisas, videlicet dimidiam acram apud Fletlaw iuxta villam Suyerlamsland et le But iuxta Taufen et le But que tendit se ad moram de Swinehaw iuxta fossatum Ricardi Aldeberland Suyerland ad fossatum Ricardi Hengandewellerodes suthermaste Hengandewelle side, Drimenedland e ester Berelandale, ester Bradaker, e suthermast Halledale super Langfurlang et terram ad Fletham furlang e northermast land de tribus sellionibus ad Langfurlang, e Brade northemast flasc e northemast' land ad Stancupes, e Balledale ad Flaskes, e Halledale ad Craneshow, e northerland ad Brerelaw, e norhtrodesdick' et terram ad Crokes et terram ad Sunderlandrode, ex aquilonali parte de Medelaw et Allwardisfurlang, Mornigcroft northirland ad Ebroc, e morland et le but ad croftum germani, yesterland super Blacmidding, et preterea totum croftum quod abuttat super toftum meum et toftum canonicorum iuxta me; tenend' et habend' dicto priori et dictis canonicis et eorum assignatis, libere, pure et perpetue cum omnibus libertatibus et aysiamentis ad dictam terram pertinentibus et sicut aliqua elemosina purior, liberior et quietior esse potest. Et sciendum quod dictus prior et dicti canonici vel eorum assignati habebunt eamdem libertatem ad molendinum de Fletham de tribus bovatis terre quas eisdem dedi in elemosinam quam et ego habui de dono domini Thome militis fratris mei quod molent ad vicesimum vas iuxta tenorem carte mee quam de dictis terris habeo si eis placuerit ad molendinum illud molere. Si autem contingat quod uxor mea supervixerit me, assigno ei pro dote sua quartam bovatam terre que mihi remanet de quatuor bovatis quas Thomas frater meus mihi dedit in villa de Fletham et partem tofti quod mihi similiter remanet. Ego vero Robertus et heredes mei dicto priori et dictis canonicis et eorum assignatis totam dictam bovatam terre cum pertinentiis et dictum croftum contra omnes homines et dotes mulierum warantizabimus et in omnibus defendemus inperpetuum. Ut igitur omnia predicta debite firmitatis robur optineant presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Thomas (I) and Robert sons of William of Warenton, see note preceding no. 892 for dating and this family. Thomas' grant to Robert of 4 bovates of land with croft and the right to mill his corn at Thomas' mill must have preceded this document [no. 1312]. Robert had granted 2 bovates to Nostell Priory and part of his toft [no. 892]. A fourth bovate of land was granted to Nostell Priory with additional direction concerning Robert's wife's widow rights [no. 1298]. Robert's wife's dower was also prescribed in no. 892.

1297. Quitclaim with warranty by Juliana once wife of Simon (III) of Luker in her widowhood, with the consent of her brother Ingram, to her nephew Simon son of Ingram and Mariota his wife, of all right and claim to all her land in Fleetham [Northumberland], namely that which John of Tuggal and his wife Christina surrendered to Juliana as her marriage right, rendering annually to Juliana for her life 1*d*, and after her death to the lord of Warenton. ff179v-180r/pp. 433-34

[13th century, before 9 Febuary 1279]

Rubric: Carta Iuliane uxoris Symonis de Luker.

Omnibus hoc scriptum et cetera Iuliana quondam uxor Symonis de Luker salutem in Domino. Noverit universitas vestra me in libera viduitate mea et potestate mea consensu domini Ingerami fratris mei dedisse, concessisse et inperpetuum quietumclamasse Symoni filio dicti Ingerami nepoti meo et Mariote uxor[i] sue et heredibus de se exeuntibus totam terram meam de Fletham cum omnibus pertinentiis suis quam Iohannes de Tuggehale et Cristiana uxor eius mihi tamquam ius meum et maritagium reddiderunt; tenend' et habend' Symoni et Mariote et heredibus suis vel alteri eorum qui diutius vixerit libere, quiete, pacifice et solute, bene et in [*f180r*] pace in omnibus et per omnia, reddendo inde annuatim mihi in vita mea unum denarium tantum die natalis Domini et post decessum meum dictum annuum redditum domino de Warentham qui pro tempore fuerit pro omnibus sectis curie et auxiliis et demand[is] quibuscumque. Et ego Iuliana de Luker et heredes mei totam predictam terram cum omnibus pertinentiis suis, liberis introitibus et exitibus et omnibus aliis aysiamentis dicte terre quocumquemodo pertinentibus[a] predictis Symoni nepoti meo et Mariote uxore sue vel alteri eorum qui diutius superstes fuerit et eorum heredibus pro predicto servitio contra omnes warantizabimus, acquietabimus et defendemus inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

[a] ms corrected from *perdtinentibus.*

Note: Date based on quitclaim of this land by Agnes daughter of Ingram of Warenton. Simon of Warenton gave some of this land to his sister Agnes who made a final concord regarding the property with the Prior dated 9 February 1279 [no. 66]. Juliana was the sister of Ingram son of Thomas (I) of Warenton. Simon of Warenton also gave some portion of this land to Christina sister of Henry Spring [no. 1295]. See note preceding no. 892 for further information concerning this family.

1298. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Robert of Warenton brother of Thomas (I) of Warenton, knight, of a bovate of land in Fleetham [Northumberland], namely that which Alan son of Fugil [Fuil or Fughil] once held, and if his wife survives him her widow's dower shall be from the residue of his land in Fleetham. f180r/p. 434

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Roberti de Warntham.

Omnibus Cristi et cetera Robertus de Warnetham frater domini Thome de Warnetham militis salutem in Domino. Noverit universitas vestra me dedisse, concessisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus in liberam, puram et perpetuam elemosinam unam bovatam terre cum pertinentiis in territorio de Fletham illam, scilicet, bovatam sine retenemento quam Alanus filius Fugil aliquando tenuit; tenend' et habend' Deo et predicte ecclesie et canonicis libere, pure, quiete et perpetue, sicut ulla elemosina liberior, purior et quietior esse potest. Si autem contingat quod uxor mea me supervixerit, heredes mei facerent illi plenariam tertiam suam de residuo terre mee de Fletham nomine dotis ad quantitatem quam deberet eam contingere de bovata prenominata. Ego autem Robertus et heredes mei totam predictam terram cum pertinentiis Deo et predictis ecclesie et canonicis contra omnes homines inperpetuum warantizabimus et in omnibus defendemus. Ut autem omnia predicta firmitatis robur optineant presentem cartam sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Robert of Warenton, see note preceding no. 892 for dating and this family. Robert of Warenton granted to Nostell Priory a total of four bovates of land in Fleetham, including this bovate [nos. 892, 1296]. Robert had received the land from his brother Thomas (I) of Warenton [no. 312].

1299. Grant with warranty in free, pure and perpetual alms by Ingram son of Thomas (I) of Warenton of an annual rent of 5*s* from 6 bovates of land in Fleetham [Northumberland], namely 3*s* from the 2 bovates of land which Ingram's grandfather William son of Adam granted to Odard of Ovetona [possibly Houghton] and 2*s* from the 4 bovates of land that Ingram's father Thomas (I) granted to his (Thomas') brother Robert. f180r/p. 434

[last quarter 13th century, before July 1288]

Rubric: Carta Ingerami de Warntham.

Sciant et cetera quod ego Ingeramus filius domini Thome de Warnetham dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et priori et canonicis ibidem Deo servientibus pro animabus antecessorum meorum et mei et uxoris mee et heredum meorum in liberam, puram et perpetuam elemosinam redditum quinque solidorum annuatim percipiendorum cum toto iure dominii vj. bovatarum terre in territorio de Fletham, duarum scilicet bovatarum quas dominus Willelmus filius Ade avus meus dedit Odardo de Ovetona pro homagio et servitio suo, reddendo sibi et heredibus suis tres solidos per annum cum ceteris que continentur in carta prefati Willelmi; et quatuor bovatarum quas dominus Thomas pater meus dedit Roberto fratri suo amore fraternitatis cum pertinentiis pro duobus solidis per annum. Ego quidem Ingeramus pro me et heredibus meis spopondi predictis priori et canonicis predictum redditum cum toto iure dominii predicte terre cum pertinentiis contra omnes homines et feminas et dotes mulierum et contra omnes molestias et vexationes warantizare. Et ut ista mea donatio maioris certitudinis habeat beneficium sigillum domini Thome patris mei una cum sigillo meo apponere procuravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Ingram of Warenton, see note preceding no. 892. The four bovates mentioned as a gift from Thomas (I) of Warenton to Robert were granted in the late 12th x early 13th centuries [no. 1312].

1300. Quitclaim in her widowhood by Agnes of Warenton late the wife of Stephan of Stokes of all right and claim to all lands and tenements in Fleetham [Northumberland] which she and Stephen had granted to the prior and canons of St Oswald, and as she acknowledged before John of Vallibus and other itinerant justices at Newcastle upon Tyne. f180r/p. 434

[9 February 1279 x 1294]

Rubric: Carta Agnetis de Warntham.

Omnibus Cristi et cetera Agnes de Warntham uxor quondam Stephani de Stokes salutem in Domino. Noverit universitas vestra me in libera et legitima viduitate mea concessisse, confirmasse et hac presenti carta mea de me et heredibus meis omnino quietum clamasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus ius et clamium quod habui vel in futurum habere potero in omnibus terris et tenementis et eorum pertinentiis que ex concessione mea et Stephani de Stokes quondam viri mei predicti in villa et territorio de Fletham tenent et habent, que quidem terras et tenementa cum omnibus suis pertinentiis recognovi esse ius prioris de sancto Oswaldo et ecclesie sue predicte coram domino Iohanne de Vallibus et sociis suis iusticiar[iis] itinerantibus apud Novum Castrum super Tynam. Ita quod nec ego nec heredes mei vel aliquis ex parte mea ius vel clamium in predictis terris et tenementis cum suis pertinentiis habere, exigere seu vendicare poterimus inperpetuum. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on no. 66. Simon son of Ingram granted this land to his sister Agnes daughter of Ingram of Warenton [no. 1294]. On 9 February 1279 Agnes and her husband Stephan of Stokes entered into a final concord with Prior Richard of Warter regarding this land [no. 66], mentioned in this quitclaim.

1301. Grant and quitclaim by Simon son of Ingram of Warenton of all right and claim to all lands and tenements in Elford and Fleetham [Northumberland], which his father Ingram quitclaimed to the canons and those lands in the same vills and territory which his father Ingram granted to his first born son, Thomas (II), brother of Simon. For this the canons gave to Simon a sum of money. f180r/p. 434

[13th century, after April 1256]

Rubric: Carta Symonis de Warntham.

Omnibus Cristi et cetera Symon filius Ingerami de Warntham salutem. Noveritis me concessisse et quietumclamasse inperpetuum de me et heredibus meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel et eorum successoribus pro quadam summa peccunie quam mihi dederunt omnes terras et tenementa que vel quas Ingeramus pater meus reddidit ac relaxavit et quietumclamavit eisdem in villa de Elford' et Fletham tam in dominicis quam in servitiis, villenagiis, homagiis, wardis et releviis eschaetis, molendinis et omnibus aliis pertinentiis suis sine aliquo retenemento. Et preterea concessi et quietumclamavi de me et heredibus meis dictis priori et conventui totam illam terram cum pertinentiis in Elford et Fletham quam aliquando pater meus Ingeramus dedit Thome fratris meo primogenito; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete et integre inperpetuum. Ita quod nec ego Symon nec heredes mei nec aliquis nomine meo ius vel clamium versus predictas terras et tenementa cum pertinentiis supra nominatis aliquo modo exigere poterimus in posterum vel vendicare. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui et cetera. *[f180v]*

Note: Date based on death of Thomas (II) eldest son of Ingram of Warenton, see note preceding no. 892. Ingram of Warenton quitclaimed all lands and tenements he held of the Nostell Priory in Elford and Fleetham in the 13th century before 1264, which may have included the 5*s* rents granted in Fleetham [nos. 893, 1299]. After the death of his eldest son Thomas (II) by 24 April 1256 Simon son of Ingram became his father's heir and this quitclaim may have been issued at the time of his brother's death to confirm earlier grants which had affected his inheritance [no. 62].

1302. Letter of Stephen [de Fossa Nova], Cardinal-priest of the Basilica of the 12 Apostles [Rome] reciting the compromise reached regarding his interest in the church of Bamburgh [Northumberland] to wit: he had voluntarily resigned the church into the hands of Pope Honorius III who had subsequently restored the church into the hands of the subprior and cellarer then present, proctors of the monastery of St Oswald. For this surrender the canons were to provide from the revenues of the church of Bamburgh to Stephen a life annuity of 100*li* and at his death the canons were to render annually to the convent of St Sixtus of Urbe [Rome] 50*m.* f180v/p. 435

Rome, 20 November 1227

Rubric: Littera domini Stephani basilice Duodecim Apostolorum presbiteri cardinalis.

Stephanus divina miseratione basilice Duodecim Apostolorum presbiter cardinalis omnibus ad quos littere iste pervenerint salutem in auctore salutis. Cum olim supprior et cellerarius procuratores monasterii sancti Oswaldi essent apud sedem apostolicam constituti ecclesiam de Bamburc quam tam ex presentatione clare memorie I. regis Anglorum quam ex institutione diocesani cum essemus in minori ordine constituti fueramus adepti ad suum asserebant monasterium ullo medio pertinere ac presentationem eiusdem dicebant nichilominus spectare ad ipsos. Unde cum ipsum monasterium dilexerimus semper sincera in Domino caritate ac bonum et profectum eiusdem voluerimus procurare libenter precaventes ne in posterum aliquod inde posset dispendium prefato monasterio suborriri et ne ecclesiam antedictam de Bamburc perpetuo ammitteret, eam in manibus felicis recordationis domini Honorii tertii Pape sponte ac libere resignavimus,

quam idem dominus Papa prefatis procuratoribus nomine monasterii antedicti sancti Oswaldi concessit in usus proprios perpetuo possidendam, prout in litteris eiusdem domini pape liquido noscitur contineri. Volens autem dominus Papa ecclesie sancti Cristi de Urbe de proventibus prefate ecclesie de Bamburc liberaliter providere de sue plentitudine potestatis contulit ipsi ecclesie sancti Xisti consentientibus procuratoribus antedictis L. marcas sterlingorum post mortem nostram per manus prioris et conventus sepedicte monasterii sancti Oswaldo annuatim in Anglia in festo Pentecostes percipiendas. Ideo que volumus et mandamus quod si aliquod instrumentum vel alio littere super huiusmodi confecte apparuerunt in quibus alia quantitas peccunie fuerit expressa quam superius est ostensum illas penitus non valere ac protestamur ipsas nullius esse valoris. In cuius rei certitudinem et cautelam ne posset id ab aliquo ullo tempore dubitari presentes litteras fieri fecimus et sigillo nostro muniri. Act' Rome xij. kalendas Decembris pontificatus domini Gregorii viiij. pape anno primo.

Note: See Chapter IV and the notes to nos. 44-46, 528 concerning the right to presentation of the church of Bamburgh and Stephen de Fossa Nova. Stephen de Fossa Nova was elected cardinal in 1213 and died in 1227 and he also held the York prebend of North Newbald [Greenway, *Le New 1066-1300: York*, p. 89]. Bateson provided an extensive range of documentation concerning Stephen de Fossa Nova's custody and relinquishment of the church of Bramham [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, pp. 77-82].

1303. Grant and quitclaim by Adam son of Robert of Fleetham of all right and claim to 3 bovates of land in Fleetham [Northumberland], and the sale to the convent of a fourth bovate of land with toft and croft in the same territory. Adam returns the charter of his father to the canons. For this the canons gave Adam a sum of money. f180v/p. 435

[12th x 13th centuries, probably mid-13th century]

Rubric: Carta Ade filii Roberti de Fletham.

Omnibus Cristi et cetera Adam filius Roberti de Fletham salutem. Noveritis me confirmasse et quietumclamasse a me et heredibus meis domino priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel inperpetuum tres bovatas terre in villa et territorio de Fletham cum pertinentiis et insuper vendidi eisdem priori et conventui quartam bovatam terre cum tofto et crofto in villa et territorio de Fletham cum omnibus pertinentiis suis sine aliquo retenemento pro quadam summa peccunie quam mihi dederunt; habend' et tenend' dictis priori et conventui inperpetuum libere, quiete et integre ut tenementum suum proprium et cartam Roberti patris mei reddidi priori et conventui manu mea propria. Ita quod nec ego Adam nec heredes mei nec aliquis nomine nostro ius vel clamium versus dictas quatuor [acras *dotted for deletion*] bovatas terre cum tofto et crofto et omnibus suis pertinentiis supra nominatis aliquo modo exigere et possimus in posterum vel vendicare. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on Robert of Warenton. The quantity of land described here and the placement in the Cartulary suggests Robert of Fleetham may have been Robert son of William of Warenton and this document quitclaims and confirms the grants made in the late 12th x early 13th centuries [nos. 892, 1296, 1298]. See note preceding no. 892.

1304. [Duplicate no. 918] Confirmation and quitclaim by Simon son of Ingram of Warenton of all right and claim to all lands and tenements in Elford and Fleetham [Northumberland] which his father had, and all lands and tenements in the same vills which his father Ingram gave to his brother Thomas, the firstborn, and all lands and tenements in these vills which the prior and canons have. For this the canons gave Simon a sum of money. f180v/p. 435

[24 April 1256 x 25 July 1288]

Rubric: Carta Symonis de Warentham.

Omnibus Cristi et cetera Symon filius Ingerami de Warentham salutem. Noveritis me concessisse et quietumclamasse inperpetuum de me et heredibus meis priori et conventui de sancto Oswaldo de Nostel et eorum successoribus omnis terras et tenementa que vel quas Ingeramus pater meus habuit in villis de Elford et Fletham et omnes terras et tenementa que vel quas pater meus Ingeramus dedit Thome fratri meo primogenito in dictis villis de Elford et Fletham et omnes terras et tenementa que vel quas idem prior de sancto Oswaldo et conventus eiusdem loci habent vel uncquam habebunt in dictis villis de Elford et Fletham tam in dominicis quam in servitiis, villinagiis, homagiis, wardis, releviis, escaetis, molendinis et omnibus aliis pertinentiis suis sine aliquo retenemento pro quadam summa peccunie quam mihi pre manibus dederunt; tenend' et habend' dictis priori et conventui et eorum successoribus libere, quiete et integre inperpetuum. Ita quod nec ego Symon nec heredes mei nec aliquis nomine meo ius vel clamium versus predictas terras et tenementa cum pertinentiis supra nominatis aliquo modo exigere poterimus in posterum vel vendicare. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based as no. 918. This document was probably attached to the memorandum which Simon filed on 26 July 1288 and was copied here as part of the plea [no. 1305]. See note preceding no. 892 for this family.

1305. Memorandum of the recording of a plea by Simon son of Ingram of Warenton, plaintiff, and the prior of St Oswald, defendant, whereby Simon recognises and quitclaims the prior's right to all lands of Fleetham and Elford [Northumberland]. f180v/p. 435

Newcastle [upon Tyne], 26 July 1288

Rubric: Memorandum quod et cetera.

Memorandum quod in crastino sancti Iacobi apostoli anno Domini m° cc° octogesimo octavo et annis regni regis E. sextodecimo coram dominis Nicholao de Stapiltona, Symone constabilario militibus et Iohanne de Lithegraynes tunc iustic[iariis] apud Novum Castrum assignatis comparuerunt Symon filius Ingerami de Warnetham petens et prior de sancto Oswaldo defendens ubi dictus Symon recognovit ius prioris in terris de Fletham et de Elford' et ibidem concessit, remisit et quietum clamavit totum suum quod habuit in dictis terris sicut melius continetur in presenti scripto sigillo suo consignato, cuius scripti tenor in rotulis iusticiariorum predictorum inseritur et inrotulatur.

Note: Simon son of Ingram was the younger son and heir of Ingram of Warenton, see note preceding no. 892 concerning this family. Ingram had quitclaimed this land in the 12th century [no. 893]. The preceding document was probably attached to support the statement of this memorandum and was also copied in another part of the Cartulary [nos. 918, 1304].

1306. Quitclaim by Walter son of Richard of Bamburgh to William Gray of Bamburgh of all right or claim of a toft in Bamburgh [described, Northumberland], namely that which he had claimed against William by writ of entry before the itinerant justices in Newcastle upon Tyne in 1292/3. ff180v-181r/pp. 435-36

[20 November 1292 x 19 November 1293]

Rubric: Carta Walteri filii Ricardi de Bamburgo.

Pateat universis et cetera quod ego Walterus filius Ricardi de Bamburg concessi, confirmavi et omnino de me et heredibus meis quietum clamavi Willelmo Gray de Bamburg totum ius et clamium quod habui vel in posterum habere potero in unum toftum de Bamburgo cum pertinentiis in villa de Bamburgo, in illud scilicet quod iacet inter fossatum castri ex una parte et pratum domini regis ex altera: quod quidem toftum cum

pertinentiis petebam versus [*f181r*] predictum Willelmum per breve domini regis de ingressu coram iusticiar[iis] itinerantibus apud Novum Castrum super Tynam anno regni regis E. xxi°. Ita quod nec ego nec heredes mei nec aliquis ex parte mea vel heredum meorum ius vel clamium in predicto tofto cum pertinentiis habere seu vendicare poterimus inperpetuum. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on 21st regnal year of King Edward I. This document and another record of a writ of entry by Walter son of Richard against Nostell Priory probably were for the same land [no. 1209]. The land was first granted by Richard son of William the cook of Bramham, father of Walter [no. 902]. Although speculative, William Gray of Bamburgh may have been the tenant of Nostell Priory and the documents inclusion in the Cartulary supports the relationship.

1307. Oath of fealty and obedience made by Thomas son of William of Fleetham following a case between him and the Priory before the papal judges delegates, the priors of Bridlington, Kirkham and Malton, that he will do nothing to the detriment of the prior and canons of St Oswald, thus resolving a dispute between him and the convent. f181r/p. 436

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Thome filii W. de Fletham.

Universis Cristi fidelibus et cetera Thomas filius Willelmi de Fletham salutem in Domino. Noverit universitas vestra que cum quod verteretur inter priorem et conventum sancti Oswaldi de Nostel et me coram iudicibus a domino papa delegatis, videlicet de Bridlington', de Kirkham et Maltona prioribus, super dampnis et iniuriis, ita inter nos amicabiliter est compositum quod ego Thomas in capella de Warneford' tactis Ewangeliis solempniter iuravi quod fideliter me habebo erga predictos priorem et canonicos sicut karissimos dominos meos in omnibus in quibus eis de iure teneor omni occasione et difficultate remota. Iuravi etiam quod si aliquo modo temere contra iuramentum prestitum venero in preiudicium predictorum prioris et canonicorum subicere me iuridictioni predictorum iudicum omni occasione contradictione appellatione postposita ut compellerant me sui quod iuris ratio dictaverit ad predicti iuramenti observationem et meam punire contumaciam. Et ut hec omnia predicta rata maneant et inconcussa presens scriptum sigilli mei appostione munivi. Hiis testibus.

Partly printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 249n.

Note: Date based on Thomas (I) son of William of Warenton. It is possible that William of Fleetham was also known as William of Warenton, if so then his son Thomas (I) of Warenton was a benefactor of Nostell Priory in the late 12th x early 13th century, see note preceding no. 892. The inquiry by the papal judges delegates did not survive in the Cartulary [see Chapter V]. If this was not Thomas (I) son of William of Warenton then the limits of this document are those of Scribe B (12th x 13th centuries, before 1294).

1308. Lease by Prior Richard and the convent to John of Bramham, clerk, of a dwelling [*mansum*] in the street near the hospital of Bamburgh [Northumberland, described], namely that which was Simon of Kent's, rendering annually to the Master of Bamburgh 4*s.* f181r/p. 436

[16 August 1277 x 26 August 1291]

Rubric: Carta Ricardi prioris de sancto Oswaldo.

Omnibus Cristi et cetera frater Ricardus prior de sancto Oswaldo de Nostel et eiusdem loci conventus salutem in Domino. Noveritis nos concessisse Iohanni de Brameham clerico ad feodi firmam unam mansum cum edificiis in eo constructis et construendis in vico hospitalis de Bamburgo, illud scilicet mansum quod fuit Symonis de Kente sicut se extendit in longitudine et latitudine inter terram Iohannis le Hoker ex una parte et terram Symonis filii Mauricii de Warneford' ex altera, cum libero introitu ex exitu dicto manso pertinente et adiacente; tenend' et habend' dicto Iohanni et heredibus suis de nobis et successoribus nostris inperpetuum,

reddendo inde annuatim magistro de Bamburgo qui pro tempore fuerit quatuor solidos ad duos anni terminos, scilicet duos solidos ad Pascha et duos solidos ad festum sancti Martini in hyeme pro omni servitio seculari ad nos pertinente. Idem vero Iohannes et heredes sui edificia in eodem manso constructa in adeo bono statu seu meliori sustinebunt et reparabunt cum opus fuerit sicut melius seu meliori statu aliquando fuerunt, nec bona sua a dicto manso aliquatenus alienabunt donec securitatem super premissis per visum duorum legalium hominum fecerint plenarie nec dictum mansum cum edificiis alienabunt sine nostra licentia speciali. In cuius rei testimonium tam nos quam dictus Iohannes huic scripto et cetera.

Note: Date based on rule of Prior Richard of Warter of Nostell Priory. The predecessor of Richard of Warter died on 16 August 1277 and Richard died on 26 August 1291 [Smith, *Heads* II, p. 439]. Simon of Kent appeared as a witness to other transactions in Warenton in the 13th century, before 4 January 1255 [nos. 916, 917].

1309. Quitclaim with warranty by Walter son of Richard of Bamburgh to the canons of all right to a burgage toft with in Bamburgh [Northumberland, described], namely that which his father Richard had granted to the canons and which Walter had claimed by a writ of entry before the itinerant justices in Newcastle upon Tyne in 1292/3. f181r/p. 436

[20 November 1292 x 19 November 1293]

Rubric: Carta Walteri filii Ricardi de Bamburg.

Omnibus Cristi et cetera Walterus filius Ricardi de Bamburg salutem in Domino sempiternam. Noveritis me concessisse, confirmasse et omnino de me et heredibus meis quietum clamasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostel et canonicis ibidem Deo servientibus totum ius et clamium quod habui vel in futurum habere potero in unum toftum de burgagio in villa de Bamburg, in illud scilicet quod iacet inter fossatum castri de Bamburgo ex parte orientis et pratum domini regis ex parte occidentis, quod quidem predicti canonici habuerunt de dono Ricardi patris mei predicti et quod Willelmus Gray de Bamburgo tenet de eisdem, versus quem petebam predictum toftum cum pertinentiis per breve domini regis de ingressu coram iusticiar[iis] itinerantibus apud Novum Castrum super Tynam anno regni regis E. xxi°. Ita quod ego nec heredes mei nec aliquis ex parte mea vel heredum meorum ius vel clamium in predictum toftum cum pertinentiis habere seu vendicare poterimus inperpetuum. Et si contingat predictos canonicos per aliquem seu aliquos de predicto tofto cum pertinentiis implacitari obligo me et heredes meos predictum toftum cum pertinentiis predictis canonicis in omnibus et contra omnes warantizare. In cuius rei et cetera.

Note: Date based on 21st regnal year of King Edward I. Richard son of William the cook of Bamburgh granted this land to Nostell Priory in the 13th century before 1264 [no. 902]. Walter son of Richard had filed a writ of entry against William de Gray of Bamburgh for this land in the same year and court and this quitclaim was probably time coincident with that writ [no. 1306].

1310. Quitclaim in her widowhood by Agnes, called de Vescy, the daughter of the late Ingram of Warenton, knight, of all right and claim to a bovate of land, a toft and croft in Warenton [Northumberland], namely that which she held in life tenancy, and an annual rent of 4*s* with a quarter of wheat which she used to receive for her lifetime from the Master of Bambugh, just as agreed the prior and canons on the one part and she and her husband Stephen of Stokes on the other. f181r/p. 436

[9 February 1279 x 1294]

Rubric: Carta Agnetis de Warntham.

Omnibus Cristi et cetera Agnes dicta de Vescy filia quondam domini Ingerami de Warntham militis salutem in Domino. Noveritis me in libera et ligia viduitate mea remississe, relaxasse et omnino de me quietum clamasse

religiosis viris dominis priori et conventui de sancto Oswaldo unam bovatam terre et unum toftum et croftum cum omnibus suis pertinentiis in villa et in campo de Warntham que de eis tenuit ad terminum vite mee et annuum redditum quatuor solidorum et unius quarterii frumenti que de ipsis annuatim percipere solebam per manum magistri de Bamburgo que etiam mihi concessa fuerant ad terminum vite mee, prout continebatur in quodam scripto inter predictos priorem et conventum ex parte una et Stephanum de Stokes virum meum et me dentato ex altera quod quidem scriptum ex nunc decerno et volo viribus carere et penitus evanescere. Ita quod nec ego nec aliquis ex parte mea aliquid iuris vel clamii in predictis bovata terre et annuo redditu et quarterio frumenti exigere, vendicare seu habere poterimus inperpetuum, renuncians insuper per presentes omnibus actionibus et iuribus per que mihi tam prefate terre et peccunie quam frumenti supradicta perceptio competebat. In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus domino Henrico de Dichend milite et multis aliis. *[f181v]*

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 214n.

Note: Date based on the death of Stephen of Stokes and the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Stephen of Stokes and Agnes his wife both entered into a final concord with Nostell Priory on 9 February 1279 [no. 66] which provides the latest limit of Stephen's life; Agnes quitclaimed her rights to the land governed by the final concord [no. 1300]. The final concord mentioned here which must have established Agnes' widow dower (a single bovate of land and rents) was not mentioned in the 1279 concord and a further concord, not in the Cartulary, may have been entered into between Agnes and Stephen and the Priory. The sobriquet '*dicta de Vescy*' is curious and no relationship can be established between this Agnes and the de Vescy family [Tout, 'John de Vescy', *DNB*, art. 28254; Waugh, 'William de Vescy', *DNB*, art. 28255]. The witness Henry of Detchant held land of Robert de Muscamp and occurred from at least as early as September 1254 to possibly as late as 1296 [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 401].

1311. Confirmation with warranty by William son of Thomas de Fulbrig' of the grant made in pure and perpetual alms by his father Thomas of 6 acres of land in Bamburgh [Northumberland]. William gives this charter by way of warranty and to replace the charter burned in a fire at the church of Bamburgh where the charters and goods of the canons had been destroyed. f181v/p. 437

[12th x 13th centuries, before 1294]

Rubric: Carta Willelmi filii Thome de Fulbrigge.

Omnibus Cristi et cetera Willelmus filius Thome de Fulbrig' salutem in Domino. Cum Thomas pater meus dedisset, concessisset et per cartam suam confirmasset priori de sancto Oswaldo de Nostel et conventui eiusdem loci vj. acras terre cum pertinentiis in Bamburg tenend' sibi et successoribus suis et ecclesie sue predicte in puram et perpetuam elemosinam, obligando se et heredes suos ad warantiam faciend' predicto priori et conventui et eorum successoribus et ecclesie sue predicte de predictis vj. acris terre cum pertinentiis in Bamburgo et pro certo intellexi quod predicta carta postea casu fortuitu combusta fuit in ecclesia de Bamburgo simul cum aliis cartis et bonis predicti prioris et conventus. Et ego Willelmus pro me et heredibus meis predictam donationem et concessionem ratifico et confirmo. Et ego et heredes mei predictas vj. acras terre cum pertinentiis predictis priori et conventui et successoribus suis et ecclesie sue predicte contra omnes warantizabimus, acquietabimus et defendemus in puram et perpetuam elemosinam inperpetuum. In cuius rei testimonium presentem cartam sigilli mei impressione roboravi et cetera.

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 85n.

Note: Date based on the latest entry made by Scribe B [see Chapter V]. Bateson suggests the fire at Bamburgh was during the Scottish inroads into the northern borders prior to the Battle of Stirling [1297] and cites Archbishop Corbridge's actions in 1300 to aid Nostell Priory in the resulting financial losses [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 85]; see no. 1322. The devastation caused by the Scots invasions in the late 13th century had a long

lasting impact on Nostell Priory. The reissue of this grant before 1294, due to a fire at the church may have been a quite separate and less consequential event than Scot invasions.

1312. Grant with warranty by Thomas (I) of Warenton son of William of Warenton to his brother Robert of 4 bovates of land in Fleetham [Northumberland], namely 3 bovates which were Ranulf of Suthbrune's with a toft and croft and a bovate which was Alan son of Fugil's [Fughil, Fuil], rendering annually to Thomas 2*s*. Robert may mill his corn at Thomas' mill of Fleetham and he is free from the repair the mill pool or the mill. f181v/p. 437

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Carta Thome de Warntham.

Omnibus has litteras et cetera Thomas de Warntham filius Willelmi de Warentham salutem. Noverit universitas vestra me concessisse et dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Roberto fratri meo pro homagio et servitio suo quatuor bovatas terre in territorio de Fletham cum omnibus pertinentiis suis, scilicet tres bovatas que fuerint Ranulfi de Suthburne cum tofto et crofto eisdem bovatis pertinentibus et unam bovatam que fuit Alani filii Fugil; tenend' et habend' de me et heredibus meis sibi et heredibus suis de legitimo matrimonio procreatis libere, quiete, honorifice, cum omnibus aysiamentis, libertatibus et communis ad dictam villam de Fletham pertinentibus, reddendo inde annuatim mihi et heredibus meis ille et heredes sui duos solidos, medietatem ad Pascha et medietatem ad festum sancti Martini in yeme pro omni consuetudine, servitio, exactione et demanda. Et sciendum est quod dictus Robertus et heredes sui molent bladum suum de terra predicta ad molendinum meum de Fletham ad vicesimum vas. Ita scilicet quod ipse et heredes sui liberi sint a reparatione stangni et emendatione molendini inperpetuum. Ego vero et heredes mei sibi et heredibus suis omnia predicta contra omnes homines inperpetuum warantizabimus. Ut autem omnia predicta rata fuit et inconcussa presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on Thomas (I) son of William of Warenton, see note preceding no. 892. Robert granted to Nostell Priory a total of four bovates [nos. 892, 1296, 1298].

1313. Quitclaim by Henry Spring, knight, lord of Houghton, to the prior and canons of all right and claim to 7 bovates of land with a toft and croft in Fleetham [Northumberland], namely that which was John of Tuggal and his wife Christina of Talington. f181v/p. 437

[24 April 1256 x 1294, probably c. February 1279]

Rubric: Carta domini Henrici Spring.

Universis ad quos et cetera Henricus Spring miles dominus de Houton' salutem in Domino. Noverit universitas vestra me pro salute anime mee concessisse, confirmasse et omnino quietum clamasse de me et heredibus meis sive successoribus meis quibuscumque religiosis viris priori et conventui de sancto Oswaldo et eorum successoribus totum ius et clamium quod unquam habui vel ex nunc habere potero in illis vij. bovatis terre in Fletham cum tofto et crofto et omnibus pertinentiis suis que aliquando fuerint Iohannis de Tugehale et Cristiane de Talington uxoris sue sine ullo retenemento. Ita videlicet quod nec ego nec aliquis ex parte mea aliquid ius vel clamium in dicta terra cum suis pertinentiis ratione alicuius contractus saysine vel feofamenti vendicare possimus inperpetuum. Et si aliquid instrumentum vel feofamentum de dicta terra cum suis pertinentiis penes me vel alibi alicubi reperiri contingit volo et firmiter pro me et heredibus meis sive assignatis et successoribus meis quibuscumque protestor quod omninomodo robore careat et valore. In cuius rei testimonium et securitatem huic scripto sigillum meum apposui. Hiis testibus et cetera.

Note: Date based on grant made by Simon of Warenton and the latest entry made by Scribe B. This land was granted to Christina the sister of Henry Spring by Simon of Warenton after the death of his elder brother Thomas (II) of Warenton (24 April 1256), see note **no. 1295** for explanation. This land was granted to Nostell Priory by Agnes sister of Simon of Warenton on 9 February 1279 and this document may have been time coincident [**no. 66**]. See note **no. 1295** for further information concerning Henry Spring. See note preceding **no. 892** for Simon of Warenton and family.

1314. Notification and *inspeximus* by Walter [de Gray], archbishop of York, that he has received a letter from King Henry III [recited, dated 1 May 1228] that the king had inspected the charters of previous kings of England which were shown to him confirming that the advowson of the church of Bamburgh [Northumberland] was in the gift of the canons of St Oswald notwithstanding the king's presentation of his clerk Luke the chaplain. f181v/p. 437

Cawood, 29 May 1228

Rubric: Carta Domini Walteri archiepiscopi Ebor'.

Omnibus Cristi et cetera Walterus Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas salutem in Domino. Noverit universitas vestra nos litteras domini regis in hec verba suscepisse: 'H. Dei gratia rex Anglie, dominus Ybernie, dux Norm', Aquietan' et comes Andeg' venerabili in Cristo patri W. eadem gratia Ebor' archiepiscopo salutem. Quia per inspectionem cartarum predecessorum nostrorum regum Anglie manifeste nobis constat quod advocatio ecclesie de Bamburg' spectat ad donationem sancti Oswaldi vobis mandamus quod non obstante presentatione nostra quam fecimus de dilecto clerico nostro Luca capellano ad predictam ecclesiam quod vestrum est in hac parte exequamini. Teste meipso apud Westm' j. die Maii anni regni nostri xij.' Ne igitur hec processu tempore cuiquam possint uti in dubium presenti scripti sigillum nostrum duximus apponendum. Dat' apud Cawod iiij kalendas Iunii pontificatus nostri anno xiij°.

Note: See Chapter III concerning the controversy of the right of presentation to the church of Bamburgh. Luke was elected archbishop of Dublin about 13 December 1228, was consecrated after May 1230 and died 12 December 1255 [Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 83]. King Henry III issued a separate *inspeximus* on 9 May 1228 [**no. 46, also see note nos. 44, 45**]. The charters of previous kings which were reviewed probably included: King Henry I [**no. 40**], King Henry II [**nos. 17, 19**], and King John [**nos. 44, 45**]. The letter of Stephen de Fossa Nova reciting his release of his interest in the church on 20 November 1227 was probably part of the assertion by Nostell Priory that they had the right of presentation [**no. 1302**]. The controversy continued into the time of King Edward I [**no. 975**].

1315. Incomplete document. Notification by Robert (II) Muschamp that, as the procurators of the canons did not appear at the chapel of Belford [Northumberland] as arranged to resolve the issue of tithes of hay and mills, an acre of land and the household oblations, Robert has sent A. his chaplain to the canons to resolve the matter. f181v/p. 437

3 November [1220]

Rubric: Carta domini Roberti de Muschamp.

Vestris venerabilibus et amicis dilectis domino priori et conventui sancti Oswaldi de Nostel' Robertus de Muschamp salutem et amorem. Quoniam procuratores vestri in crastino commemorationis animarum in capella de Belford' non comparuerunt in forma pacis componituri nobiscum de causa que vertitur inter eos ex una parte et inter nos et meos ex alia parte de decimis feni et molendinorum et de una acra terre et de oblationibus de familia et domo nostra ne ex parte nostra deficiat pax reformanda [*one word illegible*] ad nos fidelem nostrum A. capellanum vobiscum in forma pacis compositurum si placet ex parte [*this folio ends in mid charter and the next folio, pp. 438-39, is missing.*][*f182r*]

Printed: Bateson, *Hist. Northumb.* 1, p. 374n.

Note: Date based on the definitive sentence issued resolving this issue [no. 911]. This letter preceded the inquiry by the priors of Bridlington, Kirkham and Malton and was most likely to have been presented by A., chaplain, at the inquiry and thus provided his authority to speak for Robert (II) Muschamp. See note no. 911 for further information concerning Robert (II) Muschamp.

1316. Duplicate of no. 1035. f182r/p. 440

[Hilary/Trinity terms 1282]

Margin: totum istud folium vacat hic quia scribitur ante in folio 347

Rubric: Placita apud Westm' coram T. de Weyl'.

Placita apud Westm' coram Thoma de Weyland et sociis suis iustic[iis] domini regis de banco in octabas sancti Hyllarii anno regni regis Edwardi filii regis Henrici decimo.

Rubric: Breve domine Constancie de Byerne quod tulit et cetera.

Constancia que fuit uxor Henrici de Almann' que tulit breve assise ultime presentationis versus priorem de sancto Oswaldo non est prosecuta; ideo predictus prior eat inde sine die et predicta Constancia et plegii sui de prosecutione in misericordia videlicet Elyas de Baggel' et Robertus le Orfeu' de eadem et cetera.

Rubric: Placita apud Westm' coram T. de Weyl'.

Placita apud Westm' coram Thoma de Weyland et sociis suis iustic[iis] domini regis de banco in octabas sancte Trinitatis anno regni regis Edwardi filii regis Henrici decimo. Prior de sancto Oswaldo summonitus fuit ad respondendum Constancie que fuit uxor Henrici de Almann' de placito quod permittat ipsam presentare ydoneam personam ad ecclesiam de Tykehill' que vacat et ad suam spectat donationem et cetera. Et unde queritur quod quidam Rad[ulfus] de Yssaudon' et Alicia uxor eius qui tenuerunt manerium de Tyk'hill' ad quod predicta advocatio pertinet tempore pacis tempore domini regis H. patris domini regis nunc presentaverunt quemdam Elyam Bernard clericum suum ad predictam ecclesiam qui ad presentationem suam fuit admissus ad eandem ac predictum manerium postea per forisfacturam ipsius Alicie in viduitate sua, que supervixerit predictum Rad[ulfu]m virum suum, devenit in manum predicti domini H. regis patris domini regis nunc qui idem manerium postea dedit domino regi nunc ac idem dominus rex postea dedisset idem manerium predicto Henrico de Almann' et post mortem eiusdem Henrici assignatum fuisset eidem Constancie in ten[ura] pro tota dote sua ipsam contingente de omnibus terris et tenement[is] que fuerunt predicti Henrici quondam viri sui et hac ratione ad ipsam pertineat ad eandem presentare. Predictus prior iniuste impedit ipsam ad eandem presentare. Unde dicit quod deteriorata est et dampnum habet ad valentiam C. librarum et inde producit sectam et cetera. Et prior venit et defendit vim et iniuriam et cetera. Et dicit quod non debet ei inde ad hoc breve respondere que dicit quod ipsamet alias in curia regis hic scilicet a die sancti Martini in xv. dies proximo preterito tulit quoddam breve assise ultime presentationis versus predictum priorem de predicta ecclesia ad quem diem predictus prior fuit asson[iatus] et habuit diem per esson[ium] suum hic in octabas sancti Hyllarii ad quem diem predicta Constancia non fuit pros[ecuta]. Ita quod consideratum fuit in eadem curia domini regis quod idem prior iret inde sine die et quod haberet breve ad archiepiscopum Ebor' quod non obstante reclamatione predicte Constancie ad presentationem predicti prioris ydoneam personam admitteret. Et desicut istud breve sapit naturam predicti brevis ultime presentationis petit iudicium si debeat ei ad hoc breve respondere. Et predicta Constancia per atornatum suum dicit quod excepto illa non debet ei nocere nec predicta consideratio predicte curie quia dicit quod ipsa nunquam predictum breve ultime presentationis per se nec per aliquod alterum impetravit nec ad predictam quindenam sancti Martini fecit se esson[ium] nec aliquem attornatum in predicto placito fecit et hoc parata est verificare sicut curia

consideraverit. Et predictus prior dicit quod predicta Constancia ad predictam quindenam sancti Martini tulit predictum breve et quod ad predictas octabas sancti Hyllarii fecit defaltam ob quam consideratum fuit quod ipse iret inde sine die et haberet breve ad predictum archiepiscopum quod ad presentationem suam ad predictam ecclesiam ydoneam personam admitteret sicut predictum est et de hoc ponit se super recordum rotulorum predictorum terminorum si curia consideraverit, et si hoc non sufficiat dicit et aliud. Et prior ponit loco suo Iohannem Franceys. Dies datus est eis de audiendo iudicio suo in crastino animarum apud Salop' quo die datus est eis dies de audiendo iudicio suo ibidem a die Pasche in xv. Dies, quo die da[tus] est eis de audiendo iudicio in crastino sancti Martini apud Westm'.

Note: See no. 1035 for discussion of this plea. It is not clear why this and the document which followed was copied into the Cartulary twice by Scribe B, in error presumably. The marginal note makes reference to no. 1035 on f40r, p. 347.

1317. Duplicate of no. 1036 f182r-v/pp. 440-41

[c.19 November 1284]

Rubric: Placita apud Salop coram eodem. Petitio domini regis versus priorem de sancto Oswaldo.
Placita apud Salop' coram T. de Weyland et sociis suis iustic[iis] domini regis de banco a die Pasche in quindecim dies anno regni regis E. undecimo. Dominus rex per Willelmum de Gysenham qui sequitur pro eo petit versus priorem de sancto Oswaldo advocationem ecclesie de Tikehill' que debet esse in manu sua tamquam eschaeta sua de terris Normannorum et cetera et unde idem Willelmus dicit quod quidam Rad[ulfus] de Ysaud' et Alicia uxor eius Normanna comitissa Augi tempore pacis et tempore domini H. regis patris ipsius domini regis nunc presentaverunt quemdam Elyam Bernard clericum suum ad predictam ecclesiam qui ad presentationem suam fuit admissus et institutus *[f182v]* capiendo expletus ad valentiam et cetera. Et quia post mortem predicti Radulfi predicta Alicia et quidem Willelmus filius suus transgressi fuerunt contra predictum dominum H. regem adherendo regi Francie per quod honor de Tykehill' cum pertinentiis excepta advocatione predicta predicte ecclesie devenit in manus ipsius domini H. regis tamquam eschaeta sua, ea ratione dicit predicta advocatio predicte ecclesie esse in manibus domini regis nunc et hoc petit ut inquiratur. Et prior per attornatum suum venit et dicit quod dominus rex nunc invenit predictum priorem et ecclesiam suam sancti Oswaldi regis et martiris de Nostel in possessionem predicte ecclesie et possessionem eiusdem ecclesie concessit et confirmavit per cartam suam predicto priori et ecclesie sue predicte inperpetuum. Unde petit iudicium si predictus dominus rex aliquid exigere possit in predicta advocatione contra concessionem et confirmationem suam predictam et profert predictam cartam que hoc testatur. Et Willelmus dicit quod predicta confirmatio non debet predicto priori valere nec domino regni nocere. Dicit enim quod predicta confirmatio testatur quod idem dominus rex concedit et confirmat predicto priori et ecclesie omnes donationes, concessiones necnon et possessiones predicte ecclesie quas idem prior et ecclesia sua habent in presenti, videlicet de dono domini H. regis triavi domini H. regis patris domini regis nunc et aliorum ut de ecclesia de Tykehill' cum terris et decimis et capellis et omnibus rebus ad predictam ecclesiam pertinentibus. Quod quidem donum adnihilatum est per presentationem predictorum Rad[ulfi] et Alicie factam tempore domini H. regis patris domini regis nunc ad predictam ecclesiam, unde petit iudicium. Preterea [petit *dotted for deletion*] dicit quod nulla confirmatio generalis per dominum regem facta debet ipsum

dominum regem excludere a iure suo: ideo loquendum est cum domino rege. Postea in crastino sancti Martini anno regis nunc undecimo mandat dominus rex iustic[iis] hic in hec verba: Quia dilectus nobis in Cristo prior de sancto Oswaldo iuxta Pontemfractum clamat habere per cartas progenitorum nostrorum regum Anglie et comfirmationem nostram ecclesiam de Tykehill' cum capellis ad eandem pertinentibus, quam quidem ecclesiam diu est in proprios usus optinuit ut asserit per quod nos super recordum et processum loquele que est coram vobis per brevia nostra inter nos et ipsum priorem necnon et Constanciam de Byerne et prefatum priorem de advocatione ecclesie predicte volumus certiorari, vobis mandamus quod scrutatis rotulis vestris recordum et processum coram vobis inde habitum distincte et aperte sub sigillis vestris nobis mittatis et hoc breve. Ita quod ea habeamus in octabas sancti Hillarii ubicumque tunc fuerimus in Anglia ut tunc inde certiorati si faciamus quod nobis et consilio nostro secundum consuetudinem regni nostri super hoc videbitur expedire. Teste meipso apud Act' Burnel vj. die Octobris anno regni nostri undecimo.

Inrotulatis recordo et processu quod record' prior sancti Oswaldi tulit coram domino rege apud Lincoln' quod quidem record' invenietur in ligulis recordorum de anno regni regis Edwardi duodecimo dictum fuit predicto priori coram domino rege in parliamento suo apud Westm' a die Pasche in unum memsem anno regni regis nunc xiij. quod ostenderet cartas et confirmationes quas habet a progenitoribus regis Anglie. Cui quidem prior tulit cartam domini H. regis primi et etiam confirmationem domini regis nunc que inrotulantur in rotul[is] de termino Pasche anno supradicto in parliamento suo apud Westm'. Quibus inspectis et intellectis ad eundem diem coram rege et eius consilio, dictum fuit predicto priori quod eat inde sine die et cetera. Quousque dominus rex plenius super hoc certioretur et cetera. Et sciendum quod recordum quod dictus prior sancti Oswaldi tulit coram domino rege invenienietur [*sic*] in ligulis recordorum de anno duodecimo. Et recordum illud inrotulatum cum cartis ipsius invenietur in rotul[is] de termino Pasche anno xiij. istius regis, scilicet regis Edwardi et cetera.

Note: See note no. 1036 concerning this plea. It is not clear why this and the document which preceded it was copied into the Cartulary twice by Scribe B.

1318. Notification by [Geoffrey] archbishop of York that he admits Michael of Wakefield, chaplain, to the vicarage of Huddersfield, upon the presentation of the prior and convent of St Oswald. All oblations and altarage, tithes of sheaves, hay and vegetables, lands at farms shall remain to the prior and convent. The vicar shall receive in the name of his vicarage a suitable dwelling [*mansum*] to be assigned by the canons. f182v/p. 441

[18 August 1191 x 18 December 1212, probably before 1194]

Margin: Ordinatio vicarie ecclesie de [H]udresfeld.

[G.] Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas universis Cristi fidelibus salutem in Domino. Noveritis nos ad presentationem prioris et conventus de sancto Oswaldo admisisse Michaelem de Wakefeld' capellanum ad vicariam de Hodresfeld' ipsumque in eadem vicarium canonice instituisse ac in corporalem possessionem eiusdem induci fecisse. Qui quidam vicarius nomine vicarie percipiet omnes obventiones et proventus alteragii, remanentibus predictis priori et conventui decimis garbarum, feni et leguminis, terris et firmis ad dictam ecclesiam pertinentibus, salvo competenti manso vicario assignando per eosdem. Et ipse vicarius sustinebit omnia onera dicte ecclesie debita et consueta. Quod ut stabile et ratum in perpetuo remaneat presenti scripto signum nostrum duximus apponendum. Data et cetera. [*f183r*]

Printed: *EEA* 27, no. 48 dated 18 August 1191 x December 1212, from 'Ctl. Breedon', f8v.
Note: Date based on rule of Geoffrey, Archbishop of York. Geoffrey was consecrated 18 August 1191 and died 18 December 1212. Michael of Wakefield was probably the chaplain of Bishop Geoffrey of Muschamp of Coventry and Lichfield and often occurred as a witness during his rule; Bishop Geoffrey was consecrated on 21 June 1198 and died 6 October 1208 [*EEA* 27, no. 48; *EEA* 17, no. 114, 126]. By 1194 Geoffrey Muschamp, then archdeacon of Cleveland, had fallen out with Archbishop Geoffrey and if Michael of Wakefield's relationship with Geoffrey of Muschamp existed during that time, it is likely that this benefice would not have been offered after 1194 [*EEA* 17]. See Chapter IV regarding the church of Huddersfield, see note preceding no. 311.

1319. Lease by Prior William and the convent to Roger de Carro 'of Alice de Lacy' of a messuage with 3 acres of arable land in Rothwell, namely that which Adam the shoemaker [*Sutor*] once held of the canons, rendering annually to the canons 5*s* of silver. f183r/p. 442

[c. 18 June 1258 x 1294]

Rubric: Carta Willelmi prioris de sancto Oswaldo.
Omnibus Cristi fidelibus et cetera frater Willelmus prior de sancto Oswaldo de Nostel' et eiusdem loci conventus salutem in Domino sempiternam. Noveritis nos concessisse Rogero de Carro, domine Alysie de Lascy, unum messuagium cum tribus acris terre arabilis in willa de Rothewelle et territorio eiusdem, illud videlicet messuagium cum tribus acris terre quas Adam Sutor aliquando de nobis tenuit; tenend' et habend' dicto Rogero et heredibus suis de nobis et successoribus nostris imperpetuum, reddendo inde annuatim nobis et successoribus nostris quinque solidos argenti, medietatem videlicet ad festum sancti Martini in hyeme et aliam medietatem ad Pentecost' pro omni servitio seculari ad nos pertinente. Ita scilicet quod non licebit dicto Rogero vel heredibus suis dictam terram vel partem ipsius vendere, donare vel quoquomodo alienare sine licencia nostra expressa et optenta. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on Alice de Lacy and the latest entry by Scribe B [see Chapter V]. Alice de Lacy, widow of Edmund de Lacy, held dower rights in Rothwell from the death of Edmund by 18 June 1258 until her own death in or before 1311 [*DNB*, vol. 32, p. 181; *EYC* III, p. 402]. Roger de Carro may have been an estate official of Alice de Lacy and his description unintentionally omitted in the copy. See note no. 316 for further information on Alice de Lacy. Prior William of Nostell Priory could be either William of Clifford whose predecessor died 4 January 1255 and William died 16 August 1277 or William of Birstall who was elected 20 October 1291 and ceded office c. 10 April 1312 [Smith, *Heads* II, pp. 438-39].

1320. Agreement between William Beaumont on the one part and the prior and convent on the other regarding their joint ownership of woods of Huddersfield and the felling and selling of the wood, whereby the prior and convent grant to William the right to fell and sell trees from that part of the woods called Le Holleclowe [described] and the prior and canons are to receive the money which pertain to woods felled and sold on 5 bovates of land. f183r/p. 442

[late 12th x early 13th centuries]

Rubric: Compositio inter W. Beumund et priorem et conventum de sancto Oswaldo.
Pateat et cetera quod cum nuper mota fuerit quedam dissensio inter Willelmum Beumond' ex parte una et religiosos viros priorem et conventum de sancto Oswaldo parcennarios wille et bosci de Hudrisfeld' ex altera super succisione et vendicione dicti bosci per predictum Willelmum faciend' quod predicta dissensio in hunc modum pacificata est: videlicet quod predicti prior et conventus concesserunt quod quedam pars bosci predicti, scilicet a siketto quod dictur le Holleclowe sicut currit per transversum bosci usque ad campum de Dythona versus orientem, hac vice succidatur et vendatur, salva tamen dictis priori et conventui parcennariis dicti bosci portione pecunie inde levande et recipiende quantum pertinet ad quinque bovatas terre. Et dictus Willelmus recognovit predictos priorem et conventum habere ius tamquam parcennarios petendi, recepiendi

et habendi partem suam de omninomodis succisionibus, venditionibus et purpresturis dicti bosci cum contigerint quantum pertinet ad quinque bovatas que sicut superius dictum est. In cuius rei testimonium et cetera.

Note: Date based on William de Beaumont. William de Beaumont held an eighth of a knight's fee of Roger de Lacy in 1235/6 [*EYC* III, pp. 401-2]. He occurred as early as 1195 x 1196 and as a frequent witness to charters of Roger de Lacy [*EYC* III, nos. 1524, 1802, p. 388n]. In 1397 and 1420 the tithes of the coppice-wood in Holwellwod were part of the parish of Thurnscoe and subject to dispute [*Court of York 1301-1399*, p. 79; *Court of York 1400-1499*, p. 20]. Nostell Priory also leased coppice woods in the parish of Rothwell [no. 318].

1321. Resolution by the Official of York concerning a long standing dispute between the abbot and convent of Fountains and the prior and convent of St Oswald concerning the tithes of sheaves owed to the Priory's church of Huddersfield from the land formerly that of Jordan de Ryther. In an early agreement [recited, dated 1245, no. 313] the monks of Fountains had agreed to pay these tithes to the Priory when they wished to cultivate this land. On 24 November 1299 the parties asked the Official to further mediate between the parties [recited]. The Official ordered that the abbot and convent of Fountains are to pay every year to the prior and convent of St Oswald or their proctor in the name of their church of Huddersfield, 6*s* 8*d* for the tithes of sheaves from the land of Jordan of Rither. f183r-v/pp. 442-43

21 March 1301

Rubric: [*none*].

In Dei nomine Amen. Cum nuper inter religiosos viros abbatem et conventum beate Marie de Fontibus ex parte una et priorem et conventum sancti Oswaldi regis et martiris de Nostell' ex altera quedam compositio facta fuerit tenorem continens infrascriptum: Hec est compositio facta inter ecclesiam de Fontibus ex una parte et ecclesiam sancti Oswaldi regis et martiris de Nostell' ex altera mediantibus personis Iohanne abbate de Fontibus et R. priore de sancto Oswaldo super controversia orta inter eos et eorum conventus super redditu decem solidorum quem dicti prior et conventus dicebant ad se pertinere ratione ecclesie sue de Hudresfeld' videlicet quod dicti ..abbas et conventus solverint dictis priori et ..conventui decem marcas sterlingorum pro dicta controversia pacificanda et inperpetuum sedanda et pro omnibus aliis exactionibus in villa de Braddelei dictum ..priorem et conventum tunc contingentibus nomine decimarum. Ita tamen quod prefati ..abbas et conventus de una acra terre et dimidia iam exculta et de tota residua terra que fuit Iordani de Ryther quando eam excolere voluerunt, solvent decimas garbarum ecclesie de Hudresfeld', salvis sibi decimis de novalibus suis provenientibus. Dicti tamen abbas et conventus non exponent malitiose terram prefati Iordani ad pasturam. Preterea servientes de Bradelei qui pro tempore fuerint mercenarii dictorum ..abbatis et conventus non impedient per eosdem ..abbatem et conventum quominus solvant oblationes et alia iura ecclesiastica ecclesie de Hudresfeld'. Et ut hec ipse firma et stabilis inperpetuum existat memorati ..abbas et ..prior et eorum conventus eam sigillis suis confirmaverunt et eidem sigilla sua apposuerunt. Act' anno gratie m° cc° quadragesimo quinto. Ad quam quidem compositionem integraliter observanda ..dominus ..officialis curie Ebor' vacante sede eiusdem partes predictas coram eo per procuratores idoneos comparentes sufficientia mandata ab eisdem habentes confessionem, earumdem secutus de utriusque partis voluntate et consensu expresso condempnant sub hac forma: Universis Cristi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint pateat per easdem quod die martis proxima ante festum sancte Katerine Virginis anno gratie m° cc° nonagesimo nono coram nobis officiale curie Ebor' vacante sede eiusdem ..priore et conventu sancti Oswaldi regis et martiris de Nostell' per Robertum de Laycestria clericum procuratorem eorumdem sufficens nostra [*one word*

illegible] ..abbate et conventu beate Marie de Fontibus per Robertum de [*one word illegible*]. [*added later*] Hoc novale lis et hec novalis lis in eodem [*one word illegible*]. [*f183v*] sufficiens mandatum habentem ex altera in maiori ecclesia Ebor' comparentibus exhibita quod per partem dictorum ..prioris et conventus sancti Oswaldi quadam compositione olim inter ipsos et memoratos abbatem et conventum de Fontibus facta sigillis eorumdem ..abbatis et ..prioris et eorum conventuum signata de verbo ad verbum tenorem continente subscriptum: Hec est compositio et cetera de verbo ad verbum ut supra visa est inspecta dicta compostione per partem dictorum ..abbatis et conventus de Fontibus in presentia fratris Thome de Apelton' monachi et tunc cellerarii domus eiusdem voluerunt et expresse consenserunt utriusque partis procuratores predicti nomine dictorum dominorum suorum unanimiter ut memorata compositio firma et stabilis permaneat et in omnibus suis articulis sine dolo et fraude aliqua a partibus predictis inperpetuum observetur: unde nos ..Officialis predictus confessionem et expressum ac unanimem consensum dictorum procuratorum sequentum dictos abbatem, priorem et eorum conventus in personas procuratorum suorum et dictos procuratores eorum nomine ad observandam dictam compositione et omnia contenta mea sicut premittur sub pena excommunationis maioris quam exunt in contraventiones proferimus in hiis scriptis de voluntate et consensu expresso partium predictarum et ad petitionem earumdem percepere sententiam condempnamus. Act' in maiori ecclesia Ebor' dicto die Marcii anno gratie m° cc° nonagesimo nono. Ortaque post modum inter religiosos predictos super quodam articulo contento in compositione prefata, videlicet super decimis garbarum provenientibus de terris quondam Iordani de Ryther altera diutina [*?illegible* -]teria questionis domino ..officialis curie predicte coram quo ipsa causa fuerat agitata ad quam pertinet lites <cuius> dirimere et a laboribus et sumptibus quatenus de iure poterit relevare subiectos et eorum indempnitatibus pre[-*?illegible*]supradicte cause eventu dubio considerato dictas partes in premissis ad [*?fatis*] tramites inducente hee partes ..abbas videlicet et ..prior de Fontibus personaliter conventus eiusdem loci per Robertum de Baumburgh' necnon ..prior et conventus sancti Oswaldi per dominum Robertum de Pontisfracto celerarium et canonicum dicte domus procuratores eorundem idoneos ad componendum a [*?illegible*] eiusdem sufficientia mandata habentes pro se et ecclesiis suis ad est nomine predictarum ecclesiarum sibi et ecclesis prenominatis circa premissa providere volentes dicti iudicis auctoritate et mandato cum utriusque ecclesie conventus tractatu solempni super hoc habito et ipsius singillatim requisito consensu non modica etiam dictarum ecclesiarum utilitate pensata venerendis viris dominis ..decano et ..capitulo beati Petri Ebor' mediantibus et ipsorum consensu intercedente pro bono pacis amicabiliter composuere lisque conquievit sub hac forma inperpetuum valitura. Ita videlicet quod predicti ..abbas et conventus de Fontibus solvent singulis annis dictis ..priori et conventui vel eorum procuratori nomine ecclesie sue de Hudresfeld' sex solidos et octo denarios sterlingorum annuos in festo sancti Martini in hyeme apud Bradeley pro omnibus et singulis decimis garbarum de quibuscumque terris quondam dicti Iordani de Rither infra parochiam dicte ecclesie de Hudresfeld' qualitercumque provenientibus per eosdem ..abbatem et conventum excultis et non excolendis dictis prima compositione et condempnatione auctoritate curie Ebor' inde factis in omnibus et singulis suis articulis preterquam super decimis terrarum Iordani de Rither predictarum super quibus minime valeant sed omnino effectu careant in suo robore firmiter et perpetuo duraturus. Prefatique prior et conventus pro se et ecclesia ipsorum omni actioni, prosecutioni et iuris remedio sibi competentibus et competituris ad decimas garbarum in parochia de Hudresfeld' de terris

dicti Iordani per dictos ..abbatem et conventum iam excultis et imposterum excolendis provenientes necnon sine auctoritate curie Ebor' super eisdem late et omni executioni hac occasione facte pro predictis sex solidis et octo denariis annuis predictis loco et termino dictis ..priore et conventui ut premittitur solvendis spontanee et expresse renunciarunt. Ad cuius eternam rei memoriam et ut prefatis religiosis et eorum ecclesiis plenarie consulatur presentibus literis in eternum et valituris in modum cirographi confectis sigilla communia dictorum ..abbatis et prioris ipsorumque conventus vice mutua sunt appensa. Dat' et act' in maiori ecclesia Ebor' duodecimo kalendas Aprilis anno gratie m° trecentesimo. [*f184r*]

Note: The original agreement mentioned here was copied into the section on Huddersfield [no. 313]. See Chapter IV for information concerning the church of Huddersfield. Copied by other than Scribe A or B [see Chapter V].

1322. Notification by Thomas [of Corbridge], archbishop of York, that he has appropriated the church of Birstall to the prior and canons of St Oswald. The church of Bamburgh, in the appropriation of the canons, had been destroyed by the Scots and the canons of St Oswald had been put to great expense providing hospitality by those going to the war with the Scots and they have paid many onerous subsidies so that the appropriation of the church of Birstall will help them bear this burden. The church shall be appropriated to their use after the death of William of Pickering, archdeacon of Nottingham, rector of the church of Birstall and the church shall be served by a vicar collated by the archbishop and the tithes and altarage are worth 35*m*. The canons shall render annually 10*m* for the augmentation of the service of St Mary at her altar in the crypt of York [Minster]. f184r-v/pp. 444-45

25/26 September 1300

Rubric: Appropriatio ecclesie de Birstal'.

Universis Cristi fidelibus presentes litteras inspecturis, Thomas Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas salutem in amplexibus Redemptoris. Et si ex officii pastoralis debito subvenire teneamur depressionibus subditorum, religiosorum tamen incomodis, et illorum maxime qui hospitalitatis continue supportant onera, tanto nos gressu convenit favorabiliori occurrere, quanto ipsos novimus die nocteque in divinis laudibus se ut sedulos Cristi ad ministros[A] devotius excercere. Et[B] nos itaque ad statum dilectorum in Cristo filiorum, ..prioris et conventus sancti Osewaldi de Nostel, quorum substantie pars non modica, videlicet in parochiali ecclesia de Bamburgh'[C], Dunolm' diocesis, quam in usus proprios optinere dicuntur, de qua et eius comoditatibus maior ipsorum proveniebat et pendebat sustentacio, per[D] sevientem Scottorum excercitum hostiliter quasi in cineres irreparabiliter est destructa, pietatis oculos dirigentes; pensantesque quod ob cotidianum ad guerram Scocie populi per eos iuxta viam regiam collocatos transeuntis adventum, preter aliorum supervenientium et illarum partium vicinorum presertim frequentem concursum ipsorum hospitalitas est gravius solito[E] augmentata, quam, prout possunt et residue sue suppetunt facultates que sunt quamplurimum diminute, nichilominus supportare nituntur, licet per solutiones subsidiorum diversas tam in decimis et quintis quam aliis contribucionibus clero impositis hactenus fuerint multipliciter onerati; et preterea volentes religiosis eisdem ad relevacionem et sustentacionem ipsorum graciam facere specialem, ad devotam submissionem ipsorum super ecclesia de Byrstall', nostre diocesis, cuius veri existere dinoscuntur patroni cum suis iuribus et pertinentiis in nos factam, sic in Dei nomine de ipsa ordinamus et decernimus ordinando; videlicet, quod ..prior et conventus predicti et successores sui imperpetuum ecclesiam ipsam, quam ipsis[F] cum suis iuribus et pertinentiis, cedente vel decedente magistro Willelmo de Pykering', archidiacono Notyngh',

rectore eiusdem ecclesie presenti, appropriamus decreto, exceptis hiis que inferius duximus deducenda, habeant et teneant, in usus proprios possidendam. Et quod per vicarium et eius ministros eidem ecclesie deserviatur debite in divinis, qui omnia onera ordinaria debita et consueta subeat et supportet. Cuius vicaria ex hac ordinatione nostra, cedente vel decedente vicario qui nunc est ibidem, per nos et successores nostros imperpetuum persone idonee successive cum vacaverit conferenda, in portionibus hiis consistat; videlicet, in decimis feni, lane, agnorum, lini albi, curtilag' et in aliis minutis decimis et obventionibus ad altaragium spectantibus, cum manso dudum per magistrum Thomam de Dalton', olim ecclesie prefate rectorem, vicario tunc temporis assignato, vel consistat in triginta quinque marcis sterlingorum per manus eorundem religiosorum annuatim in festis sancti Martini in hyeme et Pentecost' per portiones equales vicario qui pro tempore fuerit pro predictis minutis decimis et aliis omnibus ad ipsum ratione vicarie predicte spectantibus persolvendi[G], qui super hoc habeat optionem. Volumus etiam et ordinando decernimus quod, cedente vel decedente predicto magistro Willelmo de Pikeryng'[H] et non ante, iidem religiosi ..decano et capitulo nostro Ebor', ad augmentationem servitii Virginis gloriose in suo [*f184v*] altari in criptis vel alibi ubicumque imposterum illud transferri contigerit, postquam ipsi ..decanus et capitulum hanc nostram appropriationem confirmaverint, annuatim in predictis duobus festis per equales portiones decem marcas solvere teneantur capellano, dicto altari deservienti, ad sustentationem servitii altaris predicti perpetuis temporibus applicandas. Onera autem extraordinaria que occurrerint subeunda tam ad prefatos priorem et conventus quam ad vicarium pro rata pertineant portionem. Liceat autem religiosis eisdem, prefato magistro Willelmo cedente vel decedente, corporalem ecclesie predicte possessionem ingredi et nancisci nostro, archidiaconi loci seu officialis sui assensu nullatenus requisito; salva tamen[I] ecclesie nostre Ebor'[J], et nostra in omnibus dignitate. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' apud Burton vj.[L] kalendas Octobris anno gratie m° tricentesimo et pontificatus nostri primo.

[A] *ad* omitted [B] *et* omitted [C] *Baunbourgh'* [D] *per* omitted [E] *solito gravius* [F] *ipsis* omitted [G] *persolvend'* [H] *de Pikeryng* omitted [I] *tamen* omitted [J] *Ebor'* omitted [L] vij kal.

Printed: Reg. Corbridge i, pp. 68-70.

Note: The damage to Nostell Priory's endowment in Bamburgh probably began in 1296 with Balliol's incursion across the borders into Northumberland. King Edward I's resulting campaign in Scotland would have meant that Nostell Priory, on the primary routes north, would also have been inundated with travellers. William of Pickering first occurred as archdeacon of Nottingham on 28 September 1287 and had an indult dated 2 August 1290 for his collation to two other benefices, one of which was probably Birstall [Greenway, *La New 1066-1300: York*, p. 46]. William of Pickering was elected Dean of York on 11 September 1311 and died 7 April 1312 [Jones, *La New 1300-1541: Northern Province*, p. 6]. Also see nos. 1323, 1324 for additional documents concerning this appropriation. Copied by other than Scribe A or B [see Chapter V]. See Chapter IV for further discussion of the church of Birstall.

1323. Confirmation by the dean and chapter of York [Minster] of Archbishop of York Thomas Corbridge's appropriation of the church of Birstall to the prior and convent [Burton near Beverley, 25 September 1300]. f184v/p. 445

Chapter of York [Minster], 14 October 1300

Rubric: [*none*].

Noverint universi quod nos ..decanus et capitulum ecclesie beati Petri Ebor' litteras appropriationis ecclesie de Birstall' facte religiosis viros ..priori et conventui sancti Oswaldi super Nostel per venerabilem patrem dominum T. Dei gratia Ebor' archiepiscopum Anglie primatem inspeximus tenorem per omnia qui sequitur continentes: Universis Cristi fidelibus presentes litteras inspecturis Thomas Dei gratia Ebor' archiepiscopus

Anglie primas salutem in amplexibus Redemptoris. Et si ex officio pastoralis debito et cetera de verbo et verbum ut supra inmediate. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Dat' apud Burton iuxta Beverlay vij. kalendas Octobris anno gratie m° c° c° c° et pontificatus nostri primo. Nos igitur hanc appropriationem ratam habentes pariter et acceptam ipsam approbamus, ratificamus et quantum ad nos attinet confirmamus, salva in omnibus Ebor' ecclesie dignitas. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Act' et dat' in capitulo nostro Ebor ij. idus Octobris anno gratie m° tricentesimo. *[f185r]*

Note: See **no. 1322** for the notification by Archbishop of York Thomas Corbridge of the appropriation of this church. See Chapter III for further discussion of the church of Birstall. Also see **no. 1324** for the inquiry launched as a result of this decision. Copied by other than Scribe A or B [see Chapter V].

1324. Document damaged by fire. Notarial instrument inspecting a series of documents relating to the appropriation of the church of Birstall to the Priory (made by Robert of Pickering, canon of York, and John of Nassington, Official of Court, special commissaries of Archbishop Thomas Corbridge of York). William of Pikering, archdeacon of Nottingham and rector of Birstall, is to receive a pension of 80 marks a year from the Priory upon his resignation of the rectory of Birstall.

f185r-v/pp. 446-7

York, 10 January 1301

Rubric: [*none*].
Top Margin: respice effectum huius ordinationis in alia parte ipsius folii.
Right margin: Ordinatio Birstal'

1 In Dei nomine Amen. Anno ab incarnatione eiusdem m° ccc° indictione quartadecima

2. decimo die mensis Ianuarii constituti personaliter in presentia mei notarii et testium subscrip-

3. -torum reverendi viri magister Robertus de Pykeryng' canonicus ecclesie Ebor' et magister Iohannes de

4. Nassyngton' officialis curie Ebor' per venerabilem patrem dominum Thomam Dei gratia Ebor' ar-

5. -chiepiscopum Anglie primatem ad infrascripta commissarii specialiter deputati ad pronunciationem

6. infrascripte ordinationis inter partes in eadem contentas processerunt in pleno Eboracen'

7. consistorio sub hac forma 'In Dei nomine Amen. Cum reverendus pater dominus Thomas Dei gratia

8. Ebor' archiepiscopus Anglie primas nobis Roberto de Pykeryng' canonico et Iohanni de Nas-

9. -syngton' officiali suo Ebor' ad recipiend[um] submissiones religiosorum virorum ..prioris

10. et conventus de sancto Oswaldo de Nostell' et magistri Willelmi de Pykeryng' archidiaconi

11. Notyngham et rectoris ecclesie de Byrstall' et ad formandum ordinationem inter ipsos et

12. ad faciendum secundum tenorem et effectum submissionum ipsarum quod negocii qualitas exigit et

13. requirunt sub eo qui sequitur tenore commisserit vices suas "Thomas Dei gratia Ebor' archiepiscopus

14. Anglie primas dilectis in Cristo filiis magistris Roberto de Pykeryng' canonico et Iohanni

15. de Nassyngton' officiali nostro Ebor' salutem gratiam et benedictionem. Cum nuper ecclesiam de Byrstall'

16. nostre diocesis cuius dilectus filius magister Willelmus de Pykeryng' archidiaconus Notyngham possessioni

17. incumbit dilectis filiis ..priori et conventui sancti Oswaldi de Nostell' patronis [eiusdem]

18. cedente vel decedente eodem magistro Willelmo in usus proprios concesserimus perpetuo [possiden-]

19. dam ac iidem hinc inde nostre ordinationi quo ad ecclesiam ipsam cum suis iur[ibus et]

20. pertinentiis se submittere sint parati nos de vestra industria confidentes ad [recipiendum]

21. submissiones ipsorum et ad formandum ordinationem huiusmodi necnon ad faciendum secundum [teno-]
22. -rem et effectum submissionum ipsarum quod negocii qualitas exigit et requirit. [Et ad re-]
23. -ferendum nobis citra octabas Epiphanie Domini quicquid feceritis in premissis vobis commitimus
24. nostras. Valete. Dat' apud Blydam ij nonas Ianuarii anno gratie m° ccc° [et pontificatus]
25. nostri primo [*4 January 1301*]. Ac tam predicti religiosi quam idem magister Willelmus nostre ordinationi [*lost* ?submi]
26. -serint alte et basse per litteras suas patentes tenor submissionis ipsorum [prioris et conventus]
27. per omnia talis est viris venerabilis et discretis magistris Roberto de Pykeryng' can[onico] [*lost*]
28. Ebor' et Iohanni de Nassyngton' officiali curie Ebor' venerabilis patris domini Thome Dei
29. gratia archiepiscopi Ebor' Anglie primatis commissariis specialibus Willelmus prior de [sancto Oswal-]
30. -do et eiusdem loci conventus salutem cum omnimodis reverentia et honore vestre [*lost*]
31. -cioni qualitercumque faciende super ecclesia de Byrstall' nobis per dictum priorem de [sancto Oswaldo] [*lost*] [appro-]
32. -priata subsecuta confirmatione venerabilis capituli beati Petri Ebor' inter nos et [*lost*]
33. virum magistrum Willelmum de Pykeryng' archidiaconum Notyngham et rectorem ecclesie [*lost*]
34. alte et basse pure et absolute nos submittimus per presentes ratum et [*lost*]
35. firmum habentes et habituri quicquid inter nos quo ad ipsam ecclesiam et [*lost*] [con]
36. tingentia faciend' duxeritis vel ecclesiam ordinand'. In cuius rei testi[monium] [*lost*] [*f185v*]

1. sigillum commune capituli nostri presentibus est appensum. Dat' apud sanctum Oswaldum in capitulo
2. nostro vigilia Epiphanie domini anno eiusdem m° ccc° [*5 January 1301*]. Item tenor submissionis ipsius magistri
3. Willelmi per omnia talis est. Per presens instrumentum pateat universis quod cum venerabilis pater
4. dominus Thomas Dei gratia Ebor' archiepiscopus Anglie primas ..religiosis viris ..priori et conventui
5. de sancto Oswaldo super Nostell' veris patronis ecclesie de Byrstall' suo diocesi ecclesiam ipsam
6. de Byrstall' concessisset me Willelmo de Pykeryng' eiusdem ecclesie rectore cedente vel decedente
7. in usus proprios perpetuis temporibus possidendam ..decanusque et capitulum Ebor' concessione huiusmodi
8. suis patentibus litteris confirmassent. Ego Willelmus predictus affectans ut memorati religiosi
9. statum plenum et presertim in dicta ecclesia eisdem in proprios usus concessa efficaciter consequantur me
10. atque statum meum et omne ius quod in ecclesia habeo supradicta ordinationem discretorum virorum magistrorum
11. Roberti de Pykeryng' canonici Ebor' et Iohannis de Nassyngton' officialis dicti patris reverendi
12. quibus idem venerabilis pater vices suas super hoc commisit alte et basse pure simpliciter et
13. absolute submitto ratum perpetuo habituri et firmum quicquid super inure quod in ecclesia habeo pre-
14. -fata in statu meo duxerint ordinandum. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus
15. est appensum. Dat' Ebor' vij. idus Ianuarii anno gratie m° ccc° [*7 January 1301*]. Nos commissarii prefati
16. receptis submissionibus suprascriptis considerantes quod ecclesia de Byrstall' prefata per venerabil-
17. lem patrem supradictum prefatis ..priori et conventui concessa existit in proprios usus cedente

18. vel decedente eodem magistro Willelmo de Pykeryng' rectore memorate ecclesie perpetuis temporibus
19. possidenda quod quia concessio huiusmodi per ..decanum et capitulum Ebor' noscitur confirmata attendentes
20. etiam quod non nuncquam per moram succedit periculum ex temporis tractu laudabiliter ordinata
21. [*lost*] per quam provide concessa non tamen suum esse completum vel perfectum statum habentia quandoque
22. [*lost*] quando que ex parte aliquotiens per potentiam humanam aliquotiens per excogita
23. [*lost*] versutiam revocantur vel saltem incidunt in recidivum questionis et propterea intem[*lost*]
24. [*lost*] ut memorati religiosi in dicta ecclesia de Byrstall' eisdem in proprios usus concessa
25. [*lost*] -dem habeant et perfectum invocato Cristi nomine ordinamus ut dictus magister Willelmus eidem ecclesie
26. [*lost*] et alte cedat omnino ipsam que in omne ius sibi competens in eadem simpliciter pure
27. [*lost*] [ab]solute resignet infra dies viij° proxima numerandos verum quia idem magister Willelmus
28. [*lost*] dicte ecclesie de Byrstall' de propria pecunia nobiliter edificant et sumptus
29. [*lost*] valde amplos nos ad hec nostrum intuitum dirigentes perpendentes etiam
30. [*lost*] magister Willelmus archidiaconus Notyngham in Ebor' ecclesia existit ad cuius sta-
31. [*lost*] -tiam conservandum [*?optineba*] familiam non modicam habere in expensas de
32. [*lost*] diem facere ampliores ordinamus quod iidem religiosi apud Ebor' solvant sibi
33. [*lost*] anno quoadvixerit ad duos terminos quatertviginti marcas sterlingorum annue
34. [*lost*] [*?*personis] de camera nomine videlicet xl. marc' ad festum Martini in yeme anno domini
35. [*lost*] ccc° [*one word illegible*] et xl. marcas ad festum Pent' proxima sequens et sicut deinceps quo advixerit
36. [*lost*] [*?* quodque] de pensione. Huius memorati ..prior et conventus dicto magistro Willelmo
37. [*lost*] [*?* liber]ant et tradant patentem communi sigillo signatam. Quia autem ordinationi
38. [*lost*] pronuntiata iidem commissarii mandaverunt ordinationem eandem in publicam
39. [*lost*] redior per me notarium infrascriptum. Et ad fidem veritatis et maius testimonium
40. [*lost*] presentium instrumenta sua apposuerunt sigilla. Acta sunt hec die mense et in [*illegible*]
41. [*lost*] presentibus fratre Roberto de Pontefracto canonico dicte domus magistro
42. [*lost*] de Wodehous' clerico, domino Willelmo dicto Coddyng' capellano testibus ad
43. [*lost*]vocatis specialiter et rogatis. Et ego Edwardus de Ebor' clericus auctoritate
44. [apostalic]a [notarius] publicus premissis omnibus una cum testibus antedictis presens interfui in ea scripsi
45. [*lost*] publicari et in publicam formam redegi per dictos commissarios rogatus [in eis] qui signo
46. [*lost*] consueto et nomine roboravi[*186r*]

Note: The commission mandating this inquiry and recited above was calendared [*Reg. Corbridge*, i, p. 42 no. CXIV]. See nos. 1322, 1323 for further documents.

1325. Document damaged by fire. Agreement between Walter [de Garton], perpetual vicar of the church of Tickhill, and the prior and convent of St Oswald, in the presence of Thomas of Corbridge, archbishop of York, whereby the vicar shall receive the tithes of hemp and flax of the parish of Tickhill and the Priory shall receive all other tithes. f186r/p. 448

'Lanam', 18 June 1302

1. Memorandum quod cum nuper orta fuisset [materia dissensionis inter priorem et conventum de]
2. Sancto Oswaldo rectorum ecclesie de [Tychill', ex parte una et dominum Walterum perpetuum vicarium]
3. eiusdem ecclesie ex altera super percept[tione decime lini et canabi in parochia antedicta, tandem]
4. in nostra Thomas dei gratia Ebor' ar[chiepiscopus^ presentia unanimi consensu utriusque]
5. partes concordatum est in forma sub[scripta; videlicet, quod predictus vicarius et successores sui percipiant]
6. omnes decimas tam canabi, lini et b[ladi quam aliorum quorumcumque fructuum infra curtilagia dicte]
7. parochie [*sic*] crescentium decima feni d[um taxat excepta. Et quod predicti prior et conventus percipient]
8. omnis decimas fructuum extra curtilag[ia ubicumque infra dictam parochiam crescencium, tam lini, ca]
9. nabi, fabarum, pisarum et feni et [bladi cuiuscumque generis. In cuius rei testimonium huic scripto inden]
10. tato sigillum nostrum ad partium pre[dictarum instantiam est appensum.]
11. anno gratie m° ccc° secundo et[B] [*lost*]

[A] *archiepiscopus* ommitted [B] *14 kal. Iulii*

York: Bothwick Registers of the Archbishops of York, register 6 f6r.

Printed: Reg. Corbridge, i, pp. 74-75.

Note: Walter de Garton, priest, was to have been instituted as perpetual vicar of the church of Tickhill on the presentation of the prior and convent of Nostell according to a commission to the official of York dated 1 September 1300 [*Reg. Corbridge*, i, p. 30 no. LXXXI]. See Chapter IV.

1326. Incomplete charter, damaged by fire, which mentions the church of Rothwell. f186r/p. 448

23 July [ ]

Rubric: [*none*].

12. Memorandum quod x kal' Augustini anno [*lost*]
13. ecclesiam de Rouwell [*lost*]
14. [*illegible*]atorem eorundem [*one word illegible*] [*lost*]
15. ecclesie personaliter ex altera [*lost*]
16. comparentibus solutque e[*lost*]
17. [*illegible*] Dei gratia quondam [*lost*]
18. –keby et ecclesie predicti [*lost*]
19. ecclesiarum per ordinationem [*lost*]
20. capituli euisdem [*lost*]
21. non abolita non [*lost*]
22. [*illegible*] [*lost*]
23. –tote [*illegible*] [*lost*]
24. -sistet non alter[*lost*]
25. sacerdotis [*one word illegible*] [*lost*]
26. –nentum ass[*lost*]
27. terris ad d[*lost*]
28. idem [*illegible*] [*lost*]

29. prefato [*lost*]
30. gratia [*illegible*]
31. observare [*lost*]
32. predictus [*lost*]
33. servant[*illegible*] [*lost*]
34. ipsorum [*lost*]
35. Ebor' [*lost*]
36. cc anno regni [*lost*]

Note: There is insufficient information surviving to determine either the content or the number of documents copied here; although it is likely there were more than one document copied here, see Chapter V. The 15th-century medieval index indicated this page [p. 448] recorded Wrangbrook, Brerely, 'Manesthorp' and Pontefract [no. 1]. This document was copied by other than Scribe A or B [see Chapter V].

1327. Incomplete document damaged by fire. ff 186r-v/pp. 448-49.

[possibly c. 1169 x 15th century]

Margin f186v: These figures 449 here should here remayng but 282, while 42 leaves Octobri 1634, Richard Gasc[*illegible*].

37. priorissam [*lost*]
38. Eston' et [*lost*]
39. Wyne[*lost*]
40. et [*illegible*] [*lost*]
41. habent [*lost*]
42. sancti M[*lost*]
43. qui [*lost*]
44. [*lost*] [*f186v*]
1. [*lost*] in eadem villa [*one word illegible*]
2. [*lost*] [*illegible*] eis [*illegible*] sepes
3. [*lost*] [*one word illegible*] campis de Wyn[*illegible*]
4. [*lost*] ut assignabuntur preterea predictus
5. [*lost*] [*illegible*] in bosco suo de Wynel-[*or* Wyvel-]. Ita quod
6. [*lost*] [*one word illegible*] non tempore pastionis scilicet
7. [*lost*] concessit eis quod de cetero non ex
8. [*lost*] exigit et [*? fallacit'*] quod ei
9. [*lost*] et conventus et predicti [*one word illegible*]
10. [*lost*] Robertus pater eius umquam
11. [*lost*] concesserunt et quietum clama-
12. [*lost*] [*two words illegible*] huius rei
13. [*lost*] Wymerus de Halton'
14. [*lost*] [*one word illegible*] Alano de

15. [*lost*] aliis

Note: There is insufficient information surviving to determine the content of the document copied here. The medieval index indicated this folio [p. 449] was to record documents concerning Tickhill [no. 1, see Chapter V]. The mention of a prioress in [line 37] could be making reference to the Benedictine house of St Mary Hampole with which the Priory had purchased land but there is insufficient information to decide [nos. 138-40]. The witness list [lines 12-15] include Wymer of Halton but he did not occurr elsewhere in the Cartulary. This document was copied by other than Scribe A or B [see Chapter V]. The marginal note was probably inserted by Richard Gascoigne, a 17th century antiquarian [see Chapter V]

1328. Incomplete document damaged by fire. Probably regarding the endowment in Sulkholme [Nottinghamshire]. f186v/p. 449

Rubric: [*none*].

16. [*lost*] –freman de Sulgholme

17. [*lost*] concessi et hac

18. [*lost*] [elemo]sinam imperpetuum

19. [*lost*] Albreda matre

20. [*lost*] [*one word illegible*] de [*one word illegible*]

21. [*lost*] omnino decime et

22. [*lost*] iacens ad

23. [*lost*] feodo de

24. [*lost*] et heredibus

25. [*lost*] –aque in

26. [*lost*] commodi

27. [*lost*] quoque

28. [*lost*] et consueta

29. [*lost*] aliquod

30. [*lost*] Et

31. [*lost*] omnibus

32. [*lost*] [*one word illegible*] gratis

33. [*lost*] [*one word illegible*] in

34. [*lost*] et cetera xij^{imo}

[*note: a space here indicating that line 34 may not have extended across the full page.*]

35. [*lost*] hominibus

36. [*lost*]estam

37. [*lost*]worth'

38. [*lost*] habeant

39. [*lost*] et cetera.

Note: There is insufficient information remaining to understand this document [see Chapter V]. Nostell Priory held land in Sulkholme [Nottinghamshire] and this may have been a grant in alms in that area. This document was copied by other than Scribe A or B [see Chapter V].

Appendix B
Documents from other Sources.

B001. Notification and confirmation by Robert (1) de Percy of Bolton Percy to King Henry II of the gift made by his father Picot of the church of Bolton Percy before the death of King Henry I, which was confirmed by Archbishop Thurstan of York, Pope Adrian IV and King Henry I.

Excellentissimo domino suo H[enrico] illustri regi Anglie Rodbertus de Perceio salutem et debitum pro posse servicium. Notum sit sublimitati vestre quod Picotus pater meus iuxta consuetudinem Anglorum multo tempore ante obitum avi vestri gloriosi regis Henrici in quantum potuit laicus concessit canonicis sancti Osuualdi ecclesiam de Booltona in perpetuam elemosinam et hac [*sic*] concessione heredum suorum. Hanc elemosinam pontificali auctoritate confirmavit Turstano [*sic*] Ebor' archiepiscopus, postea avus vester venerabilis etiam Adrianus papa et vos vestri gratia hoc idem confirmastis. Ego vero hanc elemosinam confirmo et ratam habeo quantum ad me spectat. Unde vobis supplico quantinus predictos canonicos pro salute anime vestre vestri gratia manuteneatis ne de elemosina patris mei et mea aliquod preiudicium vel violentiam sustineant. Huius concessionis et mee elemosine testes sunt, etc.

Printed: EYC XI, no. 97 dated 1155-1175. This was noted as a lost charter between f97v and f98r from MS Dodsworth 138 f143r.

B002. Notification and confirmation by Robert (I) de Percy of Bolton Percy to Roger d[e Pont L' Evêque] archbishop of York of the grant made by his father Picot de Percy of the church of Bolton [Percy] before the death of King Henry I.

Dorso rubric: Carta de sancto Oswaldo de ecclesia de Boultona.
Karissimo patri et domino Rogero Dei gratia Ebor' archiepiscopo et omnibus successoribus suis Robertus de Perci salutem. Notum sit paternitati vestre quod Picotus de Perci pater meus multo tempore ante obitum regis Henrici senioris concessit in perpetuam elemosinam ecclesiam de Booltuna canonicis sancti Osuualdi de Nostla. Hanc vero elemosinam ut filius eius et heres presenti carta confirmo et ratum habeo unde paternitati vestre supplico quantinus predictos canonicos pro salute animarum nostrarum vestri gratia manuteneatis ne de elemosina patris mei et mea aliquod preiudicium vel iniuriam a quolibet in eos malignante sustineant. Huius concessionis inde et elemosine testes sunt Adam clericus de Wachefeld, Gilbertus presbiter, Rodbertus clericus, Moyses de Hoderoda, Willelmus de Prestona, Willelmus de Norfolc, Gerardus de Haictona, Rodbertus de Herdwick, Rogerus de Hesel.

Printed EYC XI, no. 98 dated 1154-1175 citing Dodsworth ms 95, f76r from the original formerly in St Mary's Tower, York.

B003. Confirmation by William son of Robert (I) de Percy of Bolton Percy of the grant made by his grandfather Picot de Percy and confirmed by his father Robert (I) of the church of Bolton [Percy].

Omnibus sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris Willelmus de Perci filius Rodberti de Perci salutem. Sciatis me concessisse et hac mea carta confirmasse Deo et ecclesie sancti Oswaldi de Nostlat et

canonicis ibidem Deo servientibus ecclesiam de Booltona cum omnibus pertinentiis suis in bosco et in plano, in pratis et pascuis quam Picotus avus meus eis in liberam elemosinam dedit et eis Rodbertus pater meus cartas sua confirmavit. Hanc autem elemosinam confirmo in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omni seculari servitio sicut ulla elemosina liberior et quietior esse potest de me et de omnibus heredibus meis in perpetuum. Hiis testibus, Henrico de Pusat, Petro Basset, Willelmo de Langetwait, Willelmo filio Heruei, Radulfo de Insula, Ottone de Tilli filio Ottonis, Picoto de Perci, Willelmo de Insula filio Radulfi de Insula, Ricardo de Insula et Willelmo fratre eius, Nicolao Basset filio Petri Basset, et multis aliis.

Printed: *EYC XI*, no. 99 dated c.1170-1185 and *Mon. Ang*, vol. 6, p. 94 citing ms Dodsworth 8, f198 from the original formerly in St Mary's Tower, York.

B004. Confirmation by King Henry I of his gifts and those of others [itemised].

Westminster, 7 January 1122

Rubric: Hic incipunt carte domus Sancti Oswaldi de Nosle et inprimis carta domini Henrici regis primi.

In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Ego Henricus dei gratia rex Anglie et dux Normanorum universorum confirmationem et finem attendens, et in futurum saluti mee providens simulac consulens, quod propriis meritis optime non possum; a pauperibus spiritum regnum celorum quod ipsorum est emendum putavi. Eos in illa celesti curia semper advocatos habere desideras [*for* desiderans] utpote cuius ipsi sunt et concives et presules ad eosdem tamquam ad sancte munitionis auxilium confugio. Ut eorum mereor optulatione salvari qui de meis meritis non nisi mortem et dampnationem invenio donationem quam ipse facio ecclesie Sancti Oswaldi de Nosllai et fratribus et canonicis regularibus eiusdem loci videlicet duodecem denarios in die de firma mea propria Eborascire imperpetuum solutam et liberam. Concedo eis et pro dei amore et salute anime mee et antecessorum meorum ecclesiam de Baenburch cum capell' et terris et decimis eidem ecclesie adiacentibus sicut Algarus presbiter iam unquam quas fecerunt melius tenuit et terras videlicet Fletam et Helefort et terram Sancti Hydani, ecclesiam de Cnaresburgh, ecclesiam de Tickhill cum terris et decimis eisdem ecclesiis pertinentibus. Donationes preterea quas fecerunt ipsis principes et nobiles regni, ego quoque munificentia regale confirmo nemus videlicet in quo sita est predicta ecclesia quam Robertus de Laceso eis concessit et duas bovatas terre in Herdwic quas idem Robertus dedit et concessit et Radulphus Gramaticus quantum ad eum spectabat de dono Willelmi Foliot unum molendinum in Nortuna. De Rogero Pictavensi unum molendinum in Saxtona. De Adam de Ranavilla unam bovatam terre in Istoft. De Ingulfo de Macomio unam bovatam terre, unum pratum et unam piscariam. De Sweno filio Edwini presbitri unam bovatam terre in Halctona. De Olerio unam bovatam in Hesela. De Irnulfo de Prestona unam bovatam terre in Hardwicke. De Sweno filio Lirici [*for* Alrici] unam carrucatam terre in Croftona et in Winterseta duas bovatas terre et unum toftum. De Godderdo unam bovatam in Croftona. De Gerbodo tres bovatas terre in Warnefeld. De Ebrardo unam bovatam terre in Tocwid. De Willelmo de Archis duas bovatas terre in Hamertona. De Radulpho de Federstam decem acras terre. De Becea tres acras terre. De Levino filio A[n]ieti duas bovatas terre in Cramton. De Roberto Daio duo tofto [*sic*] in Hamertona. De Acelino fratre eius nemus quod est super stagnum Sancti Oswaldi in longitudine stagni et in latitudine xl^{a} perticatas. De Hugone Muscampis unam carectatam [*sic*] terre in Burtona. De Willelmo filio Nigelli dimidiam carucatam

terre in Bucheton. De Roberto de Fossardo ecclesiam de Bramelia cum quatuordecim bovatis terre que ad ecclesiam pertinet et ecclesiam de Warram cum quatuor bovatis terre et ecclesiam Lith cum decem bovatis terre quas prefatus Robertus Fossard dedit Sancto Oswaldo per manum Turstini archiepiscopi. [De] Levena in Torp et in Rogertorp concessione Hugonis de Laval et coram me quinque carucatas terre. De Willelmo de Archis et Gaufrido filio Pagani capellam Omnium Sanctorum in Tocwid et terram quam [*sic*] capelle adiacet. De Radulfo de Insula et Willelmo filio eius capellam de Wodechirch et ^A quatuor bovatas terre in Morlai per manum Turstini archiepiscopi. De Roberto filio Herberti de Bestona duas acras terre in Morlai. De Radulfo de Lacella unam bovatam terre in Cumerceword. De Alano de Crem septem solidi per annos singulos in Botoluestan. De Gilberto filio Iocelini unum molendinum in Aschebi et sex bovatas terre Stichelwald.

Confirmo autem predictis canonicis ecclesias et terras quas Adeliza de Chesneduit et Simon et Radulfus filii eius in presentia mea dederunt liberas et quietas ab omni seculari servitio videlicet ecclesiam de Langleya cum centum acris terre et ecclesiam de Chedendona et ecclesiam de Cherweltona cum terris et decimis eisdem ecclesiis pertinentibus et duas hidas terre in Saldena et hidam et dimidiam in Mideltona liberas et quietas ab omni seculari servitio. De Picoto de Perci ecclesiam de Boolton. De Sunena unam mansuram in Eboraco. De Stephano comite Moritonii et de Cliberno et Sunwlfo [*for* Sumulfo] mansuras quas dederunt Sancto Oswaldo in Eboraco. De Stephano comite Moritonii et Rogero de Limisi capellano eius ecclesiam de Sancto Oswaldo in Macherfeld. De Humfrido Hactenc unum molendinum in Saldford cum terra que eidem molendino adiacet. De Hattpio [*sic for* Attropio] filio Humfrido Hactenc ecclesiam de Hamertona, ecclesiam de Chebescia et ecclesiam de Newbold cum terris et decimis ceteris rebus ecclesiis pertinentibus. De meo proprio dono terram que fuit Godrici mercatoris in Norwico et consuetudinem que de eadem terra exiit. In Warsop et in Sulcholm tres bovatas terre et duas partes unius bovate terre de meo proprio dono at Mewart'. De Sweno filio Elrici totum manerium in Winterseta in bosco et in plano sicut idem Swenus melius tenuit. Et de eodem Sweno ecclesiam de Felebarche, ecclesiam de Adwic et dimidiam ecclesie de Mechesburch. Duas nimirum donationes ab incolumitate regni mei et salutem anime mee necnon pro animabus patris mei Willelmi magni regis Anglie et matris mee magne regine et uxoris mee magne regine secunde et Willelmi filii mei omniumque fidelium dei defunctorum ita quod ab omni tam clericorum infestatione quam laicorum absolvo. Ut quando hoc decretum et mee concessionis nemo sit qui servos dei ibidem comorantes inquietare audeat vel presumat. Quam nimirum quietem et tranquillitatem eidem Sancti Oswaldi ecclesie archiepiscopus Ebor' ab omni consuetudine episcopalium exactione et inviolabile possidendam concessit. Volo et concedo et firmiter precipio ut predicti canonici amodo imperpetuum omnia supradicta teneat [*sic*] libere et quiete a geldis, a placitis, querelis, consuetudinibus, occasionibus et ab omni servitio et exactione seculari. Si quis autem contra hanc donationis nostre paginam temerario ausu venire vel eandem ecclesiam infringere vel diripere vel nocere temptavit perpetua anathematis ultione feriatur donus ad plenam satisfactionem et congruam emendationem redierit porro donationis huius. Ex mea parte testes sunt David comes, Robertus filius regis, Nigellus de Albini, William Peverell de Notincham, Robert de Brus, Rogerus filius Ral', Paganus filius Johannis, Gaufridus filius Pagani Robertus de Olli, Hugo Bigot. Data et confirmata West[imonasterio] anno ab incarnatione domini MCXXI Indictione xxiiij^{a}, epacta xviij, septimis idus Ianuarii concurrens v luna xxv feria in anno

secundo confectionis Turstini archiepiscopi. Ego Henricus rex Anglie et dux Normanorum ut imposterum res firma consistat presentem paginam prope meum impressionem consignavi.

[a] for *indictione xiiij*

[^] *Mon. Angl.* vol. 6, pp. 92-93: *Et de Willelmo comite Warrennae et Radulfo de Insula, et de Willelmo filio eius, ecclesiam de Wudecherche, per manum Turstini archiepiscopi; et de eodem Radulfo, et Willelmo filio suo xij. bovatas terre in Morley. De Roberto filio Herberti de Bestona xij. acras in Morlaia;*

Printed: 'Ctl Tockwith', no. 64. *Mon. Angl.* vol. 6, pp. 92-3, no. ii with errors, see Chapter II.

B005. Grant and confirmation by William de Arches of the exchange of land made by Guy of Wilstrop in Tockwith, two bovates of land in [Green] Hammerton, the services of John Blund and his sons and the grants made by his men in Tockwith and half the tithes of bread of his house.

Rubric: Carta Willelmi de Archis

Sciant omnes tam presentes quam futuri quod ego Willelmus de Archis concedo et presenti carta confirmo ecclesie Omnium Sanctorum de Scokirka et canonicis ibidem Deo servientibus escambium quod fecit Wido de Wyvelesthorp cum laisme croc [*sic*] videlicet terram in Tockwyt habentem in latitudine xiij. rodas in longitudine xxviij. per mensuram ipsius laisme quam habebat in orientali parte eiusdem ville et illam terram predictus Wido optulit me presente super altare Omnium Sanctorum de Scokirka et ego cum eo in puram et perpetuam elemosinam concedo et confirmo prefate ecclesie ex dono patris mei in perpetuam elemosinam pro Dei amore et salute anime mee et omnium parentum meorum duas bovatas terre in Hamertona liberas et quietas ab omni servitio seculari. Et do et concedo cum eadem terra Iohannem Blundum cum filiis suis confirmo et canonicis prefate ecclesie elemosinas ceteras quas homines mei de Tocwyt eis fecerint et do eis et concedo dimidietatem decime panis domus mee. Concedo et presenti carta confirmo ut habeant plenarie omnes libertates in necessariis suis in bosco et in plano, in aquis, in pascuis, in pratis et in omnibus locis. Hiis testibus etc.

Printed: 'Ctl Tockwith', no. 2 dated 1118-1150.

B006. Confirmation by King Stephen to Archbishop Thurstan and Ilbert (II) de Lacy that he grants the canons of St Oswald may have two fairs at Woodkirk [Morley] two days before on the feast of the Assumption of Mary [13-15 August] and on the feast of the Nativity of the Blessed Virgin Mary and two days after [8-10 September].

Oxford

Stephanus dei gratia rex Anglorum et dux Normanorum T[urstino] Ebor' archiepiscopo et Ilberto de Laceio et vicec[omiti] et omnibus baronibus et fidelibus suis Francis et Anglis Ebora[ci]schire salutem. Sciatis me concessisse canonicis Sancti Oswaldi ut habeant feriam apud Wodekirke ii diebus ante festum Assumptionis Marie et in die festi, et duobus diebus ante festum nativitatis Marie et in die festi; et bene et in pace et quiete et honorifice eam teneant cum omnibus consuetudinibus suis que ferie pertinere debent sicut melius tenuerent tempore regis Henrici et sicut ipse precepit per chartam suam. Et omnes homines ad ipsam feriam venientes et inde redeuntes cum omnibus rebus suis firmam pacem meam habeant. Et nullus eos disturbet nec aliquam contumeliam sive iniuriam eis fac[iat] super decem librarum forisfacturam. Testibus ep[ispcop]o Carelol' et Rogero cancellario. Apud Oxnef'.

Printed: *EYC III*, no. 1442 and *RRAN* vol 3, no. 622 dated 1136-9 citing Oxford: Bodleian, Dodsworth ms 116, f28.

B007. Confirmation by King Henry II of the gifts of his grandfather and others [itemised].

[January 1155 - before July 1157, possibly February 1155]

Rubric: Carta Regis Henrici Secundi donatorum concessiones recitans et confirmans.

Henricus rex Angl' dux Norm' et Aquit' et comes Andeg' omnibus et cetera salutem [*sic*]. Notum sit omnibus vobis me ecclesiam beati Oswaldi, regis et martyris, que iuxta castellum Pontefracti in loco que dicitur Nastlai super vivarium sita est, et in qua canonici regulares ad serviendum Deo viventi, per manum venerabilis Turstini Eboracensis archiepiscopi constituti sunt, et omnes possessiones eiusdem ecclesie regie potestatis autoritate confirmasse, sicut Henricus avus meus rex Anglorum eandem ecclesiam ante me constituit et confirmavit. Donationem etiam vero, quam predicti martyris ecclesie et eiusdem loci canonicis idem rex Henricus fecit; videlicet totum nemus quod circa eandem ecclesiam est; et quod dicitur nemus sancti Oswaldi, imperpetuum eis liberam et solutam concedo et confirmo. Duodecim etiam denarios in die de firma mea propria Eboracisire, quos Henricus rex avus meus ecclesie Sancti Oswaldi et canonicis eiusdem ecclesie regali dono concessit, ego eis regali autoritate imperpetuum concedo et confirmo. Dimidiam vero carucatam terre in qua predicta ecclesia sita est et eidem ecclesie adiacet, et duas bovatas terre in Hardewich quam simul terram Rodbertus de Laceio eis dedit et concessit, et Radulphus Grammaticus, quantum ad se inde spectabat, ab omni terreno servitio et omnibus regalibus consuetudinibus imperpetuum regali munificentia liberam, solutam, et quietam eis confirmo.

Preterea confirmo donum, quod fecit rex Henricus predicte ecclesie et canonicis eiusdem loci, videlicet ecclesias Sancti Oswaldi et Sancti Aidani, cum capellis suis de Baamboorth, sicut Algarus presbiter unquam eas melius tenuit; et ecclesiam de Tichehill, quam etiam habent ex dono Turstini archiepiscopi, qui prius eam dono regis Henrici possiderat. Et ecclesiam de Chnaresburgh, cum terris et decimis et capellis et omnibus rebus que ad predictas ecclesias pertinent. Et terram que fuit Godrici Mercatoris in Norwiche, et consuetudinem que de eadem terra exit. Item in Warsoph et in Sulcholm, tres bovatas terre et duas partes unius bovate terre ad uthwara concedo et confirmo ecclesie Sancti Oswaldi et canonicis ibidem Deo servientibus. Donationes etiam quas fecerunt predictis canonicis principes et nobiles regni mei ego quoque potestate regali confirmo, videlicet de Hugone de Laval ecclesiam de Rodthenvella; et ecclesiam de Hachwurtha, et ecclesiam de Fetherstan et ecclesiam de Huderesfeld, et ecclesiam de Batheleia cum terris et decimis et omnibus rebus eisdem ecclesiis pertinentibus; et manerium de Hesella cum servitio Oilerii. De Willielmo Folioth duo molendina in Nortona et in Frisebia et unam mansuram in castello Pontefracti; de Adam de Reinevilla unam bovatam terre in Histoft, de Rogero Pictavensi unum molendinum in Saxtona, de Sueno filio Ailrici unam carucatam terre in Croftona et totum manerium de Winterseth in bosco et plano sicut idem Suenus melius tenuit; et de eodem Sueno ecclesiam de Felekircha et ecclesiam de Muddewich et dimidium ecclesie de Mechesburch cum omnibus rebus ipsis ecclesiis pertinentibus. De Ascelino de Daico nemus et terram sicut iacet ex occidentali parte ecclesie et stagni Sancti Oswaldi et sicut idem Ascelinus eis dedit et concessit. De Oilero unam bovatam terre in Haseleia. De Godardo de Crophtona terras que sunt in occidentali parte predicte, unam bovatam terre in eadem villa, et vastas ville, quas idem Godardus et ceteri homines eiusdem ville prefatis canonicis concesserunt. De Leivena in Torp et in Torp Rogeri concessione

Hugonis de Laval sex carucatas[a] terre, de Hingulfo de Matona unam bovatam terre et unum pratum et unam piscariam in Bechala. De Radulpho de Fetherstan decem acras terre, de Beita tres acras terre. De Sueno filio Edwini presbiteri unam bovatam terre in Haltona. De Gerbodo ecclesiam de Warnefeld cum terris et decimis et omnibus rebus pertinentibus eidem ecclesie et tres bovatas terre in eadem villa. Et de eodem Gerbodo et filiis suis Willielmo et Roberto unam carucatam terre in Barnaburch. De Everaldo unam bovatam terre in Tochwith. De Willielmo de Arches duas bovatas terre in Hamertona. De Roberto Fossarado ecclesiam de Brammaham cum quatuordecim bovatis terre que ad ecclesiam pertinent et ecclesiam de Werum cum quatuor bovatis terre et ecclesiam de Lid cum decem bovatis terre quas videlicet ecclesias predictus Robertus Fossardus prefatis canonicis dedit per manum Turstini archiepiscopi. De Willielmo Fossardo filio Roberti Fossardi, et Agnete filia eius duas carucatas terre in Brammaham et molendinum eiusdem ville. De dono etiam Alexandri Painel et Agnetis uxoris eius viginti acras terre in eadem villa. De Aschatillo de Bolemer duodecem bovatas terre in eadem villa. De Hugone de Muscampo unam carucatam terre in Burtona. De Willielmo filio Nigelli dimidiam carucatam terre in Burtona. De Herberto filio Herberti et Willielmo fratre eius Eboracensi thesaurario ecclesiam de Wivertorp cum omnibus eidem ecclesie pertinentibus concessu Turstini archiepiscopi. De Picoto de Perceio ecclesiam de Booltona. De Willielmo de Arches et Gaufrido filio Pagani capellam Omnium Sanctorum in Lochwith [*sic*] et terram que capelle adiacet. De Willielmo comite Warenne et de Radulpho de Insula et Willielmo filio eius ecclesiam de Wudechirka per manum Turstini archiepiscopi. Et de eodem Radulpho et Willielmo filio eius duodecem bovatas terre in Moralai. De Roberto filio Herberti de Bestona duodecem acras terre in Moralai. De Radulfo de Lacella unam bovatam terre in Cumbrewrtha. De Suvena unam mansuram in Eboraco. De Cliberno et Suulfo mansuras quas dederunt Sancto Oswaldo in Eboraco. De Gileberto filio Gothstelini vj. bovatas terre in Sticheswald et molendinum de Eschebi. De Lefwino filio Ameti duas bovatas terre in Crautona. De Stephano comite Moritonii et de Rogero de Limeseia capellano eius ecclesiam Sancti Oswaldi de Machresfeld. De Autropio filio Unfridi Hasteng unum molendinum cum terra que eidem molendino pertinet in Saldeford et ecclesiam de Lamentona et ecclesiam de Chebesei et ecclesiam de Newebold. Et de Unfrido fratre eiusdem Autropii et Lecelina matre Unfridi ecclesiam de Heseleia et ecclesiam de Witenes cum omnibus rebus eisdem ecclesiis pertinentibus testimonio Turstini archiepiscopi. De Aetheliza uxore Radulfi Chasneduith et de Simone et Hugone filiis eius ecclesiam de Chedendona et ecclesiam de Langehegha et ecclesiam de Cherweltona et in Saldena duas hidas terre et in Mideltona quindecim acras terre. Confirmo etiam donum quod Osbertus Silvanus fecit ecclesie Sancti Oswaldi scilicet totam terram suam de Swintona id est duas carucatas terre ad utwara. De Alexandro Painello unam carucatam terre que vocatur Huen in Haltona et in eadem villa terras quas dederunt predicte ecclesie Suenus filius Edwini et Iordanus Painellus; et in Thernesscho terras quas dederunt Radulphus et Iordanus de Laceio et in eadem villa tres bovatas terre et dimidiam; de dono Ade de Novo Mercato. De Helia de Bosevilla tres bovatas terre et vj. acras et unam toftam que fuit Huschar in Barneburch et unum molendinum de Herletona quod pertinet ad eandem Barneburch. Concedo etiam ecclesie Sancti Oswaldi et canonicis eiusdem ecclesie ut habeant feriam apud Nostleth sicut rex Henricus ^ avus meus et duobus diebus ante festum Sancti Oswaldi et in die festi et duobus diebus post festum concessit et bene et quiete et honorifice eam teneant cum omnibus consuetudinibus suis que ferie pertinere debent et omnes homines ad

ipsam feriam venientes et inde redeuntes cum omnibus rebus suis firmam pacem meam habeant et nullus eos disturbet nec aliquam contumeliam sive iniuriam eis faciat super x. libris forisfacture. Preter hec quicquid beneficii vel elemosine in terris, ecclesiis, ceterisque possessionibus prefate ecclesie rationabiliter collatum fuerit ego quoque similiter gratie regalis autoritate confirmo. Sit igitur tota predicta elemosina quieta et libera sicut aliqua etiam elemosinarum mearum quietior et liberior est. Denique ego Dei gratia rex Henricus do et concedo ecclesie sancti Oswaldi regis et martyris de Nostlath, sicut ante mee rex Henricus avus meus eidem ecclesie dedit et concessit, scilicet eandem libertatem et easdem leges et consuetudines quales etiam habet ipsa matrix ecclesia beati Petri Eboracensis preter ea que ad magisterium Cristianitatis et reverentiam archiepiscopalis respiciunt dignitatis. Quam nimirum libertatem et consuetudinem eidem ecclesie Sancti Oswaldi ab omni exactione episcopalis consuetudinis solute venerabilis Turstinus Eboracensis archiepiscopus ratam et inviolabilem possidendam concessit. Nulli autem hominum meorum post hec liceat hanc elemosinam Henrici regis avi mei et meam et hunc locum ob incolumitatem regni mei et salutem anime mee et pro animabus antecessorum meorum et successorum et omnium fidelium defunctorum confirmatum et omnes possessiones eius perturbare vel minuere sed in perpetua et regali pace firma et illibata permaneant. Volo enim et firmiter precipio ut predicti canonici bene et in pace et quiete et honorifice teneant cum saca et soca et toll et team et infanguenetheof et omnibus aliis liberis consuetudinibus in nemore et plano, in terris et aquis, pratis et pascuis, et passagiis et in omnibus locis. Testibus Thedbaldo Cantuariensi archiepiscopo, Rogero Eboracensi archiepiscopo, Roberto Lincolniensi episcopo, Hugone Dunelmensi episcopo, Thoma cancellario regis Anglorum, Reginaldo comite Cornvallie, Willielmo comite Albemerliae, Roberto comite Leicestrie, Hugone comite, Henrico de Essexia, Henrico de Suili, Willielmo de Perceio, Eustachio filio Iohannis.

[a] later *acras*
[^] The remainder of this charter is a repeat of Nostell Cartulary [no. 7]
Printed: Mon. Ang., vol. 6, pp. 93-94, no. iv, with no source identified.

B008. Pope Calixtus II, at the urging of Archbishop Thurstan, notifies the Prior and brothers of the church of St Oswald near Pontefract, that he confirms on them the privileges of the order of St Augustine because they had been living a communal life.

Tournos, [5-14 January 1120]

Calixtus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis priori et eius fratribus in ecclesia sancti Oswaldi iuxta Pontemfractum regularem vitam professis, tam presentibus quam futuris in perpetuum. [imperium *actually written sic*] Austri terram inhabitantibus per prophetam dominus precipit cum panibus occurrere fugienti, idcirco vos, in Christo filii karissimi, de seculo fugientes, gratanter accepimus, et vestris per venerabilem fratrem nostrum Turstinum, Ebor' archiepiscopum, petitionibus annuentes, per sancti spiritus gratiam, sedis apostolice munimine confovemus, vite namque canonice ordinem, quem secundum beati Augustini regulam professi estis, presentis privilegii auctoritate confirmamus. Et ne cui post professionem exhibitam proprium quid habere [*blank space*] sine prioris vel congregationis licencia de claustro discedere interdicimus [*blank space for two and half lines*]. Preterea vobis vestrisque successoribus, in eadem religione mansuris, ea omnia perpetuo[a] possidenda sanximus, que in presentiarum pro communis victus sustentatione legittime possidere videmus. Universa etiam, que in futurum concessione pontificum, liberalitate principum, oblatione fidelium, vel aliis

iustis modis poteritis adipisci, quieta semper et integra conservetur, eorum, pro quorum sustentatione ac gubernatione acquisita sunt, usibus omnino profutura. Nulli ergo homini omnino facultas sit eandem ecclesiam perturbare temere, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Siquis autem, quod absit, huic nostro decreto contraire temptaverit, honoris et officii sui periculum paciatur, aut excommunicationis ultione plectatur; nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit. Quicumque vero ipsum locum et in eo domino servientes fovere suisque rebus honorare curaverint, Omnipotentis Dei et apostolorum eius benedictionem et gratiam consequatur. Amen. Acta sunt Trinortii anno gratie quo supra xx°. Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Calixti secundi anno primo.

[a] ms *perpetua* originally written with deletion dot under *'a'* and *'o'* interlined.
Source: Leeds, West Yorkshire Archive Service: NCP/1/1/1, p. 87.
Printed: Wilson, J. 'Nostell & Scone' pp. 154-5.
Note: Date based on itinerary of Pope Calixtus II and Archbishop Thurstan. Archbishop Thurstan was with the pope between 5 and 14 January 1120 [Wilson, J. 'Nostell & Scone', p. 155].

B009. Pope Calixtus II, at the entreaty of Archbishop Thurstan, authorises Prior Adelulf and the canons of Nostell to move their church from the previous location to the new location they had made.

Lateran, [19 October 1119 x 14 December 1124]

Calixtus episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Adelwaldo, priori ecclesie sancti Oswaldi, et fratribus suis, canonicis regularibus, salutem et apostolicam benedictionem. Religiosorum fratrum nos oportunitati intendere apostolice sedis auctoritas exhortatur, que nos facit omnibus debitores. Quapropter vestris, karissimi in domino filii, commoditatibus caritatis paterne debito dignum duximus providere. Illam ergo ecclesie vestre de loco ad locum mutationem, quam pro communi vestra utilitate fecistis, nos, a karissimo fratre nostro Turstino Ebor' archiepiscopo exorati, presentis decreti pagina confirmamus et ratam futuris temporibus decrevimus, auctore domino permanere statuentes, ut in loco ad quem transistis servitutis officia regulariter peragatis, sicut in priori loco facere consuevistis. Data Lateran' etc.

Source: Leeds, West Yorkshire Archive Service: NCP/1/1/1, p. 88.
Printed: Wilson, J. 'Nostell & Scone', p. 156.
Note: Date based on consecration of Archbishop Thurstan (19 October 1119) and death of Pope Calixtus II (14 December 1124).

B010. Notification by Hugh de Laval to Archbishop Thurstan whereby he grants to the monks of St John of Pontefract their site and the churches of St Mary de Foro, Ledsham and other rents, and church of Featherstone.

[15 April 1123 x 24 April 1124, probably before 1 December 1123]

Witnesses provided were: King Henry I, Richard de Brus, Roger bishop of Salisbury, Robert [Peche] bishop of Chester, Geoffrey chancellor, Geoffrey of Clinton, Robert de Oilli, Thomas de St John, Robert de Sigillo, Hugh Bigod dapifer, Baldwin son of Gislebert, William de Munfichet, earl David, Abbot Helyas [Elias] de Monte, Hugh de Brietel, Richard [de Capella] bishop of Hereford.

Printed: Mon. Angl. vi, p. 121 and *Ctl. Pontefract* ii, pp. 20-22 dated c1122.

Note: Date based on Hugh Bigod, steward, and accession of David as King of Scots. Hugh Bigod was steward to King Henry I from probably as early as 15 April 1123 which provides the earliest limit. Earl David became king of Scots on 25 April 1124 which provides the latest limit. This document, which granted the church of Featherstone to the Priory of St John at Pontefract, would suggest that the agreement between La Charite and Nostell Priory, whereby the church of Featherstone was granted to Nostell Priory as part of an exchange, could not have occurred until after this document or thus no earlier than 15 April 1123 [no. 30]. The confirmation by King Henry I of the exchange, which could be no later than 1 December 1123, would provide the latest limit of this document and thus 15 April 1123 x 1 December 1123. Holmes suggested 1122 based on King Henry I's presence in the north of England in the summer of 1122 but even discounting the questionable date of Hugh Bigod as steward, Geoffrey was not chancellor until after January 1123 [*Ctl. Pontefract* 1, pp. 20-2].

B011. Notification by William (III) earl de Warenne to William son of Raven, his sheriff of Wakefield, and others, that he had confirmed to the church of Woodkirk and the canons the site of the church and a grove between two streams, and the lands and mills which they had held in the time of his father and whatever his father had given. Also a grant of 20*s* yearly from his rent of [West] Ardsley.

Willelmus comes de Warenna Willelmo filio Raven vicecomiti suo et omnibus vicecomitibus futuris de Wachfeld et Roberto filio Elie et Ranaldo filio Britonis et omnibus baronibus et fidelibus et amicis suis et ministris Francis et Anglis salutem et amicitiam. Sciatis me concessisse in elemosinam Deo et ecclesie sancte Marie de Wodechurche et canonicis ibidem Deo servientibus, pro salute anime mee et uxoris mee et pro animabus patris et matris mee et antecessorum et successoribus meorum, sicut ipsi ante me concesserunt, totam terram in qua prefata ecclesia sita est et totum nemus inter duos rivulos qui currunt per pontem Selde et pontem Ligulfi. Et preterea concessi eidem ecclesie in perpetuum quolibet anno viginti solidos de redditu meo de Erdeslaw. Et volo et precipio quod ipsi canonici teneant in mea firma pace nemus suum et terras suas et molendina sua et omnia que tenuerunt in tempore patris mei de feodo suo et meo quecumque eis dedit. Et prohibeo ne denarium de redditu meo de Erdislaw exportetur antequam elemosina mea compleatur sed ponatur super altare sancte Marie die Assumptionis eius. Et precor omnes amicos meos et precipio omnibus ministris meis quatenus sicut me diligunt meam teneant elemosinam et canonicos meos sicut meum dominicum contra omnes qui eis adversari voluerint, et prohibeo omnibus meis hominibus ne aliquis disturbet nec conturbet ecclesiam sancte Marie nec elemosinas que concesse sunt eidem ecclesie de feodo meo super decem libras forisfacture. Vale.

Printed: *EYC VIII*, no. 31 dated 1138-47 citing *Mon. Ang.* vi, p. 99 '*analectis Johannis Hanson de Woodhouse in Com. Ebor*'.

B012. Notification by Robert Brito of Denaby to Robert de Everingham of his gift to the canons of Woodkirk of all the tenement which the latter held of him in [West] Ardsley, ordering him to do to the canons the service Robert de Everingham had done for Robert Brito.

Robertus Brito de Dennyngby Roberto de Everingham salutem. Sciatis me dedisse et hac presenti carta mea confirmasse Deo et ecclesie sancte Marie de Wodkirke et canonicis ibidem totum tenementum quod de me tenetis in Herdislaw et servitium sine aliquo retinemento in puram elemosinam. Quare vobis mando quatinus faciatis eis illud servitium quod mihi facere consueveritis et ego vobis hoc warantizabo contra omnes homines etc.

Printed: *EYC VIII*, no. 134 dated early 13th century citing *Mon. Ang.*, vi, p. 100 '*analectis Johannis Hanson de Woodhouse in Com. Ebor*'.

B013. Notification by Juetta de Arches that she confirms the grant of her father William de Arches of the tithes of bread of her house. She also confirms the gifts of her ancestors and acknowledges that the canons shall provide one canon/priest to celebrate divine service for the souls of her husbands, Roger de Flamville and Adam de Brus.

Universis sancte matris ecclesie filiis presentibus et futuris pietatis intuitu et pro solute anime mee et antecessorum meorum et heredum meorum concessisse et hac presenti carta mea concanonicis de sancto Oswaldo de Nostlat ibidem deo servientibus medietatem decime panis domus mei quam pater meus Willelmus de Arches predicte ecclesie contulit. Predicti canonici percipient sceppam de omni genere bladi nostri comidendi imperpetuam manuteneamus quod si aliquis eorum contra hoc aliquid quod absit attemptare presumpserit maledictionem dei et meam incurrat. Confirmo etc. omnes donationes quas antecessores mei predicte ecclesie de Scokirke contulerunt. Et sciendum est quod ipsi canonici invenerint unum canonicum presbiterum scilicet celebrantem divina pro anima mea et pro animabus patris mei et matris et virorum Rogeri de Flamavilla et Ade de Brus et antecessorum meorum et heredum meorum. Ut autem hec concessio mea imperpetuum rata maneat et inconcussa presens scriptum sigilli mei appositione roboravi. Hiis testibus.

Printed: 'Ctl. Tockwith', no. 7 dated 1169 x 1206.

B014. Notification by R[alph of Bedford], prior of Nostell Priory that the convent will find a canon/priest to celebrate divine services for the souls of her father, mother and her husbands Roger de Flamville and Adam de Brus.

Universis sancte matris ecclesie R. prior de sancto Oswaldo et eiusdem loci conventus salutem in domino. Noverit universitas vestra nos concessisse Iuete de Arches et heredibus suis quod inveniemus eis apud Scokirk unum canonicum presbiterum scilicet celebratem devina pro anima eius et pro animabus patris et matris eius et suorum virorum Rogeri de Flamavilla et Ade de Bus et antecessorum et heredum suorum imperpetuum. Et ut ergo concessio firma et inconcussa permaneat presens scriptum sigilli nostri munimine roboravimus. Hiis testibus etc.

Printed: 'Ctl. Tockwith', no. 8 dated 1169 x 1206.

B015. Notification by King Stephen to the archbishop of York and others that he confirms to William [Fitz-Herbert] treasurer of York and the king's chaplain, the churches that William holds in the fee of his brother Herbert [Fitz Herbert], namely the churches of Weaverthorpe and Londesbrough [East Riding Yorkshire], Clare [possibly Suffolk] with its chapel of Stanton [probably Suffolk] with land and tithes to hold as his father and and brother Herbert had held and as the charter of King Henry I testifies.

S[tephanus] rex Anglorum archiepiscopo Eboracensi et episcopis et baronibus et iusticiariis in quorum episcopatu et balliva ecclesias salutem. Sciatis me concessisse ipsi Willelmo ecclesias quas tenet de feodo Herberti fratris sui cum terris et consuetudinibus et omnibus rebus eisdem pertinentibus. [Et] pater eius et frater Herbertus eas ei dederunt et concesserunt et sicut carta regis Henrici testatur. Testibus [Audoeno]

episcopo Ebroicensi et Iohanne episcopo Sag[iensi] et R[oberto] de Veer et W[illelmo] Martel, apud Eboracum.

Printed: *EYC I*, no. 31 dated 1136-1139 from *Reg. Mag. Album*, pt iii, f. 73 and *Mon. Angl.*, vol. 6, p. 1196n. 110.

B016. Grant by Ralph son and heir of Hugh son of Walter to St Mary of Woodkirk and the canons of St Oswald serving there a quarter of a bovate of land in Holdsworth which he held of Robert of Horton, rendering annually to Robert of Horton 12*d*.

Sciant omnes presentes et futuri quod ego Radulfus filius et heres Hugonis filii Walteri pro salute animarum patris et matris mee et omnium amicorum meorum dedi et concessi et hac presenti carta mea confirmavi Deo et sancte Marie de Wudekyrce et canonicis de sancto Oswaldo ibidem Deo et sancte Marie servientibus quartam partem unius bovate terre in villa de Haldewrthe cum omnibus pertinentiis et aisiamentis et libertatibus dicte terre pertinentibus, quam scilicet terram ego tenui de Roberto de Horton; tenendam et habendam predictis canonicis in liberam et perpetuam elemosinam, reddendo inde annuatim predicto Roberto de Horton et heredibus suis duodecim denarios ad Pentecosten pro omni servitio seculari et demanda. Ego vero Radulfus et heredes mei warantizabimus istam donationem contra omnes homines imperpetuum. Hiis testibus, Matheo de Sepeleia tunc seneschallo comitis Warrennie, Henrico persona de Deusburc, Iohanne de Thornhil, Iohanne [*blank*], Iohanne de Heton, Roberto de Horton, Iohanne de Lewintorp, Michaele de Sothil, Iohanne de Haldewrth, Henrico tunc senescaldo de Saurebisire, Ricardo Cardinel, Ricardo de Haldewrth, et multis aliis.

Printed: *EYC VIII*, no. 150 dated c. 1210-1225.

B017. Confirmation by Jordan (I) Foliot of the grant made by his father [William (I) Foliot] of the mill of Norton, and the men and the land adjacent to the mill, retaining the multure of his own demesne. This grant is for the souls of his parents and his mother who is buried at Nostell Priory.

Jordanus Foliot omnibus amicis et omnibus hominibus suis et omnibus filiis sancte ecclesie salutem. Sciatis omnes me concessisse et hac presenti carta confirmasse Deo et ecclesie Sancti Oswaldi de Nostlae et canonicis ibidem Deo servientibus molendinum de Nortona quod pater meus eis prius dederat in elemosinam, cum homine et terra adiacente eidem molendino, pro salute sua et anime matris mee que ibi sepulta est. Quare volo et firmiter precipio heredibus meis, pro salute anime mee et pro salute eorundem parentum et antecessorum et heredum meorum, quatinus supradicta ecclesia hanc elemosinam nostram teneat bene et honorifice, quiete et libere, sicut puram elemosinam, et hoc facio sicut pater meus fecit, salva multura de propria dominica et de dominicis carucis meis in Nortona. Hiis testibus Henrico de Laceio de cuius feodo est, Osberto archdiacono, Otho de Tilli, Willelmo de Builli, et Roberto fratre eius, Toma filio Petri et Radulfo Filigura.

Printed: *EYC III*, no. 1529 dated 1159-1170 from the original formerly in St Mary's Tower: Dodsw. ms 8 f197.

Note: An incomplete copy of this document remains in the Cartulary, see no. 462.

B018. Prior Anketil confirms the rights of Richard son of Harold of [West] Leake concerning the chapel of Staunton [Harold, Leicestershire].

[1155 x 2 April 1196]

Sciant omnes sancte ecclesie filii tam presentes quam futuri quod ego Ansketillus, prior de sancto Oswaldo totusque conventus canonicorum tam apud sanctum Oswaldum quam apud Bredonam commorantium, concedimus et presenti scripto nostro confirmamus Ricardo filio Haraldi de Lecha et heredibus suis et hominibus suis de Stantona in perpetuum capellanum manentem apud Stantonam, ad serviendum capelle Stantone et ad celebrandum ibidem divinum officium, sumptibus nostris, per totum annum excepto die sancti Hardulpho in quo die homines de Stantona venient ex consuetudine ad ecclesiam beati Hardulfi sicut ad matricem ecclesiam suam de Bredona. Homines vero de Stantona sacramentum baptismatis percipient in capella apud Stantonam, et sponsalia sua ibi habebunt et purificationes et confessiones et dominici corporis communionem et omnia iura ecclesiastica excepta sepultura. Omnes enim homines de predicta villa sepulturam accipient apud matricem ecclesiam de Bredona, sicut parochiani illius ecclesie, et panem benedictum more solito matrice ecclesie de Bredona, et omnes decimationes et oblationes et obventiones et cetera iura sua matrice ecclesie sue de Bredona persolvent excepta Paschali cera que dabitur capelle de Stantona ad faciendum cereum de Pascha propter servitium per totum ebdomadam. Predictus vero Ricardus et heredes sue dabunt matrice ecclesie de Bredona et canonicis ibidem degentibus omnes oblationes domus sue et omnes decimas et o[b]ventiones de blado, de lino, de ferro, de molendinis, de vivariis, de pomerio, de hortis, de lana, de agnis, de vitulis, de pullis, de porcis, et de omnibus de quibuscumque rationabiliter debent persolvi decime, exceptis feno et pannagio. Predictus vero Ricardus commune consensu hominum suorum de Stant' dedit et carta sua confirmavit in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni seculari servitio, totam terram que appelature Scallakre, scilicet in latitudinem [*sic*] inter sepem haie et Stan' et divisam inter Stantonam et Andreskirkam, et in longitudine inter Brunhage et viam que dividit divisam inter campos de Wrdintona et Stantona, excepta una roda quam retinuit ad viam habendum iuxta haiam suam. Capellanus vero qui apud Stantonam ministrabit habebit mansuram, unam cum horto, ubi possit manere, et omnes communitates predicte ville. Et si nobis visus fuerit inutilis removebitur, et alius per nos substituerit. Sepe dictus vero Ricardus et heredes sui totam predictam terram nobis warantizabunt, et nos unam virgatam terre, que data fuit capelle, quietam ei clamamus. Hiis testibus, N. Priore de Calc', R. decano de Duningtona, G. de Bagwrdia, H. de Breidishalia, H. de Meleburn, Stephano capellano de Meleburn, Gwarino de Swiepstona, R. de Bueles, R. de Curzun, Richarado de Curzun, R. de Anvers, W. de Quatremars, Willelmo presbytero de Overton, et multis aliis.

Printed: 'Ctl. Breedon', appendix no. 7 as transcribed from the original in Earl Ferrer's muniment room at Staunton Harold.

Note: Dated here based on rule of Prior Anketil, see no. 937.

B019. The Prior of Nostell to William, archdeacon of Leicester, whereby the Prior grants Robert of Tateshall the right to a chapel at Breedon in exchange for revenues of Wilson.

5 March 1228

Rubric: Compositio inter priorem de Bredon' et Robertum de Tateshale.
Omnibus sancte matris ecclesie filiis Willelmus archidiaconus Leycestrie salutem in vero salutari. Cum causa ventilaretur coram nobis inter fratrem Gervasium perpetuum priorem de Bredon' et Robertum filium Walteri de Tateshale super dampnis et iniuriis dicto priori et suis per servientes et tenentes dicti Roberti pro exactione decimarum feni et molendinorum illatis amicabiliter conquievit in hunc modum, videlicet quod prefatus Prior remisit sepedicto Roberto omnia dampna, iniurias et expensas super quibus causa vertebatur inter eos usque ad diem illum. Remisit etiam dicto Roberto et successoribus suis actionem suam, si quam habuit, super redditu duodecim denariorum pro fundo in quo sunt siti thalamus, capella et virgultum. Remisit etiam actionem qua dicebat se habere pro claustura bosci de Hirstes et de Cludes, quamdiu locus ille clausus fuerit. Concessit etiam sepedicto Roberto et successoribus suis ut habeant liberam capellam in curia sua de Bredon' sibi et libere familie sue et hospitibus suis, salvo matrici ecclesie baptismate et sepeltura mortuorum, ita quod si acciderit aliquam de familia sua in fata decedere in parochia illa, iura parochiala matrici ecclesie reserventur. Capellanus autem qui pro tempore dicte capelle ministrabit prestito iuramento fidelitatem faciet priori vel canonicis matricis ecclesie quod nullum de parochianis suis eorum receperit, eam fideliter matrice ecclesie sine dilatione vel contradictione restituet. Pro hac autem remissione et concessione, sepedictus Robertus dedit Deo et ecclesie de Bredon', in puram et perpetuam elemosinam, dimidiam marcam annuam de firma molendini sui de Wivelstona percipiendam ad tres terminos, scilicet ad Pentecosten, viginti et septem denarios, ad festum sancti Michaelis viginti et septem denarios, et ad Purificationem sancte Marie viginti et sex denarios per manum servientis vel prepositi qui pro tempore fuerit, salva etiam matrice ecclesie plene decima ipsius molendini. Et si forte dictum molendinum dirutum fuerit, vel aliquo casu cessaverit, predictus Robertus et successores sui assignabunt alibi, in loco competenti, dimidiam marcam sine difficultate percipiendam ad dictos terminos. Hanc autem donationem sepedictus Robertus et successores sui sepedicte ecclesie imperpetuum warantabunt. Subiecit autem se utraque pars iurisdictione archidiaconi Leicestrie qui pro tempore fuerit ad istam compositionem firmiter observandam appelatione remota. In huius rei testimonium, tam ego quam utraque pars signum nostrum apposuimus huic scripto in modum cirographi confecto. Facta est autem hec compositio anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo octavo, tertio nonas martii. Hiis testibus domino Nicholao, quondam insularum episcopo, magistro R. persona de Donyngton, magistris T. de Verdon, Hugone de Museton', Henrico persona de Lemyngton', Philippo decano de Meston, domino Ingeramo de Honvers, domino Radulfo de Nouhers, militibus, Iohanne persona de Tateshale, T. persona de Witton' tunc seneschallo, Petro de Worthinton', Adam de Wivelston', Reginald de Wiveleston'.

Printed: ' Ctl. Breedon', no. 75.

B020. Notification by Roger of Flamville and his wife Juetta to Roger de Pont L' Évêque, archbishop of York, that they confirm the grants made by Osbern de Arches and his son William de Arches (father of Juetta) to Nostell Priory of two bovates of land in Hammerton and half the tithes of bread of their own house.

Venerabili domino suo ac patri Rogero dei gratia Ebor' archiepiscopo omnibusque successoribus suis et propriis heredibus suis Rogerus de Flamavilla et uxor eius Iuetta notificetur dilectioni vestre nos pro salute

animarum nostrarum concessisse ac presenti scripto confirmasse ecclesie Omnium Sanctorum de bosco et canonicis Sancti Oswaldi de Nostlath ibidem deo servientibus ea que Osbertus de Archis et Willelmus filius eius dederunt et concesserunt eidem ecclesie et eisdem canonicis duas bovatas terre in Hammertona in liberam et perpetuam elemosinam et dimidiam decime panis domus proprie nostre more solito ad eorum sustentationem. Volumus ergo et precipimus ut prefati canonici bene et in pace et libere teneant et ut hec ecclesia sit libera et quieta ab omni seculari servitio et ab omni vexatione heredum et prepositorum et hominumnostrorum istam autem elemosinam panis recipient in Torp et in Waletona et in Hamertona bene et plenarie sicut dictum est. Nostros itaque heredes omnes precamus et quibus possimus modis precipimus quantius supradictam elemosinam hiis temporibus manuteneant sicut predecessores nostri fecerunt >huius vere donationis< testes sunt etc.

Printed: 'Ctl. Tockwith', no. 6 dated 1154 x 1169.

Bibliography

Manuscript Primary Sources

British Library, London

Cotton Vespasian E XIX, Cartulary of Nostell Priory.

Lincolnshire Archives, Lincoln

Lincoln Episcopal Register XX (Bishop Chedworth).

Oxford, Bodleian Library

Tanner ms 166, *Historia abbatiae sive monasterii de Thornton super Humberiam in Comitatu Lincoln.*

West Yorkshire Archive Service, Leeds

NP C1/1/1, Nostell Priory Act Book.

NP C1/2/3, Nostell Priory Register.

York, Borthwick Archives

Registers of the Archbishops of York, register 6.

Printed Primary Sources

Abstracts of the Charters and Other Documents Contained in the Chartulary of the Priory of Bridlington in the East Riding in the County of York, ed. W. T. Lancaster (Leeds, 1912).

The Account-Book of Beaulieu Abbey, ed. S. F. Hockey (Camden Fourth Series 16, 1975).

The Acta of Hugh of Wells, Bishop of Lincoln 1209-1235, ed. David M. Smith (Lincoln Record Society 88, 2000).

Ancient Petitions Relating to Northumberland, ed. C. M. Fraser (Surtees Society 176, 1966).

Archidiaconal and Vice-Archidiaconal Acta, ed. B. R. Kemp (Canterbury and York Society 92, 2001).

The Bolton Priory Compotus 1286-1325, together with a Priory Account Roll for 1377-78, ed. Ian Kershaw and David M. Smith (Yorkshire Archaeological Society, Record Series CLIV, 2000).

Calendar of the Charter Rolls preserved in the Public Record Office (PRO, 1895-1927).

Calendar of Close Rolls preserved in the Public Record Office (PRO, 1896-in progress).

Calendar of Documents Relating to Scotland, ed. Joseph Bain (4 vols., Edinburgh, 1881-88).

Calendar of Entries in the Papal Registers relating to Great Britain and Ireland, Vol 1. A.D. 1198-1304, ed. William H. Bliss (PRO, 1893).

Calendar of Entries in the Papal Registers relating to Great Britain and Ireland. Petitions to the Pope Vol. 1 A.D. 1342-1419, ed. William H. Bliss (PRO, 1896).

Calendar of Inquisitions Post Mortem and other analogous documents preserved in the Public Record Office (PRO, 1904-in progress).

Calendar of the Patent Rolls preserved in the Public Record Office (PRO, 1891-in progress).

The Cartae Antiquae Rolls printed from the original MSS. in the custody of the Master of the Rolls, etc., ed. Lionel Landon and James Conway Davies (Pipe Roll Society, New Series vol. 17, 1939).

The Cartulary of the Augustinian Priory of St. John the Evangelist of the Park of Healaugh, ed. J. S. Purvis (Yorkshire Archaeological Society, Record Series XCII, 1936).

The Cartulary of Blyth Priory, ed. R. T. Timson (Royal Commission on Historical Manuscripts JP 17, 1973).

The Cartulary of Byland Abbey, ed. Janet Burton (Surtees Society 208, 2004).

The Cartulary of the Knights of St. John of Jerusalem in England, part 2: Prima Camera Essex, ed. M. Gervers (Oxford, 1996).

Cartulary of Oseney Abbey, ed. H. E. Salter (6 vols., Oxford Historical Society LXXXIX, XC, XCI, XCVII, XCVIII, CI, 1929-36).

The Cartulary of St John of Pontefract, ed. R. Holmes (2 vols., Yorkshire Archaeological Society, Record Series XXV, XXX, 1899-1902).

'The Cartulary of Tockwith *alias* Scokirk, A Cell to the Priory of Nostell', ed. G. C. Ransome in *Miscellanea Vol. III* (Yorkshire Archaeological Society, Record Series LXXX, 1931), 151-206.

Chapters of the Augustinian Canons, ed. H. E. Salter (Canterbury and York Society 29, 1922, Reprint, 1969).

The Charters of the Honour of Mowbray 1107-1191, ed. D. E. Greenway. (British Academy,

1972).

The Charters of King David I: the written acts of David I King of Scots, 1124-53 and his son Henry Earl of Northumberland, 1139-53, ed. G. W. S. Barrow (Woodbridge, 1999).

Charters of the Vicars Choral of York Minster, ed. Nigel J. Tringham (2 vols. Yorkshire Archaeological Society Record Series CXLVIII, CLVI, 1993-2002).

Chronicles of the Reigns of Stephen, Henry II, and Richard I, ed. Richard Howlett (4 vols., Roll Series 82, 1884-89).

Clerical poll-taxes of the diocese of Lincoln, 1377-1381, ed. A. K. McHardy (Lincoln Record Society 81, 1992).

'*Compoti* of the Yorkshire Estates of Henry de Lacy, Earl of Lincoln', ed. Ponsonby A. Lyons, 2 parts, *Yorkshire Archaeological Journal*, VIII (1883-84), 351-58 and *Yorkshire Archaeological Journal*, XIII (1895), 405-15.

The Coucher Book or Cartulary of Whalley Abbey, ed. W. A. Hulton (4 vols., Chetham Society Old Series 10, 11, 16, 20, 1847-49).

The Court of York 1400-1499: a handlist of the cause papers and an index to the archiepiscopal court

books, ed. David M. Smith, Borthwick Texts and Calendars 29 (York, 2003).

Court rolls of the manor of Wakefield 1274-1331, ed. W. M. Baildon, J. Lister, J. W. Walker, *et al.* (Yorkshire Archaeological Society, Record Series XXIX, XXXVI, LVII, LXXVIII, CIX, 1901-45 – continued in separate series).

Domesday Book, ed. M. L. Faull and M. Stinson (London, 1986).

The Early Charters of the Augustinian Canons of Waltham Abbey, Essex, ed. Rosalind Ransford, Studies in the History of Medieval Religion 2 (Woodbridge, 1989).

Early Scottish Charters prior to A.D. 1153, ed. Archibald Campbell Lawrie (Glasgow, 1905).

Early Yorkshire Charters, vols. I-III ed. W. Farrer (Edinburgh, 1914-16); vols. V-XII ed. C. T. Clay, Yorkshire Archaeological Society, Record Series, Extra Series I-III, V-XII (1935-65); [Extra Series vol. IV is index to Farrer, vols. I-III, ed. C. T. Clay and E. M. Clay (1947)].

Ecclesiastical Cause Papers at York: The Court of York 1301-1399, ed. David M. Smith, Borthwick Texts and Calendars 14 (York, 1988).

English Episcopal Acta I: Lincoln 1067-1185, ed. David M. Smith (British Academy, 1980).

English Episcopal Acta II: Canterbury 1162-1190, ed. C. R. Cheney and B. E. A. Jones (British Academy, 1986).

English Episcopal Acta IV: Lincoln 1186-1206, ed. David M. Smith (British Academy, 1986).

English Episcopal Acta V: York 1070-1154, ed. Janet Burton (British Academy, 1988).

English Episcopal Acta 13: Worcester 1218-1268, ed. Philippa M. Hoskin (British Academy, 1997).

English Episcopal Acta 14: Coventry and Lichfield 1072-1159, ed. M. J. Franklin (British Academy, 1997).

English Episcopal Acta 16: Coventry and Lichfield, 1160-1182, ed. Michael J. Franklin (British Academy, 1998).

English Episcopal Acta 17: Coventry and Lichfield 1183-1208, ed. M. J. Franklin (British Academy, 1998).

English Episcopal Acta 20: York 1154-1181, ed. M. Lovatt (British Academy, 2000).

English Episcopal Acta 21: Norwich 1215-1243, ed. Christopher Harper-Bill (British Academy, 2000).

English Episcopal Acta 26: London 1189-1228, ed. David P. Johnson (British Academy, 2003).

English Episcopal Acta 27: York 1189-1212, ed. M. Lovatt (British Academy, 2004).

English Episcopal Acta 30: Carlisle 1133-1292, ed. David M. Smith (British Academy, 2005).

Excerpta e rotulis finium in Turri Londinensi asservatis, Henrico Tertio Rege, A.D. 1216-1272, ed. Charles Roberts (2 vols., PRO, 1835).

'Extents of the Prebends of York (c. 1295)', in *Miscellanea Vol. IV*, ed. T. A. M. Bishop (Yorkshire Archaeological Society, Record Series XCIV, 1937), 1-38.

Feet of Fines for the county of York from 1218 to 1231, ed. John Parker (Yorkshire Archaeological Society, Record Series LXII, 1921).

Feet of Fines for the county of York from 1232 to 1246, ed. John Parker (Yorkshire Archaeological Society, Record Series LXVII, 1925).

Feet of Fines for the county of York from 1246 to 1272, ed. John Parker (Yorkshire Archaeological Society, Record Series LXXXII, 1932).

Feet of Fines for the county of York from 1272 to 1300, ed. F. H. Slingsby (Yorkshire Archaeological Society, Record Series CXXI, 1956).

Feet of Fines for the county of York from 1300 to 1314, ed. M. Roper (Yorkshire Archaeological Society, Record Series CXXVII, 1965).

Feet of Fines for the County of York from 1327 to 1347, ed. William P. Baildon (Yorkshire Archaeological Society, Record Series XXXII, 1910).

Feet of Fines for the County of York from 1347 to 1377 (21-51 Edward III), ed. William P. Baildon (Yorkshire Archaeological Society, Record Series LII, 1915).

Feudal Aids: Inquisitions and assessments relating to feudal aids, with other analogous documents preserved in the Public Record Office, A.D. 1284-1431 (6 vols., PRO, 1899-1920).

'A Fifteenth-century Rental of Nostell Priory', in *Miscellanea Vol. III*, ed. W. T. Lancaster (Yorkshire Archaeological Society, Record Series LXI, 1928), 108-135.

Final Concords of the county of Lincoln from the feet of fines preserved in the Public Record Office, A.D. 1244-1272, with additions from various sources, A.D. 1176-1250, ed. C. W. Foster (Lincoln Record Society 17, 1920).

The Fountains Abbey Lease Book, ed. D. J. H. Michelmore (Yorkshire Archaeological Society Record Series CXL, 1981).

The Great Register of Lichfield Cathedral known as Magnum Registrum Album, ed. H. E. Savage (William Salt Archaeological Society, Third Series 48, 1926 for 1924).

Inquisitions Post Mortem relating to Yorkshire of the reigns of Henry IV and Henry V, ed. William P.

Baildon and J. W. Clay (Yorkshire Archaeological Society, Record Series LIX, 1918).

The Lanercost Cartulary, ed. John M. Todd (Surtees Society 203, 1997).

The Letters of Osbert de Clare, prior of Westminster, ed. E. W. Williamson (London, 1929).

The Letters of Pope Innocent III (1198 - 1216) concerning England and Wales, ed. C. R. Cheney and Mary G. Cheney (Oxford, 1967).

Liber feodorum: the book of fees, commonly called Testa de Nevill (3 vols., PRO, 1920).

The Lincolnshire Domesday and the Lindsey Survey, ed. C. W. Foster and Thomas Longley (Lincoln Record Society 19, 1924).

The Monastic Constitutions of Lanfranc, ed. David Knowles (trans.) and C. N. L. Brooke, Oxford Medieval Texts (Oxford, 1951, Reprint, 2002).

Monasticon Anglicanum, by William Dugdale, eds. J. Caley, H. Ellis and B. Bandinel (8 vols. rev. edn., London, 1817-30).

The Observances in use at the Augustinian Priory of S. Giles and S. Andrew at Barnwell, Cambridgeshire, ed. John Willis Clark (Cambridge, 1897).

Original Papal Documents in England and Wales from the accession of Pope Innocent III to the death of

Pope Benedict XI (1198-1304), ed. Jane E. Sayers (Oxford, 1999).

Papsturkunden in England, ed. W. Holtzmann (3 vols., Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, phil.-hist. Klasse, Berlin, Göttingen; I=neue Folge, XXV (1930-1), XIV-V (1935-6), II=3 Folge XIV-XV (1935-6), III=3 Folge, XXXIII (1952), (1930-52).

Pedes Finium Ebor, Regnante Johanne, A.D. MCXCIX-A.D. MCCXIV, ed. W. Brown (Surtees Society 94, 1897).

Reading Abbey Cartularies, ed. B. R. Kemp (2 vols., Camden Fourth Series 31, 33, 1986-87).

The Red Book of the Exchequer, ed. Hubert Hall (Rolls Series 99, London, 1896).

Regesta Regum Anglo-Normannorum, ed. H. W. C. Davis, H. A. Cronne and R. H. C Davis (4 vols., Oxford, 1913-69).

Regesta Regum Scottorum, ed. G. W. S. Barrow (I), William Wootton Scott (II), G. W. S. Barrow and William Wooton Scott (III), A. A. M. Duncan (V) and Bruce Webster (VI) (6 vols., Edinburgh, 1960-in progress).

The Registers or Act Books of the Bishops of Coventry and Lichfield, Book 5 being the second register of Bishop Robert de Stretton, A.D. 1360-1385, ed. R. A. Wilson (William Salt Archaeological Society, New Series 8, 1905).

T*he Registers of Bishop Henry Burghersh, 1320-1342,* ed. N. H. Bennett (2 vols., Lincoln Record Society 87, 90, 1999-2003).

Register of the Freemen of the City of York, ed. Francis Collins (2 vols., Surtees Society 96, 102 1897-1900).

The Register of John le Romeyn, Lord Archbishop of York, 1286-1296, ed. William Brown (2 vols., Surtees Society 123, 128, 1913-17).

The Register of Thomas of Corbridge, Lord Archbishop of York, 1300-1304, ed. William Brown (2 vols., Surtees Society 138, 141, 1925-28).

The Register of Walter Giffard, Lord Archbishop of York, 1266-1279, ed. William Brown (Surtees Society 109, 1904).

The Register of William Greenfield, Lord Archbishop of York, 1306-1315, ed. William Brown and A. Thompson (5 vols., Surtees Society 145, 149, 151-153, 1931-40).

The Register of William Melton, Archbishop of York, 1317-1340, ed. Rosalind Hill (1), D. Robinson (2), Rosalind Hill (3), R. Brocklesby (4) and T. C. B. Timmins (5) (5 vols. Canterbury and York Society 70, 71, 85, 93, 1977-2002).

The Register of William Wickwane, Lord Archbishop of York, 1279-1285, ed. William Brown (Surtees Society 114, 1907).

The Register or Rolls of Walter Gray, Lord Archbishop of York, ed. James Raine jr (Surtees Society 56, 1872).

Rolls of the Justices in Eyre being the Rolls of Pleas and Assizes for Gloucestershire, Warwickshire and Staffordshire 1221, 1222, ed. Doris Mary Stenton (Selden Society 59, 1940).

Rotuli de oblatis et finibus in Turri Londinensi asservati, tempore regis Johannis, ed. Thomas Duffus Hardy (PRO, 1835).

Rotuli Hugonis de Welles, episcopi Lincolniensis, A. D. MCCIX-MCCXXXV, ed. W. P. W. Phillimore (1); F. N. Davis, H. E. Salter and W. P. W. Phillimore (3), F. N. Davis (4) (3 vols., Canterbury and York Society 1, 3, 4, 1907-1979).

Rotuli Roberti Grosseteste, episcopi Lincolniensis, A. D. MCCXXXV-MCCLIII, ed. Francis Neville Davis (Canterbury and York Society 10, 1913).

Rotulus cancellarii, vel antigraphum magni rotuli pipae, de tertio anno regni regis Johannis, ed. Joseph Hunter (London, 1833).

Royal Writs addressed to John Buckingham Bishop of Lincoln 1363-1398, ed. A. K. McHardy (Lincoln Record Society 86, 1997).

Select cases in the court of the King's Bench, ed. G. O. Sayles (6 vols., Selden Society 55, 57, 58, 76, 82, 88, 1936-71).

Select pleas of the crown A.D. 1200-1225, ed. F. R. Maitland (Selden Society 1, 1888).

The Survey of the County of York taken by John de Kirkby commonly called Kirkby's Inquest also Inquisitions of Knights' fees, the Nomina Villarum for Yorkshire and an appendix of illustrative Documents, ed. R. H. Scaife (Surtees Society 49, 1867).

Testamenta Eboracensia: a selection of wills from the registry at York, ed. J. Raine, sr & jr (6 vols., Surtees Society 4, 30, 45, 53, 79, 106, 1836-1902).

Three Yorkshire Assize Rolls for the reigns of King John and King Henry III, ed. C. T Clay (Yorkshire Archaeological Society, Record Series XLIV, 1911).

The Thurgarton Cartulary, ed. T. Foulds (Stamford, 1994).

The visitation of the county of Yorke; begun in Ao Dni 1665 and finished Ao Dni 1666, by William Dugdale, esqr., Norroy king of armes, ed. Robert Davies (Surtees Society 36, 1859).

The Warwickshire Hundred Rolls of 1279-80, Stoneleigh and Kineton Hundreds, ed. Trevor John (British Academy, 1992).

Yorkshire Deeds, ed. W. Brown, *et al.* (10 vols., Yorkshire Archaeological Society, Record Series XXXIX, L, LXIII, LXV, LXIX, LXXVI, LXXXIII, CII, CXI, CXX, 1909-1955).

Yorkshire Hundred and Quo Warranto Rolls, ed. Barbara English (Yorkshire Archaeological Society, Record Series CLI, 1996).

Yorkshire Inquisitions, ed. W. Brown (4 vols., Yorkshire Archaeological Society, Record Series XII, XXIII, XXXI, XXXVII, 1892-1906).

Yorkshire Lay Subsidy, being the fifteenth collected 30 Edward I, 1301, ed. W. Brown (Yorkshire Archaeological Society, Record Series XXI, 1897).

Printed Secondary Sources

Addleshaw, G. W. O., *Rectors, Vicars and Patrons in Twelfth and early Thirteenth Century Canon Law*, St Anthony's Hall Publication 3 (York, 1956).

Appleby, John C. and Paul Dalton (eds.), *Government, Religion and Society in Northern England 1000-1700* (Phoenix Mill, 1997).

Backhouse, Janet (ed.), *The Medieval English Cathedral: Papers in Honour of Pamela Tudor-Craig*, Harlaxton Medieval Studies X (Donington, 2003).

Baildon, William P., *Baildon and the Baildons; a History of a Yorkshire Manor and Family* (2 vols., London, 1927).

_____ (ed.), *Notes on the Religious and Secular Houses of Yorkshire* (Yorkshire Archaeological Society, Record Series XVII, 1895).

Barrow, G. W. S., *The Kingdom of the Scots: Government, Church and Society from the Eleventh to the Fourteenth Century* (London, 1973).

Barrow, G. W. S. and Helen Cottrell, *Feudal Britain: the Completion of the Medieval Kingdom, 1066-1314* (London, 1956).

Bateson, E., (ed.) *A History of Northumberland* (12 vols. Newcastle-upon-Tyne, 1893-1940).

Bavel, T. J. and R. Canning, *The Rule of St Augustine: masculine and feminine versions* (London, 1984).

Binns, Alison, *Dedications of Monastic Houses in England and Wales: 1066-1216*, Studies in the History of Medieval Religion 1 (Woodbridge, 1989).

Boutflower, D. S. (ed.), *Fasti Dunelmenses* (Surtees Society 139, 1926).

Brett, Martin, *The English Church under Henry I* (Oxford, 1975).

Brooke, C. N. L., *Churches and Churchmen in Medieval Europe* (London, 1968).

Bullough, D. A. and R. L. Storey (eds.), *The Study of Medieval Records: Essays in honour of Kathleen Major* (Oxford, 1971).

Burton, Janet, *Kirkham Priory from Foundation to Dissolution*, Borthwick Papers no. 86 (York, 1995, Reprint, 1999).

_____, *The Monastic Order in Yorkshire: 1069 - 1215* (Cambridge, 1999).

_____, *Monastic and Religious Orders in Britain, 1000-1300* (Cambridge, 1994).

_____, *The Religious Orders in the East Riding of Yorkshire in the Twelfth Century* (East Yorkshire Local History Society, 1989).

Burton, John, *Monasticon Eboracense: and the ecclesiastical history of Yorkshire* (York, 1758).

Cassidy-Welch, Megan, *Monastic Spaces and their Meanings: Thirteenth-Century English Cistercian Monasteries*, Medieval Church Studies I (Turnhout, 2001).

Cheney, Mary G., *Roger, Bishop of Worcester 1164-1179* (Oxford, 1980).

Chibnall, Marjorie, *The Debate on the Norman Conquest* (Manchester, 1999).

_____, *Anglo-Norman England 1066-1166* (Oxford, 1986).

Clanchy, M. T., *From Memory to Written Record England 1066-1307* (2nd edn., Oxford, 1993, Reprint, 1999).

Clay, C. T. (ed.), *York Minster Fasti: Being notes on the dignitaries, archdeacons and prebendaries in the Church of York prior to the year 1307* (2 vols., Yorkshire Archaeological Society Record Series, CXXIII, CXXIV, 1958-59).

Clay, C. T. and D. E. Greenway (eds.), *Early Yorkshire Families* (Yorkshire Archaeological Society, Record Series CXXXV, 1973).

Cokayne, George Edward and Vicary Gibbs, (eds.) *The Complete Peerage* (14 vols. London, 1910-98).

Colvin, H. M., *The White Canons in England* (Oxford, 1951).

The Concise Dictionary of National Biography: From earliest times to 1985 (3 vols., Oxford, 1995).

Constable, G., *Monastic Tithes: from their Origins to the Twelfth Century* (Cambridge, 1964).

Coppack, Glyn and Mick Aston, *Christ's Poor Men: The Carthusians in England* (Stroud, 2002).

Cownie, Emma, *Religious Patronage in Anglo-Norman England 1066-1135* (Woodbridge, 1998).

Cross, C. and N. Vickers, *Monks, Friars and Nuns in Sixteenth Century Yorkshire* (Yorkshire Archaeological Society, Record Series CL, 1995).

Crouch, David, *The Reign of King Stephen, 1135-1154* (Harlow, 2000).

Cullum, P. H., *Cremetts and Corrodies: Care of the Poor and Sick at St Leonard's Hospital in the Middle Ages*, Borthwick Paper no. 79 (York, 1991).

Dalton, Paul, *Conquest, Anarchy & Lordship: Yorkshire, 1066-1154*, Cambridge Studies in Medieval Life & Thought Fourth Series (Cambridge, 1994).

Davis, G. R. C., *Medieval cartularies of Great Britain: a short catalogue* (London, 1958).

Dickinson, J. C., *The Origins of the Austin Canons and their Introduction into England*, Church Historical Society (London, 1950).

Dobson, Barrie, *Durham Priory: 1400-1450*, Cambridge Studies in Medieval Life and Thought, Third Series 6 (Cambridge, 1973).

_____, *Church and Society in the Medieval North of England* (London, 1996).

Donkin, R. A., *The Cistercians: Studies in the Geography of Medieval England and Wales* (Toronto, 1978).

Douie, D. L., *Archbishop Geoffrey Plantagenet and the Chapter of York*, St Anthony's Hall Publication No. 18 (York, 1960).

Duffy, Eamon, *The Stripping of the Altars: Traditional Religion in England c.1400-c.1580* (London, 1992).

Easson, D. E. and Ian Borthwick Cowan, *Medieval Religious Houses Scotland: with an appendix on the houses in the Isle of Man* (2nd edn., London, 1976).

Edwards, Kathleen, *The English Secular Cathedrals in the Middle Ages* (Manchester, 1949).

English, Barbara, *The Lords of the Holderness 1086 - 1260: A study in Feudal Society* (Oxford, 1979).

English Place-Names Publications, English Place-Name Society (78 vols., Cambridge: 1925-continuing).

Eyton, R. W., *Court, Household, and Itinerary of King Henry II* (London, 1878).

Gilchrist, Roberta, *Contemplation and Action: the Other Monasticism* (London, 1995).

Given-Wilson, Chris, *The English Nobility in the Late Middle Ages: The Fourteenth-Century Political Community* (London, 1987).

Golding, Brian, *Gilbert of Sempringhan and the Gilbertine Order, c. 1130-c. 1300* (Oxford, 1995).

Gransden, Antonia, *Historical writing in England, c. 550 to c. 1307* (London, 1974).

_____, *Legends, Traditions and History in Medieval England* (London, 1992).

Green, Judith, *English Sheriffs to 1154*, PRO Handbooks No. 24 (PRO, 1990).

_____, *The Government of England under Henry I* (Cambridge, 1986).

Greenway, D. E. (ed.), *John Le Neve Fasti Ecclesiae Anglicanae 1066 – 1300* [vol. VIII ed. J. S. Barrow; vol. IX ed. M. J. Pearson] (9 vols., Institute of Historical Research, 1968-2003).

Gribbin, Joseph A., *The Premonstratensian Order in Late Medieval England* (Woodbridge, 2001).

Gurney, N. K. M. and C. T. Clay (eds.), *Fasti Parochiales Vol. 4* (Yorkshire Archaeological Society, Record Series CXXXIII, 1971).

Harper-Bill, Christopher (ed.), *Religious Belief and Ecclesiastical Careers in Late Medieval England*, Studies in the History of Medieval Religion 3 (Woodbridge, 1991).

Harper-Bill, Christopher and Ruth Harvey (eds.), *The Ideals and Practice of Medieval Knighthood* II (Woodbridge, 1988).

Harvey, B., *Living and Dying in England 1100-1540: The Monastic Experience* (Oxford, 1993, Reprint, 2002).

Heale, Martin, *The Dependent Priories of Medieval English Monasteries*, Studies in the History of Medieval Religion 22 (Woodbridge, 2004).

Hill, Bennett David, *English Cistercian Monasteries and their Patrons in the Twelfth Century*

(Urbana, 1968).

Hollister, C. Warren, *Monarchy, Magnates and Institutions in the Anglo-Norman World* (London, 1986).

Hollister, C. Warren and Amanda Clark Frost, *Henry I*, Yale English Monarchs Series (London, 2001).

Holt, J. C., *The Northerners: A Study in the Reign of King John* (Oxford, 1961, Reprint 1992).

Holt, Richard, *The Mills of Medieval England* (Oxford, 1988).

Hudson, John, *Land, Law, and Lordship in Anglo-Norman England* (Oxford, 1997).

Hunter, Joseph, *South Yorkshire: the history and topography of the Deanery of Doncaster, in the diocese and county of York* (2 vols., London, 1828-31).

Jones, B., P. King and J. M. Horn (eds)., *John le Neve Fasti Ecclesiae Anglicanae, 1300-1541* (12 vols. and index, Institute of Historical Research, 1962-7).

Keats-Rohan, K. S. B., *Domesday Descendants: a Prosopography of Persons Occurring in English Documents 1066-1166* (2 vols., Woodbridge, 1999-2002).

Kershaw, Ian, *Bolton Priory: the Economy of a Northern Monastery 1286-1325* (Oxford, 1973).

Knowles, David, *The Religious Orders in England* (3 vols. Cambridge, 1948-59, Reprint, 1961-2).

_____, *The Monastic Order in England: A history of its development from the times of St Dunstan to the Fourth Lateran Council 943-1216* (Cambridge, 1950).

Knowles, David, C. N. L. Brooke and Vera C. M. London, *The Heads of Religious Houses England and Wales I 940-1216* (2nd edn., Cambridge, 2001).

Knowles, David and R. Neville Hadcock, *Medieval Religious Houses England and Wales* (2 edn., London, 1971).

Lawrance, N. A. H. (ed.), *Fasti Parochiales Vol. 3*, (Yorkshire Archaeological Society, Record Series CXXIX, 1967).

_____, *Fasti Parochiales Vol. 5* (Yorkshire Archaeological Society, Record Series CXLIII, 1985.

Lawrence, C. H., *Medieval Monasticism: Forms of Religious Life in Western Europe in the Middle Ages* (3rd edn., Harlow, 2001).

Lawton, George, *Collectio rerum ecclesiasticarum de dioecesi Eboracensi; or, collections relative to churches and chapels within the diocese of York and the diocese of Ripon* (London, 1840).

Legg, Katrina, *Bolton Priory: its patrons and benefactors 1120-1293*, Borthwick Paper no. 106 (York, 2004).

Lepine, David N., *A Brotherhood of Canons Serving God: English Secular Cathedrals in the Later Middle Ages*, Studies in the History of Medieval Religion 8 (Woodbridge, 1995).

Loyd, Lewis C., *The Origins of Some Anglo-Norman Families*, (eds.) C. T Clay and D. C. Douglas (Harleian Society Publication CIII, 1951, Reprint, 1992).

Matthew, H. C. G. and B. Hamilton (eds.), *Oxford Dictionary of National Biography from earliest times until 2000* (Oxford, 2004).

McDermid, R. T. W. (ed.), *Beverley Minster Fasti* (Yorkshire Archaeological Society, Record Series CXLIX, 1993).

McFarlane, K. B., *The Nobility of Later Medieval England*, The Ford Lectures for 1953 and Related Studies (Oxford, 1973, Reprint, 1997).

Murray, A. L. and D. E. R. Watt, *Fasti ecclesiae Scoticanae medii aevi ad annum 1638* (rev. edn., Scottish Record Society, New series 25, 2003).

National Trust, *Nostell Priory, Yorkshire* (rev. edn., London, 1994).

Newman, Charlotte A., *The Anglo-Norman Nobility in the Reign of Henry I: The Second Generation* (Philadelphia, 1988).

Nicholl, Donald, *Thurstan: Archbishop of York (1114-1140)* (York, 1964).

Nichols, John, *Collections towards the history and antiquities of the town and county of Leicester* (microform, London, 1790).

Ormrod, W. M. (ed.), *The Lord Lieutenants and High Sheriffs of Yorkshire 1066 - 2000* (Barnsley, 2000).

_____ (ed.), *England in the Thirteenth Century: Proceedings of the 1984 Harlaxton Symposium* (Woodbridge, 1984).

Oxford Dictionary of National Biography, <www.oxforddnb.com> (Oxford, 2004).

Page, William (ed.), *Victoria History of the County of York* (3 vols. and index, 1912-1974).

Pevsner, Nikolaus, John Harris and Nicholas Antram, *Lincolnshire*, The Buildings of

England (2nd edn., London, 1964, Reprint, 2001).

Pevsner, Nikolaus, and Enid Radcliffe, *Yorkshire The West Riding*, The Buildings of England (2nd edn., London, 1959, Reprint, 2001).

Platt, C., *The Monastic Grange in Medieval England: a Reassessment* (London, 1969).

Pollock, F. and F. R. Maitland, *The History of English Law before the time of Edward I* (2 vols. 2nd edn., Cambridge, 1898, Reprint 2001).

Pounds, N. J. G. (ed.), *A History of the English Parish: The Culture of Religion from Augustine to Victoria* (Cambridge, 2000).

Prestwich, M., *York Civic Ordinances 1301*, Borthwick Papers no. 49 (York, 1976).

Roberts, Charlotte A., Mary E. Lewis and Keith Manchester, *Past and present of leprosy: archaeological, historical, paleopathological and clinical approaches* (British Archaeological Reports International Series 1054, Oxford, 2002).

Robinson, D. M., *The Geography of Augustinian Settlement* (2 vols., British Archaeological Reports 80, Oxford, 1980).

Royal Commission on Historical Monuments, *An Inventory of the Historical Monuments in the*

City of York (6 vols., 1981-pending).

Saltman, Avrom, *Theobald Archbishop of Canterbury*, University Historical Studies 2 (London, 1956, Reprint edn., 1969).

Sanders, I. J., *English Baronies: a study of their origin and descent 1086-1327* (Oxford, 1960).

Sheils, W. J. (ed.), *Monks, Hermits and the Ascetic Tradition*, Ecclesiastical History Society, Studies in Church History 22 (Oxford, 1985).

Shirley, E. P., *Stemmata Shirleiana* (Westminster, 1873).

Shirley, Kevin L., *The Secular Jurisdiction of Monasteries in Anglo-Norman and Angevin England*, Studies in the History of Medieval Religion 21 (Woodbridge, 2004).

Smith, David M., (ed.), *Studies in Clergy and Ministry in Medieval England*, Purvis Seminar Studies (York, 1991).

Smith, David M. and Vera C. M. London (eds.), *The Heads of Religious Houses England and Wales II 1216-1377* (Cambridge, 2001).

Summerson, Henry, *Medieval Carlisle: the City and the Borders from the Late Eleventh to the Mid-*

Sixteenth Century (2 vols., Cumberland and Westmorland Antiquarian and Archaeological Society, Extra Series 25, 1993).

Thomas, Hugh M., *Vassals, Heiresses, Crusaders, and Thugs: The Gentry of Angevin Yorkshire, 1154-1216* (Philadelphia, 1993).

Thompson, A. Hamilton, *History and Architectural Description of the Priory of St. Mary, Bolton-in-Wharfedale, with Some Account of the Canons Regular of the Order of St. Augustine and their Houses in Yorkshire* (Thoresby Society First Series 30, 1928).

_____, *The English Clergy and their Organization in the Later Medieval Ages*, The Ford Lectures for 1933 (Oxford, 1947).

_____, *Notes on the History of the Church of the Holy Trinity, Rothwell* (Leeds, 1930).

Thompson, A. Hamilton and C. T. Clay (eds.), *Fasti Parochiales Vol. 1* (Yorkshire Archaeological Society, Record Series LXXXV, 1933).

_____, *Fasti Parochiales Vol. 2* (Yorkshire Archaeological Society, Record Series CVII, 1943).

Thompson, B. (ed.), *Monasteries and Society in Medieval Britain*, Harlaxton Medieval Studies VI (Stamford, 1999).

Thompson, Sally, *Women Religious: The Founding of English Nunneries after the Norman Conquest* (Oxford, 1991, Reprint, 1996).

Thoroton, Robert [rev. Mauleverer Brown William, and John Throsby], *The antiquities of Nottinghamshire, extracted out of records, original evidences, leiger-books other manuscripts, and authentic authorities. Beautified with maps, prospects, and portraitures* (3 vols., 2nd edn., Nottingham, 1790).

Tite, Colin G. C., *The Manuscript Library of Sir Robert Cotton*, The Panizzi Lectures (The British Library, 1993).

_____, *The Early Records of Sir Robert Cotton's Library: Formation, Cataloguing, Use* (The British Library, 2003).

Waites, Bryan, *Moorland & Vale-Land Farming, in North-East Yorkshire: The Monastic Contribution in the Thirteenth and Fourteenth Centuries*, Borthwick Papers no. 32 (York, 1967).

Watt, D. E. R. and Norman F. Shead, *The Heads of Religious Houses in Scotland from Twelfth to Sixteenth Centuries* (Scottish Record Society, New Series 24, 2001).

Wenham, Peter, *The Great and Close Siege of York 1644* (Kenton, 1970).

Wightman, W. E., *The Lacy Family in England and Normandy 1066-1194* (Oxford, 1966).

Williams, Daniel (ed.), *England in the Twelfth Century: Proceedings of the 1988 Harlaxton Symposium* (Woodbridge, 1990).

Wood, Susan, *English Monasteries and their Patrons in the Thirteenth Century* (Oxford, 1955).

Wright, C. J. (ed.), *Sir Robert Cotton as Collector: Essays on an Early Stuart Courtier and his Legacy* (The British Library, 1997).

Printed Secondary Sources, Articles

Adams, Norma, 'The Judicial Conflict over Tithes', *English Historical Review*, 52, no. 205 (January, 1937), 1-22.

Aird, W. M., 'Northern England or Southern Scotland? The Anglo-Scottish Border in the Eleventh and Twelfth Centuries and the Problem of Perspective', in John C. Appleby and Paul Dalton (eds.), *Government, Religion and Society in Northern England 1000-1700* (Phoenix Mill, 1997), 27-39.

Alexander, J. W., 'A Pinchpenny Patron: Ranulf III of Chester', *Citeaux*, 22 (1971), 23-39.

Ault, Warren O., 'The Village Church and the Village Community in Medieval England', *Speculum*, 45, no. 2 (April, 1970), 197-215.

Baker, L. G. D., 'The Desert in the North', *Northern History*, V (1970), 1-11.

Baldwin, J. F., 'The Household Administration of Henry Lacy and Thomas of Lancaster', *English Historical Review*, 42, no. 166 (April, 1927), 180 - 200.

Barrow, G. W. S., 'Northern English Society in the Twelfth and Thirteenth Centuries', *Northern History*, IV (1969), 1-28.

Bethell, D. L., 'English Black Monks and Episcopal Elections in the 1120's', *English Historical Review*, 84, no. 333 (October 1969), 673-98.

Bishop, T. A. M., 'Monastic Demesnes and the Statute of Mortmain', *English Historical Review*, 49, no. 194 (April, 1934), 303-306.

_____, 'Monastic Granges in Yorkshire', *English Historical Review*, 51, no. 202 (April, 1936), 193-214.

Britnell, R. H., 'Minor Landlords in England and Medieval Agrarian Capitalism', *Past and Present*, 89 (November, 1980), 3-22.

Brooke, C. N. L., 'Monk and Canon: Some Patterns in the Religious Life of the Twelfth Century', in W. J. Sheils (ed.) *Monks, Hermits and the Ascetic Tradition*, Ecclesiastical History Society, Studies in Church History 22 (Oxford, 1985), 109-129.

Bullough, D. A., 'Early medieval Social Groupings: The Terminology of Kinship', *Past and Present*, 45 (November, 1969), 3-18.

Burrows, T., 'The Geography of Monastic Property in Medieval England: A case study of Nostell and Bridlington Priories (Yorkshire)', *Yorkshire Archaeological Journal*, LVII (1985), 79-86.

_____, 'The Foundation of Nostell Priory', *Yorkshire Archaeological Journal*, LIII (1981), 31-33.

Burton, Janet, 'Monasteries and Parish Churches in Eleventh- and Twelfth-Century Yorkshire', *Northern History*, XXIII (1987), 39-50.

_____, 'The Eremitical Tradition and the Development of Post-Conquest Religious Life in Northern England', *Trivium*, 26 (1991), 18-39.

_____, 'The Estates and Economy of Rievaulx Abbey in Yorkshire', *Citeaux*, 49 (1998), 29-93.

Carley, James P., 'The Royal Library as a source for Sir Robert Cotton's collection: a preliminary list of acquisitions', in C. J. Wright (ed.), *Sir Robert Cotton as Collector: Essays on an Early Stuart Courtier and his Legacy* (The British Library, 1997), 208-29.

Carpenter, D. A., 'The Decline of the Curial Sheriff in England 1194-1258', *English Historical Review*, 91, no. 358 (January, 1976), 1-32.

Chaplais, P., 'The Spelling of Christ's name in Medieval Anglo-Latin: "Christus" or "Cristus" ', *Journal of the Society of Archivists* 8, no. 4 (1987), 261-80.

Chibnall, Marjorie, 'Robert of Bellême and the castle of Tickhill', *Droit privé et institutions régionales. Etudes historiques offertes à Jean Yver* (Paris, 1976), 151-56.

Clay, C. T., 'The Family of Eland', *Yorkshire Archaeological Journal*, XXVII (1924), 225-48.

_____, 'The Family of Thornhill', *The Yorkshire Archaeological Journal*, XXIX (1929), 286-321.

Cownie, Emma, 'Religious Patronage at Post-Conquest Bury St. Edmunds', *Haskins Society Journal*, 7 (1995), 1-9.

Crouch, David, 'Strategies of Lordship in Angevin England and the Career of William Marshal', in Christopher Harper-Bill and Ruth Harvey (eds.), *The Ideals and Practice of Medieval Knighthood* II (Woodbridge, 1988), 1-25.

_____, 'The Hidden History of the Twelfth Century', *Haskins Society Journal*, 5 (1993), 111-30.

_____, 'From Stenton to McFarlane: Models of Societies of the Twelfth and Thirteenth Centuries', *Transactions of the Royal Historical Society*, Sixth Series, 5 (1995), 179-200.

Dace, Richard, 'Lesser Barons and Greater Knights: The Middling Group within the English Nobility c.1086-c.1265', *Haskins Society Journal*, 10 (2001), 57-79.

Dalton, Paul, 'The Governmental Integration of the Far North 1066-1199', in John C. Appleby and Paul Dalton (eds.), *Government, Religion and Society in Northern England 1000-1700* (Phoenix Mill, 1997), 14-26.

Davis, H. W. C., 'The Anarchy of Stephen's Reign', *English Historical Review*, 18, no. 72 (October, 1903), 630 - 641.

Denholm-Young, R. and H. H. E. Craster, 'Roger Dodsworth (1585-1654) and his circle', *Yorkshire Archaeological Journal*, XXXII (1936), 5-32.

Dodgshon, Robert A., 'The Landholding Foundations of the Open-Field System', *Past and Present*, 67 (May, 1975), 3-29.

English, Barbara and C. B. L. Barr, 'The Records Formerly in St. Mary's Tower, York', *Yorkshire Archaeological Journal*, XLII (1968-70), 198-235, 358-386, 465-518.

van Engen, John, 'The "Crisis of Cenobitism" Reconsidered: Benedictine Monasticism in the Years 1050-1150', *Speculum*, 61, no. 2 (April, 1986), 269-304.

Farrer, W., 'The Sheriffs of Lincolnshire and Yorkshire, 1066-1130', *English Historical Review*, 30, no. 118 (April, 1915), 277-85.

_____, 'An Outline Itinerary of King Henry the First (part 1)', *English Historical Review*, 34, no. 135 (July, 1919), 303-82.

_____, 'An Outline Itinerary of King Henry the First (continued)', *English Historical Review*, 34, no. 136 (October, 1919), 505 - 79.

Galbraith, V. H., 'Monastic Foundation Charters of the Eleventh and Twelfth Centuries', *Cambridge Historical Journal*, 4, no. 3 (1934), 205-22.

Given-Wilson, Chris, 'Royal Charter Witness Lists 1327-1399', *Medieval Prosopography*, 12 (1991), 35-93.

Golding, Brian, 'Burials and Benefactions: an Aspect of Monastic Patronage in Thirteenth-Century England', in W. M. Ormrod (ed.), *England in the Thirteenth Century: Proceedings of the 1984 Harlaxton Symposium* (Woodbridge, 1984), 64-75.

Graham, Rose, 'The Taxation of Pope Nicholas IV', *English Historical Review,* 23, no. 91 (July, 1908), 434-54.

Gransden, Antonia, 'The Legends and Traditions concerning the Origins of the Abbey of Bury St Edmunds', *English Historical Review*, 100, no. 394 (January, 1985), 1-24.

Green, Judith, 'Aristocratic Loyalties on the Northern Frontier of England, c.1100-1174', in Daniel Williams (ed.), *England in the Twelfth Century, Proceedings of the 1988 Harlaxton Symposium* (Woodbridge, 1990) 83-100.

_____, 'The Piety and Patronage of Henry I', *Haskins Society Journal*, 10 (2001), 1-16.

Harvey, P. D. A., 'English Cathedral Estates in the Twelfth Century', in Janet Backhouse (ed.), *The Medieval English Cathedral: Papers in Honour of Pamela Tudor-Craig*, Harlaxton Medieval Studies X (Donington, 2003), 1-14.

Herbert, Jane, 'The Transformation of Hermitages into Augustinian Priories in Twelfth-century England', in W.J. Sheils (ed.), *Monks, Hermits and the Ascetic Tradition*, Ecclesiastical History Society, Studies in Church History 22 (Oxford, 1985), 131-45.

Hollister, C. Warren, 'The Magnates of Stephen's Reign: Reluctant Anarchists', *Haskins Society Journal*, 5 (1993), 77-87.

Holmes, R., 'Dodsworth Yorkshire Notes: The Wapentake of Osgoldcross', *Yorkshire Archaeological Journal* XI (1890), 30-70.

Holt, J. C., 'Feudal Society and the Family in Early Medieval England: III Patronage and Politics', *Transactions of the Royal Historical Society*, Fifth Series, 34 (1984), 1-25.

Howarth, David, 'Sir Robert Cotton and the commemoration of famous men', in C. J. Wright (ed.), *Sir Robert Cotton as Collector: Essays on an Early Stuart Courtier and his Legacy* (The British Library, 1997), 40-67.

Howe, John, 'The Nobility's Reform of the Medieval Church', *American Historical Review*, 93, no. 2 (April, 1988), 317-39.

Hoyle, R. W., 'The Origins of the Dissolution of the Monasteries', *Historical Journal*, 38, no. 2 (June, 1995), 275-305.

Jamroziak, E., 'Rievaulx Abbey and its Patrons: Between Cooperation and Conflict', *Citeaux*, 53 (2002), 51-72.

Jones, Michael, 'The Charters of Robert II de Ferrers, earl of Nottingham, Derby and Ferrers', *Nottingham Medieval Studies*, XXIV (1980), 7-26.

Keil, Ian, 'Corrodies of Glastonbury Abbey in the Later Middle Ages', *Proceedings*

Somersetshire Archaeological and Natural History Society, 108 (1964), 113-31.

Kemp, B. R., 'Monastic Possession of Parish Churches in England in the Twelfth Century', *Journal of Ecclesiastical History*, 31, no. 2 (April, 1980), 133-60.

King, Edmund, 'The Anarchy of King Stephen's Reign', *Transactions of the Royal Historical Society*, Fifth Series, 34 (1984), 133-53.

_____, 'Politics and Property in Early Medieval England', *Past and Present*, 57 (November, 1972), 3-52.

_____, 'Large and Small Landowners in Thirteenth Century England. The Case of Peterborough Abbey', *Past and Present*, 47 (May, 1970), 26-50.

Le Patourel, John, 'The Norman Conquest of Yorkshire', *Northern History*, VI (1971), 1-21.

Little, A. G., 'Personal Tithes', *English Historical Review*, 60, no. 236 (January, 1945), 67-88.

Maddicott, J. R., 'Thomas of Lancaster and Sir Robert Holland: A Study in Noble Patronage', *English Historical Review*, 86, no. 340 (July, 1971), 449-72.

Manning, Roger B., 'Sir Robert Cotton, antiquarianism and estate administration: a Chancery Decree of 1627', in C. J. Wright (ed.), *Sir Robert Cotton as Collector: Essays on an*

Early Stuart Courtier and his Legacy (The British Library, 1997), 96-104.

McHardy, A. K., 'Some patterns of ecclesiastical patronage in the later middle ages', in David M. Smith (ed.), *Studies in Clergy and Ministry in Medieval England*, Purvis Seminar Studies (York, 1991), 20-37.

Mooers, Stephanie L., 'Patronage in the Pipe Roll of 1130', *Speculum*, 59, no. 2 (April 1984), 282-307.

_____, 'A Reevaluation of Royal Justice under Henry I of England', *American Historical Review*, 93, no. 2 (April, 1988), 340-58.

Newman, J. E., 'Greater and Lesser Landowners and Parochial Patronage: Yorkshire in the Thirteenth Century', *English Historical Review*, 92, no. 363 (April, 1977), 280-308.

Orme, Nicholas, 'Church and Chapel in Medieval England', *Transactions of the Royal Historical Society*, Sixth Series, 6 (1996), 75-102.

Oschinsky, Dorothea, 'Medieval Treatises on Estate Management', *Economic History Review*, New Series 8, no. 3 (1956), 296-309.

Payling, S. J., 'Social Mobility, Demographic Change, and Landed Society in Late Medieval England', *Economic History Review*, New Series 45, no. 1 (February, 1992), 51-73.

Postles, David, 'The Foundation of Oseney Abbey', *Bulletin of the Institute of Historical Research*, 53 (1980), 242-44.

_____, 'Lamps, lights and layfolk: "popular" devotion before the Black Death', *Journal of Medieval History*, 25, no. 2 (1999), 97-114.

_____, 'Monastic Burials of Non-Patronal Lay Benefactors', *Journal of Ecclesiastical History*, 47, no. 4 (October, 1996), 620-37.

_____, ' "*Patronus et advocatus noster*": Oseney Abbey and the Oilly family', *Historical Research*, 60 (1987), 100-102.

_____, 'Religious Houses and the Laity in the Eleventh to Thirteenth Century England: An Overview', *Haskins Society Journal*, 12 (2002), 1-13.

Prescott, Andrew, ' "Their present miserable state of cremation": the restoration of the Cotton Library', in C. J. Wright (ed.), *Sir Robert Cotton as Collector: Essays on an Early Stuart Courtier and his Legacy* (The British Library, 1997), 391-454.

Raftis, J. A., 'Western Monasticism and Economic Organization', *Comparative Studies in Society and History*, 3, no. 4 (July, 1961), 452-69.

Ricketts, Philadelphia, 'Widows, Religious Patronage and Family Identity: Some cases from

Twelfth-Century Yorkshire', *Haskins Society Journal*, 14 (2003), 117-36.

Robinson, D. M., 'The Site Changes of Augustinian Communities in Medieval England and Wales', *Medieval Studies*, 43 (1981), 425-44.

Sharpe, Kevin, 'Introduction: Rewriting Sir Robert Cotton', in C.J. Wright (ed.), *Sir Robert Cotton as Collector: Essays on an Early Stuart Courtier and his Legacy* (The British Library, 1997), 1-39.

Stafford, Pauline, '*Cherchez la femme.* Queens, Queens' Land and Nunneries: Missing Links in the Foundation of Reading Abbey', *History* 85, no. 277 (2000), 4-27.

Stringer, Keith, 'State-Building in Twelfth-century Britain: David I, King of Scots, and Northern England', in John C. Appleby and Paul Dalton (eds.), *Government, Religion and Society in Northern England 1000-1700* (Phoenix Mill, 1997), 40-62.

Swanson, Robert N., 'Standards of Livings: Parochial Revenues in Pre-Reformation England', in Christopher Harper-Bill (ed.), *Religious Belief and Ecclesiastical Careers in Late Medieval England*, Studies in the History of Medieval Religion 3 (Woodbridge, 1991), 151-96.

Teviotdale, E. C., 'Some classified catalogues of the Cottonian Library', in C. J. Wright (ed.), *Sir Robert Cotton as Collector: Essays on an Early Stuart Courtier and his Legacy* (The British Library, 1977), 194-207.

Thompson, A. Hamilton, 'The Chapel of St Mary and the Holy Angels, otherwise known as St Sepulchre's Chapel at York', *Yorkshire Archaeological Journal*, XXXVI (1944-45), 63-77, 214-48.

Thompson, B., 'Monasteries and Their Patrons at Foundations and Dissolution', *Transactions of the Royal Historical Society*, Sixth Series, 4 (1994), 103-123.

_____, 'Introduction: Monasteries and Medieval Society', in B. Thompson (ed.), *Monasteries and Society in Medieval Britain*, Harlaxton Medieval Studies VI (Stamford, 1999), 1-33.

Tite, Colin G. C., ' "Lost or stolen or strayed": a survey of manuscripts formerly in the Cotton library', in C. J. Wright (ed.), *Sir Robert Cotton as Collector: Essays on an Early Stuart Courtier and his Legacy* (The British Library, 1997), 262-307.

Tuck, J. A., 'War and Society in the Medieval North', *Northern History*, XXI (1985), 33-52.

_____, 'The Emergence of a Northern Nobility, 1250-1400', *Northern History*, XXII (1986), 1-17.

Waites, Bryan, 'The Monastic Grange as a Factor in the Settlement of North-East Yorkshire', *Yorkshire Archaeological Journal*, XL (1962), 627-56.

_____, 'The Monastic Settlement of North-East Yorkshire', *Yorkshire Archaeological*

Journal, XL (1962), 479-95.

Walker, Barbara MacDonald, 'King Henry I's "Old Men" ', *Journal of British Studies*, 8, no. 1 (November, 1968), 1-21.

Walker, D. W., 'The Organization of Material in Medieval Cartularies', in D. A. Bullough and R. L. Storey (eds.), *The Study of Medieval Records: Essays in honour of Kathleen Major* (Oxford, 1971), 132-150.

White, Graeme, 'Damage and "Waste" in Yorkshire and the North Midlands in the Reign of Stephen', in John C. Appleby and Paul Dalton (eds.), *Government, Religion and Society in Northern England 1000-1700* (Phoenix Mill, 1997), 61-76.

Wightman, W. E., 'Henry I and the Foundation of Nostell Priory', *Yorkshire Archaeological Journal*, XLI (1963), 57-60.

Wilkinson, B., 'The Sherburn Indenture and the Attack on the Despensers, 1321', *English Historical Review*, 63, no. 246 (1948), 1-28.

Williams, D. H., 'Tudor Cistercian Life: Corrodians and Residential Servants', *Citeaux*, 34 (1983), 77-91, 284-310.

Wilson, J., 'Foundation of the Austin Priories of Nostell and Scone', *Scottish Historical Review*, 7 (1910), 141-159.

Wood-Leigh, Kathleen L., 'The Appropriation of Parish Churches during the Reign of Edward III', *Cambridge Historical Journal*, 3, no. 1 (1929), 15-22.

Unpublished Theses

'The Cartulary of Breedon Priory; with Introduction and Critical Apparatus', ed. R. A. McKinley, unpublished M.A. thesis, Manchester University, 1950.

'The Clerical Population of the Province of York: An Edition of the Clerical Poll Tax Enrolments 1377-1381', ed. F. P. Mackie, unpublished Ph.D. thesis, University of York, 1998.

'Thornton Abbey: the Chronicle and History of the Augustinian Canons at Thornton Curtis, Lincolnshire', ed. Judith A. Frost, unpublished M.A. thesis, University of York, 2001.

Stoeber, Karen. 'Late Medieval English & Welsh Monasteries and their Patrons c.1300-1540', unpublished Ph.D. thesis, University of Southampton, 2003.